1060/61. mam adhibens provisionem metropolem[c] Hammaburg in principio laeticiae[d] posuit archiepiscopus, fecundissimam[5] gentium[e] matrem illam appellans omnique devotionis officio venerandam, protestatus[f] ei tanto maiorem offerri debere consolationem, quanto maiori plaga et propioribus insidiis et tam longiturna[g] paganorum infestatione cribraretur[h,5]. Ergo accepta pace temporum, dum sepe meditatus est Hammaburgensem munire simulque ornare toparchiam[i], quoddam utile[k] opus inchoavit[l] contra incursus barbaricos[k], in quo et populus[m] et ecclesia Nordalbingorum perhenne haberent[n] presidium. Igitur[o] cum provincia Sturmariorum, in qua Hammaburg sita est, tota in planitiem campi descendat, ex ea[p] parte, qua Sclavos attingit, neque mons neque flumen est in medio, quod incolis munimentum[q] prestet, absque silvis passim occurrentibus, quarum latebris protecti

*) Anno pontificatus sui XVIII°[6] totius *C; in B* 1[a] *(nicht in B* 1[b]. 2*) steht am Rande neben der Zeile* diligentissimam — provisionem *von der Hand des Schreibers:* Anno archiepiscopi octavo decimo.

a) etiam *fehlt B* 2; Quo eciam tempore *C*. b) noster *fehlt B* 2. c) Sweoniam *B* 1[a]; Sueoniam *B* 1[b]; Suediam *B* 2. d) et *B* 2. e) Nordwegiam *B* 1. *C;* Noruagiam *B* 2. f) in fine dicetur *BC*.

26: a) Cap. CXLIIII. *B* 1. *C* (1). 2; Cap. XXVII. *B* 2. *(C* 2*)*. b) itaque *fehlt C*. c) metropolim *B* 2. *C*. d) laet. sue pos. *C*. e) gentium *fehlt B* 2. f) Protest. *A* 1. *B* 1[a]. 2. *C* 2; Prot. est ei *B*. g) et diuturniori *B* 2. h) cribraret *A* 1, *vgl. oben Kap.* 20 (19), *S.* 163, *N.* x. i) Parochiam *B* 2. k) utile contra barb. incursus inch. opus *C*. l) inchoare *A* 1. m) quo populis et ecclesiae *B* 2. n) haberet *C* 2. o) gitur *A* 1, *die Initiale* I *fehlt daselbst;* Itaque *B* 2. p) ea *fehlt BC*. q) munimen *C* 2.

1) *Die Form* Suigi *für* Suedi *beispielsweise auch in dem Briefe Bruns von Querfurt an Heinrich II., Giesebrecht KZ. II*[5], 702*f.; S.* 705. *Vgl. Dehio I,* 156, *N.* 3. 2) *Vgl. Matth.* 9, 38. *(K).* 3) *Im* 4. *Buche, denn auf den Anhang zu III,* 70 *(unten Kap.* 72—77*), der erst in BC hinzugekommen ist, konnte Adam in der ersten Rezension noch nicht hinweisen.* 4) Tocius — Hammaburg *ziemlich wörtlich in der Urk. Erzbischof Hartwichs I von* 1160, *Hamburg. UB. I, n.* 220. *(K).* 5) fecundissimam — cribraretur *wörtlich in der gleichen Urkunde. (L). Offenbar hat Hartwich diese Worte nicht aus Adam genommen, sondern aus verlorener Urk. Adalberos, dieser aus ebensolcher Adalberts, und auf diese geht auch Adam zurück. Vgl. die folgende N.* 6) *Anfang Mai* 1060 — *Ende April* 1061. *Das Datum stammt vielleicht aus der hier benutzten Urkunde, etwa der Gründungsurkunde der Propstei auf dem Süllberge? Daß diese nicht etwa* 1059 *schon bestand, ergibt oben S.* 150, *N.* 6.

hostes incertis aliquando excursibus repentini superveniunt
nostrosque securos[a] et nil[b] minus cogitantes vel perimunt
vel, quod[c] eis morte gravius est[c], captivos[1] abducunt[d].
Solus mons[e] in ea regione prominet iuxta Albiam, longo
in occasum dorso protentus[f], quem incolae Sollonberg[g] Schol. 74.
vocant[2]. Eum[h] pontifex oportunum arbitrans[i], in quo[k]
firmaretur castellum, quod genti presidio foret, statim sil-
vam, quae montis verticem obtexit, exscindi[l] mundarique[m]
locum precepit. Itaque multis inpensis, multo[n] sudore[o]
hominum voti compos effectus montem asperum fecit habi-
tabilem. Ubi prepositunam constituens disposuit congrega- 1060/61?
tionem facere Deo servientium, quae mox conversa est in
turmam latronum. Ex illo enim castro nostri quidam popu-
lares in circuitu, quos[p] ad tuendum positi sunt, depredari
et[q] persequi ceperunt. Ideoque[r] locus ille postea tumultu
comprovintialium destructus est, populus vero Nordalbingo-
rum excommunicatus[s]. Compertum est nobis[3] in gratiam
ducis[4] factum[t] hoc, qui more solito felicibus ecclesiae acti-
bus invidebat.

Schol. 74 (75). Ibique locavit caput sancti Secundi[a,5], qui unus ex legione Thebeorum ducum fuisse legitur. Cuius[a] patrocinia metropolitanus suscepit[b] in Ytalia[c], largiente quodam[d] episcopo Taurinensi[6] *(B1ª. C)*.

a) securius *B* 2. b) nil mali suspicantes *C*. c) quod gravius eis est *B* 2; eis *fehlt C, daselbst:* grav. morte. d) adducunt *A* 1. e) in ea reg. mons *C*. f) protensus *C*. g) Solonberg *B;* Sullenberg *C*. h) eum *B* 1ª; Cum *B* 1ᵇ; Quem *C*. i) arbitratus *B* 1. *C*. k) ut in eo *C*. l) excindi *B* 2; excidi *C*. m) nudarique *C* 2. n) multoque *BC*. o) hom. sudore *C*. p) ad quos tuendos *C*. q) ac *C*. r) ideoque *C* 1. s) excomm. est. Comp. *A* 1. t) hoc factum *BC*.

Schol. 74: a) Seculini *B* 1ª; Secundi (Secundini *C* 2) Thebeorum ducis, cuius *C*. b) suscepit *steht hinter* Taurinensi episcopo *(so, nicht* episc. Taur.*) in C*. c) Ital. *C* 2. d) quondam *C*.

1) *Sallust. Iug.* 14, 15: capti . . morte graviorem vitam exigunt *(L)*. 2) *Vgl. oben Kap.* 9, *S.* 150. *(L)*. 3) Compertum est *häufig bei Sallust; Kohlmann S.* 32, *N.* 4. 4) *Adam bezeichnet damit anscheinend Bernhard II., danach wäre die Gründung der Propstei auf dem Süllberg vor* 1059 *erfolgt; vgl. aber oben S.* 150, *N.* 6; *S.* 168, *N.* 6. *Adam hat bisher schon manches nach* 1060 *fallende Ereignis erzählt, untere Zeitgrenze für die Darstellung in Kap.* 1—36 (35) *und weiterhin bis Kap.* 47 (46) *ist nur das Jahr* 1066, *der Sturz Adalberts.* 5) Secundi *ist die richtige Form; vgl. BHL. S.* 1097; *oben S.* 70, *N.* 9. 6) *Von* 1046 — *vorher war Adalbert nicht in Italien* — *bis c.* 1082 *war Cunibert Bischof von Turin. G. Schwartz, Die Besetzung der Bistümer Reichsitaliens . .* 951—1122, *S.* 131*f.*

(26). XXVII[a]. Nam et dux eo tempore relicto veteri castello Hammaburg *um 1050–1059?* novum quoddam presidium[1] sibi suisque fundavit infra[b] Albiam flumen et rivum, qui Alstra[c] vocatur. Ita nimirum cordibus[d] vel mansionibus ab[e] invicem divisis[f] dux novum, archiepiscopus vetus[g] coluit oppidum. Diligebat sane pontifex eum locum sicut omnes[h] predecessores[i] sui, eo quod metropolis sedes fuerit[k] omnium septentrionalium nationum et caput[l] suae parrochiae. Ideo- *vor* 1066. que[m] dum adhuc[n] pax fuit trans Albiam, omnes fere sollempnitates paschae ac penthecosten[o] itemque Dei matris ibi celebrare voluit, collecto ex singulis congregationibus maximo cleri numero, precipue his, qui vocalitate sua[p] populos mulcere poterant. Et[q] tunc plenario gaudens ordine[r] ministrorum omnia divinae servitutis officia cum magna iussit reverentia compleri et gloria etiam exteriori. Schol. 75. Cui nimirum gloriae tantum ipse indulsit, ut iam non Latino more vellet[s] ecclesiastica obire mysteria, sed nescio qua Romanorum[t] sive Grecorum consuetudine fultus per tres missas, ubi[u] astitit, XII modulari officia precepit. Omnia[v] magna quaerens, omnia mirabilia, omnia gloriosa in divinis et humanis, et propterea dicitur fumo delectatus aromatum et fulguratione luminum[w] et tonitruis alte boantium vocum. Quae omnia traxit a lectione Veteris Testamenti, ubi maiestas Domini apparuit in monte Synai[2]. Et[x] alia multa facere solebat, rara modernis et ignorantibus scripturas[y]; cum tamen sine auctoritate [scripturarum[z]] ipse nil fecerit[a], iam[b] tunc[3] scilicet meditatus ecclesiam suam divitiis et honore ceteris anteferre, si papam et regem suae

Schol. 75 (76). 'Difficile est[a], ut laudabiliter viventem laus humana non capiat'. Leo papa *($B\,1^{a}$. C)*.

27: a) Cap. CXLV. *B* 1. *C* 2; Cap. XXVIII. *B* 2. *(C 2)*; *kein neues Kap. in C* 1. b) intra *C* 2. c) Altra, *vom Schreiber korr.* Alstra, *A* 1. d) cortibus *C* 2. e) ad *B* 2. f) diuersis $B\,1^{a}$. g) coluit vetus *BC*. h) omnes *fehlt B* 2. i) precessores $B\,1^{a}$; processores $B\,1^{b}$. k) omn. septentr. fuerit *C*. l) capud *A* 1. m) *in C* 1 *beginnt hier ein neues Kap.* n) pax adhuc *B* 2. o) pentecosten *B* 1; pentecostes *B* 2. *C*. p) suis, *vom Schreiber korr.* sua, *A* 1. q) Cap. XXIX. *B* 2. *(C 2)*. r) ministr. ordine *C*. s) eccles. vellet *C*. t) mōnor. (Moranor.) $B\,1^{a}$. u) missas quibus astitit, ubicumque esset *BC*. v) omnia *C* 1. w) cereorum *B* 1. x) et $B\,1^{a}$. y) scriptura $B\,1^{a}$. z) scripturarum *BC*, *fehlt A* 1. a) fecer (-runt) *A* 1. b) Iam *A* 1. *B* 2. *C* 2.

Schol. 75: a) est enim ut *C*.

1) *Die Stelle heißt noch heute die Neueburg. (L). Lappenberg, Hamburg. Rechtsaltertümer I, p. IVf. 'Auf dem Platze, den jetzt die Nikolaikirche und Umgebung einnimmt' (d. h. ebenda), Gaedechens, Topographie S.* 14. 2) *Vgl. Exodus* 19, 16*ff.*; 2. *Mach.* 2, 8 *usw. (K). Kohlmann S.* 94. 3) *Vgl. oben S.* 56, *N.* 5.

haberet[a] voluntati morigeros. Eos igitur complacare[b] [sibi] properabat[c] omnibus modis.

XXVIII[a]. Ea tempestate cesar Heinricus[b] ingentibus (27). regni divitiis utens in Saxonia Goslariam[1] fundavit, quam de parvo, ut aiunt[c], molendino vel tugurio[d] formans venatorio in tam magnam, sicut nunc videri potest[2], civitatem bono auspicio et celeriter perduxit. In qua etiam sibi construens palatium duas[3] omnipotenti Deo congregationes instituit, unam ex his[e,4] nostro[f] donans regendam tenendamque pontifici, eo quod illi individuus comes vel cooperator in omnibus existeret. Tunc etiam sibi[g] data est spes acquirendi vel accipiendi[5] comitatus vel[h] abbatias vel predia, quae magno deinceps periculo[i] ecclesiae mercati sumus, ut puta cenobia Lauressac vel Corbeiae[6], comitatus autem Bernardi[7] et Ekibrecti[k,8], predia vero Sincicum[9], Plisna[l], Groningon[m,10], Dispargum[n,11] et Lismona[12]. Quibus iam

a) volunt. haberet *BC*. b) complacere *C* 2; sibi *fehlt A* 1. c) omn. modis proper. *C*.

28: a) Cap. CXLVI. *B* 1. *C* (1). 2; Cap. XXX. *B* 2. *(C 2)*. b) Henric. *B*. c) dicitur *C*. d) tugurrio *B* 1[a]. e) illis *B* 2. f) nostro *fehlt C*. g) ipsi *B* 2. h) et *BC*. i) eccles. periculo *BC*. k) Ekberti *C*. l) Plisnam *B* 2. m) Groningor *B* 1. *C* 2; Groninger *B* 2; Gromingor *C* 1. n) Dispargū *A* 1. *B* 1; Dyspargum *B* 2.

1) *Goslar als größerer Ort ist älter, aber allerdings hat sich Heinrich III. besonders oft dort aufgehalten; UB. der Stadt Goslar bearb. von G. Bode I, Einleitung S.* 1—11. 2) *Anscheinend hat Adam selbst einmal Goslar gesehen.* 3) *Das Stift St. Simon und Judas und das Petersstift.* 4) *Offenbar das Petersstift, wie auch Meyer von Knonau II,* 122, *N.* 11 *annimmt. Dehio I,* 220, *N.* 3 *ohne überzeugende Gründe für die Übertragung des großen Stiftes an Adalbert.* 5) *Die wirkliche oder beinahe verwirklichte Erwerbung aller dieser Orte fällt ausnahmslos erst in die Zeit Heinrichs IV.; Dehio I,* 223, *N.* 1 *bezweifelt ohne Angabe weiterer Gründe, aber wohl mit Recht, daß Heinrich III. Adalbert die Erwerbung* a l l e r *dieser Orte in Aussicht gestellt habe.* 6) *Vgl. unten Kap.* 45 (44). 7) *Nach Meyer von Knonau, Jahrb. I,* 357 *ff., N.* 101 *ein Graf von Werl, von Heinrich IV. in St.* 2934 *als* vir nobilis et nobis genere propinquus *bezeichnet, wie bereits Lappenberg, Hamburg. UB. I, n.* 88 *anmerkte. Vgl. Meyer von Knonau II,* 683, *N.* 98; *unten Kap.* 46 (45). 8) *Ekbert I., Gr. von Braunschweig, Markgr. von Meißen. Dehio I,* 214; *Meyer von Knonau, Jahrb. Register. Er hatte sich offenbar (vgl. unten Kap.* 46 (45)*) des oben Kap.* 8 *genannten* comitatus Fresiae, quem ante Godafridus habuit, *bemächtigt; Adalbert hat ihn erst* 1057 *erhalten, unten S.* 189, *Z.* 1 *f.* 9) *Sinzig erlangte Adalbert durch Urk. vom* 19. *Okt.* 1065 *(St.* 2687*). Vgl. unten Kap.* 59 (58). 10) *Über die Schenkung von Plisna und Groningen (zur Lage vgl. Meyer von Knonau I,* 478, *N.* 160*) haben sich Urkunden nicht erhalten. Vgl. Hamburg. UB. I, n.* 91. 11) *Duisburg erlangte Adalbert durch Urk. vom* 16. *Okt.* 1065 *(St. n.* 2686*). (L). Vgl. unten Kap.* 59 (58). 12) *Lesum erhielt Adalbert am* 27. *Juni* 1063 *von Heinrich IV. (St.* 2622*). (L).*

dubia re[a] possessis arbitrabatur se metropolitanus, sicut bene[b] de[c] Xerse dicitur, aut per mare ambulaturum aut per terram[d] navigaturum[1], postremo[e] quae in animo habuit, facile omnia perfecturum[e].

(28). XXVIIII[a]. Presertim[b] eo fultus amminiculo, quod potentissimus papa Leo[2] pro corrigendis[c] ecclesiae necessitatibus venit in Germaniam, quem[d] sciret[e] sibi pro veteri amicitia[f,3] nil abnegaturum[g], quod iure[h] cuipiam deberet prestari[i].

(29). 1049. *Okt.* XXX[a]. Tunc habita est illa[b] synodus generalis apud Mogontiam[c,4], presidente domno apostolico et imperatore Heinrico[d], cum episcopis Bardone Mogontino[e], Eberhardo[f] Treverensi[g], Herimanno[h] Coloniensi[i], Adalberto Hammaburgensi[k], Engilhardo[l,5] Magdaburgensi[m] ceterisque provintiarum sacerdotibus. In eo[n] concilio quidam Spirensis episcopus Sibico, cui crimen[o] adulterii intendebatur, examinatione sacrificii purgatus est. Preterea multa ibidem sanctita[p] sunt ad utilitatem ecclesiae, pre[q] quibus symoniaca heresis et nefanda sacerdotum coniugia olographa[r] synodi manu[6] perpetuo dampnata sunt[s]. Quod[t] veniens domum noster episcopus* non tacuisse probatur[t]. De

*) archiepiscopus *BC.*

a) fide *B* 1. *C;* dub. iam spe *B* 2. b) bene *fehlt BC.* c) dex: erse *(so) vom Schreiber oder, wie es scheint, von anderer, gleichzeitiger Hand über* bene *nachgetragen in A* 1; de X. *fehlt C* 1; dicitur de X. *C* 2; Xerxe *B* 1b. 2. *C* 2. d) mare *A* 1. e) Postremo *B* 1a; postr. omn. que in an. hab. facile perfect. *C.*

29: a) *kein neues Kap. in B* 1. *C;* Cap. XXXI. *B* 2. *(C 2).* b) presertim *B* 1. *C* 1. c) corrig. sancte eccles. *C.* d) Quem *A* 1. *B* 2. *C* 2. e) sciret pro veteri sibi *B* 2. f) amiticia *A* 1. g) negaturum *C.* h) iuri *B* 2; *fehlt C* 2. i) prestari deberet *C* 1; praestare deberet *C* 2.

30: a) Cap. CXLVII. *B* 1. *C* 2; *kein neues Kap. in B* 2. *C* (1). 2. b) illa *fehlt B* 2. c) Magonciam *B* 1a; Magontiam *B* 1b; Maguntium *B* 2; Magunciam *C* 1; Maguntiam *C* 2. d) Henric. *B.* e) Mogont *A* 1; Magonciense *B* 1: Magontinensi *B* 2; Maguntino *C.* f) Euerardo *C.* g) Treuer *A* 1; Treverense *B* 1. h) Hermanno *BC.* i) Col *A* 1; Coloniense *B* 1a. k) Hamma^b *A* 1; Hamburgense *B* 1a; Hamburgensi *B* 1b. 2. l) Engillo Ardomagdaburgense *B* 1a; Engelardo *C.* m) Magdeburgensi *B* 1b. 2. n) quo *C.* — consilio *B* 2. o) adult. crimen *C.* p) *so A* 1. *B* 1a. *Ann. Saxo;* sanccita *B* 1b. *C* 1; sancita *B* 2. *C* 2. q) inter que precipue symon. *B* 1. r) hologr. *C* 2. s) est *B* 2. t) Quod archiep. dom. uen. nequaquam tac. probatur *C.*

1) *Cicero, De finibus bonorum et malorum II, Kap.* 34, § 112: si Xerxes . . maria ambulavisset, terram navigasset. *(L).* 2) *IX.* 3) *Darüber ist sonst nichts bekannt; diese 'alte Freundschaft' kann wohl nur am kaiserlichen Hofe vor* 1043, *vielleicht am Hofe Konrads II. vor* 1027, *geschlossen worden sein.* 4) *Die aus den Akten der Synode allein erhaltene Urkunde Leos IX. MG. Constit. I,* 97, *n.* 51; *danach sind die Ausführungen von Steindorff, Jahrb. II,* 94 *ff. mehrfach zu berichtigen.* 5) *Das ist ein Irrtum Adams; Engelhards Vorgänger Hunfrid (†* 1051*) war Teilnehmer an der Synode.* 6) *Über die Möglichkeit, daß Adam hier eine Synodalurkunde benutzt habe, vgl. die Nachträge.*

mulieribus[a] statuit eandem sentenciam, quam decessor eius[b] Schol. 76.
memorabilis Alebrandus[1] et antea Libentius[2] inchoarunt[c], scilicet[d] ut fierent[e] extra synagogam[3] et civitatem[e], ne malesuada pelicum vicinia castos violaret optutus. Haec[f] synodus facta est anno Domini millesimo LI[g.4]. Ipse est annus[h] archiepiscopi VII; et tunc maius altare tribunalis 1049.
dedicatum est in honore genitricis Dei[5].

XXXI[a]. De qua synodo mentionem ideo fecerim[b], quod (30).
domnus Adalbertus eo tempore, quo[c] tam clari homines[d.6] in ecclesia fuerunt, sapientiae ac virtutum merito fere omnes precelluit. Tantus[e] apud papam, talis apud cesarem habebatur, ut de publicis[f] rebus[7] absque eius consilio nihil[g] ageretur. Quapropter ubi[h] vix locum habet clericus, nec in procinctu bellorum imperator illum virum dehabere[i] voluit[k], cuius inexpugnabile consilium sepe ad evincendos expertus est inimicos. Sensit hoc callidissimus Italorum[l]

Schol. 76 (77). Audivimus[a] sepenumero[8] piissimum archiepiscopum nostrum Adalbertum, cum de continentia tenenda suos hortatus est clericos[a]: 'Admoneo vos', inquit, 'et postulans iubeo, ut pestiferis mulierum vinculis absolvamini, aut, si ad hoc non potestis[b] cogi, quod perfectorum est, saltem cum verecundia vinculum matrimonii custodite, secundum illud[9], quod dicitur: 'Si non caste, tamen caute' *(B 1a. C)*.

a) mul. enim statuit *C*. b) dec. eius *fehlt C*. c) inchoaverant *B* 2; inchoauit *C* 2. d) ut scil. *BC*. e) fierent *steht hinter* civitatem *in C*. f) Haec autem syn. *C*. g) millesimo quadragesimo primo *B* 1a; MXLIX *B* 2. h) annus *fehlt B;* archiep. annus *C*.

31: a) Cap. CXLVIII. *B* 1. *C* 2; Cap. XXXII. *B* 2. *(C 2); kein neues Kap. in C* 1. b) fecimus, quia *C*. c) quod *A* 1. d) in eccles. hom. *C*. e) Tant. itaque ap. *C*. f) reb. publ. *C*. g) nil *B* 1a. 2. h) ibi *B* 1a. i) sibi deesse *C*. k) noluit *B* 2. *C* 2. l) Ytal. *B* 1. *C* 1.

Schol. 76: a) Aud. cum sepen. Adalbertus archiepiscopus clerum suum de cont. ten. hortaretur *C*. b) petestis *B* 1a.

1) *Ein Statut Alebrands ist in A* 1 *bisher nicht erwähnt, vgl. nur oben II,* 81 (77). *In BC hat Adam einen Hinweis darauf nachgetragen, oben Schol.* 53 (54). 2) *Auch dies Statut hat Adam in A* 1 *bisher nicht erwähnt, nur in BC, Schol.* 42 (43). 3) *Ioh.* 9, 22: ut . . extra synagogam fieret. *(K).* 4) 1049 *Oktober liegt im* 7. *Jahre Adalberts. Adam kann die einfachsten Berechnungen nicht ohne innere Widersprüche und Fehler anstellen.* 5) *Vgl. oben Kap.* 4. *(L).* 6) *Sallust. Iug.* 25, 6: homines claros; *vgl. ebda.* 16, 2. *(L).* 7) *Vgl. unten IV,* 18: extra quorum sentenciam de publicis rebus nihil agi lex est. 8) *Vgl. oben III, 2, S.* 145, *Z.* 14: Audivimus eum sepenumero. 9) *Ebenso Salimbene, SS. XXXII,* 392: et si non caste, tamen caute. *Salimbenes Bemerkungen zu dem Wort zeigen, daß er dessen Ursprung auch nicht kennt.*

dux Bonifacius[a,1], item[b] Godafrid[c,2], Otto[d,3], Balduinus[e,4] et ceteri, qui regnum tumultibus implentes gravi aemulatione[f] cesarem lassare[f] videbantur, tandemque humiliati[g] sola se infractos Adalberti prudentia gloriati sunt.

(31). XXXII[a]. Quid loquar de barbaris Ungrorum[b,5] sive Danorum[6], item[c] Sclavorum[7] aut certe Nortmannorum[d,8] gentibus, quas imperator sepius consilio domuerat quam bello[e], monitu et opera nostri pontificis[f] nobile discens exemplum,

Verg. Aen. VI, 854. Parcere subiectis et debellare superbos?

Ad hunc nostrae[g] felicitatis cumulum accessit hoc[g], quod fortissimus imperator Grecorum Monomachus[9] et Heinricus[h] Francorum[10] transmissis ad nostrum[i] cesarem muneribus congratulati sunt archiepiscopo pro sapientia et fide eius[k] rebusque bene gestis eius[l] consilio. Tunc ille[m] Constantinopolitano rescribens iactavit[n] se inter alia descendere a Grecorum prosapia, Theophanu[o] et fortissimo Ottone[p] sui generis auctoribus[11]. Ideoque[q] nec mirum esse, si Grecos diligeret, quos vellet[r] etiam habitu et moribus imitari; quod[s] et fecit. Similia[t] regi[u] Franciae[v] mandata legavit et aliis.

a) Bonefacius *B* 1. *C*. b) Item *A* 1. c) Gotafridus *B* 1. *C;* Gotafredus *B* 2. d) Ottho *B* 2. e) Balduuinus *B* 1; Baldwinus *C*. f) ces. aemul. inquietare *C*. g) humiliari *C* 1.

32: a) Cap. CXLIX. *B* 1. *C* 2; Cap. XXXIII. *B* 2. *(C 2); kein neues Kap. in C* 1. b) Ungaror. *C* 2. c) seu *C*. d) Nordmann. *hier auch A* 1, *stets BC*. e) *in A* 1. *C folgt Fragezeichen,* Monitu *schreibt A* 1. f) pontif. nostri *C*. g) felic. nostre cum. hoc access. *C*. h) Henric. *B;* Heinr. Franc. rex transm. *C*. i) ces. nostrum *C*. k) fide eiusque rebus *A* 1. l) illius *C*. m) Qui Constant. *C*. n) Iactavit *B* 1[a]; inter cetera iact. se a Grec. descendisse prosapia *C*. o) Theophano *BC*. p) Otthone *B* 2. q) ideoque *B* 2. *C*. r) vellet *steht hinter* moribus *in C*. s) Quod *A* 1. t) similia *A* 1. *B* 1[b]; Sed et regi *C*. u) regis *A* 1. v) Franc. mandavit et aliis *B* 2; Franc. et aliis similia mandata legavit *C*.

1) *Markgraf Bonifaz von Tuscien. Adalbert könnte daran mitgewirkt haben, daß er seine Parteinahme für Benedikt IX. und seinen Widerstand gegen Damasus II. aufgab; vgl. Steindorff, Jahrb. II,* 28. 37. 2) *Herzog von Oberlothringen. (L).* 3) *Mit Rücksicht auf die Stelle unten Kap.* 60 (59) *ist hier sicherlich Otto von Nordheim, Herzog von Bayern, und seine Ergebung* 1071 *zu verstehen, wie Lappenberg in der ersten Auflage wollte; aber Ottos Erwähnung hier unter den Gegnern Heinrichs III. ist ganz unpassend.* 4) *Balduin V., Graf von Flandern. (L).* 5) *Vgl. unten Kap.* 43 (42). 6) *Vgl. Kap.* 18 (17), *S.* 161 *mit N.* 6. 7) *Oben S.* 147, *N.* 6. 8) *Über eine Beziehung Heinrichs III. zu Norwegen der im Texte angedeuteten Art ist nichts bekannt. Oder denkt Adam an die Normannen in Apulien? Der ganze Abschnitt S.* 173, *Z.* 16 *bis oben Z.* 8 *ist stark rhetorisch übertreibend.* 9) *Konstantin X. Monomachus,* 1042—1054. *(L).* 10) *Heinrich I.,* 1031—1060. *(L).* 11) *Der Zusammenhang läßt sich nicht nachweisen.*

XXXIII[a]. Metropolitanus igitur his rerum successibus[b] elatus[c, 1], et[d] quod papam vel cesarem suae voluntati pronos videret, multo studio laboravit in Hammaburg patriarchatum[2] constituere. Ad quam intentionem primo ductus est ea necessitate, quoniam[e] rex Danorum christianitate iam[f] in fines terrae[3] dilatata desideravit in regno suo fieri archiepiscopatum. Quod tamen ut perficeretur, ex auctoritate sedis apostolicae convenientibus canonum decretis[4] prope sancitum est[g]; sola expectabatur sentencia[h] nostri pontificis. Quam rem ille[i], si patriarchatus honor sibi et ecclesiae suae Romanis[k] privilegiis concederetur, fore ut consentiret promisit, quamlibet[l] invitus. Disposuit vero patriarchatui[m] subicere[n] XII episcopatus[o, 5], quos[p] ex sua divideret parrochia, preter eos suffraganeos, quos in Dania ceterisque gentibus nostra tenet ecclesia, ita ut primus esset in Palmis iuxta[q] Egdorem fluvium, secundus in Helinganstade[r], tercius[s] in Razzispurg[t], quartus in Aldinburg[u], quintus in Michilinburg[v], sextus in Stade[w], septimus in Lismona, octavus in Wildishusin[x], nonus in Bremis, decimus in Ferde[y], undecimus in Ramsola, duodecimus in Fresia. Nam Ferdensem[z] episcopatum se facile posse adipisci non semel gloriatus est. (32). um 1050—1054.

XXXIIII[a]. Interea condicionibus utrimque protractis (33).

33: a) Cap. CL. *B* 1. *C* (1). 2; Cap. XXXIIII. *B* 2. *(C 2)*. b) suscessib. *C* 1. c) eleuatus *B* 2. d) et *fehlt* *B* 1. e) qua *B* 2. f) iam *fehlt* *C*. g) esset *B* 2. h) nostri pontif. sentencia *C*. i) ille *fehlt* *A* 1. k) conced. Roman. priuileg. *B* 2. l) quamuis *C*. m) archiepiscopatui suo *C*. n) XII subicere *C*. o) archiepiscopatus, archi *durch Unterstreichung getilgt*, *A* 1. p) quod *A* 1. q) iuxta Egd. fluv. *fehlt* *BC*. r) *A* 1; Helinganstед *B* 2; Heligansted (-stedh *B* 1b) *B* 1; Heliganstad *C*. s) IIIus. IVus *usw. bis* XIIus *A* 1. t) Razisburg *B* 2; Razizpurg *C*. u) Alchinburg *B* 1a; Aldinburgh *B* 1b. v) Michliaburg *B*. w) Stadhe *B* 1; Stathe *C*. x) Wildishusim *B* 1b. (2); Wildishusen *C* 2. y) Forde *B* 1a; Verde *B* 2; Ferda *C*. z) Verdensem *B* 2.

34: a) Cap. CLI. *B* 1. *C* (1). 2; Cap. XXXV. *B* 2. *(C 2)*.

1) *Orosius VII,* 29, 16: His elatus successibus. *(K).* 2) *Über den Plan des Patriarchats vgl. Dehio I,* 203—210. *Ich erläutere danach hier (vgl. auch unten Kap.* 59 (58) *Schluß) nur einige Hauptpunkte des Adamschen Berichts.* 3) 1. *Mach.* 1, 3: usque ad fines terrae. 4) *Pseudo-Isidor ed. Hinschius; Decreta Annitici cap. III. IV, Hinschius S.* 121; *Decreta Pelagii II. papae, Hinschius S.* 724; *Anaclet, Epist. I, Kap. XV, Hinschius S.* 73 *usw. Siehe Weizsäcker, Hinkmar und Pseudo-Isidor, Zeitschr. f. d. histor. Theologie XXVIII* (1858), 391 *f.* 5) *Pseudo-Isidor a. a. O. fordert, daß der Primas (oder Patriarch) mindestens zwölf (an anderer Stelle: zehn oder elf) Suffraganbischöfe habe. Dehio I,* 204, *N.* 1 *bemerkt, daß der Plan mit den zwölf Bistümern in der hier bezeichneten Gestalt erst in die zweite Epoche der Patriarchatspläne* (1069—72) *gehöre.*

sanctissimus papa Leo migravit[a.1], eodemque[b] anno[2] fortissimus imperator Heinricus[c] discessit[d]. Quorum obitus contigit anno archiepiscopi XII^mo; quorum[e] morte non solum ecclesia turbata est, verum etiam res publica finem 1056. habere videbatur. Itaque ex illo tempore nostram ecclesiam omnes calamitates oppresserunt[3], nostro pastore tantum curiae intento[f] negotiis[4]. Ad gubernacula[g] regni mulier cum puero successit[h], magno imperii detrimento. Indignantes enim principes aut muliebri potestate constringi aut infantili[i] ditione regi primo quidem communiter vindicarunt se in pristinam[k] libertatem[5], ut non servirent; dein[l] *Luc.* 22, 21. contentionem moverunt inter se, 'quis[6] eorum videretur 1062. esse maior'[m]; postremo armis[n] audacter sumptis dominum et regem suum deponere[o] moliti sunt. Et haec omnia[7] oculis[p] pocius videri possunt, quam calamo scribi.

1063. Tandem[q] seditionibus ad pacem inclinatis[8] Adalbertus[9] et Anno archiepiscopi[r] consules declarati sunt[q], et in[s] eorum consilio deinceps summa rerum pendebat[10]. Sed cum ambo essent viri prudentes et strennui in procuratione rei publicae, tamen alter alterum felicitate aut industria sua longe[t] precurrisse videtur. [Itaque[u] ficta sodalitas[v] episcoporum modico duravit tempore, et quamvis lingua

a) migr. a seculo; eod. *C.* b) que *fehlt B* 1a. c) Henric. *B.* d) decessit *BC*, *ebenso unten III*, 64 (63). e) Quorum *B* 1b. 2. *C.* f) negociis intento *BC.* g) gub. enim regni *C.* h) prefuit *B;* puero, magno imp. prefuit detrimento *C.* i) infantuli *C.* k) libert. prist. *B* 1. l) deinde (Deinde *B* 1) *BC.* m) maior *ausgeschrieben B* 1a; *von zweiter Hand* altior, *dies getilgt, darüber* acrior *B* 1b, *die Vorlage* (y) *hatte* a^or = maior. n) armis *fehlt A* 1. o) defendere *B* 1. p) pocius oculis *BC.* q) Cap. XXXVI. *B* 2. *(C 2).* r) *am Rande in B* 1a: Adalbertus et Anno Bremensis et Coloniensis archiepiscopi. s) ex *B* 2. t) longe *fehlt BC.* u) *das eingeklammerte nur BC, fehlt A* 1. v) episc. sodalitas *C.*

1) 1054, *April* 19, *im zwölften oder richtiger wohl noch im elften Jahre Adalberts. Vgl. oben S.* 142, *N.* 4. 2) 1056, *Okt.* 5, *im vierzehnten Jahre Adalberts.* 3) *Sallust. Catil. c.* 39: profecto magna . . calamitas rem publicam oppressisset. *(L).* 4) *Vgl. oben S.* 151, *N.* 2. 5) *Vgl. oben S.* 68, *N.* 8. 6) *Ebenso oben I,* 32 (34). 7) *Ganz ähnlich V. Willibrordi auct. Alcuino Kap.* 23, *Jaffé, Bibl. VI,* 56: Quae omnia melius oculis probari quam verbis explicari queunt. 8) Tandem — inclinatis *fast wörtlich oben S.* 63, *Z.* 13. 9) *Adalberts offizielle Teilnahme an der Reichsregierung als* patronus *des jungen Königs ist zuerst* 1063, *Juni* 27 *(St.* 2622*) nachweisbar. Meyer von Knonau I,* 333 *ff.* 10) *Für Adalberts Tätigkeit und Stellung bei Hofe hat Adam folgende Ausdrücke: III,* 43 (42): quasi magister regis et princeps consiliorum; *Kap.* 45 (44): primatum curiae tenebat; 47 (46): quaerens primatum; *ebenda:* consulatum adeptus est. *Für die Zeit* 1069—1072 *in Kap.* 59 (58): summam rerum, quod est vicedomnatus, iam septies consul meruit. *Der Ausdruck* maior domus *wird Kap.* 36 (35) *und* 77 (70 *Anhang*) *gebraucht. — Vgl. oben II,* 11 (9): apud quem summa consiliorum pendebat. *(L).*

utriusque pacem sonare videretur, cor tamen odio mortali pugnabat in invicem. Et Bremensis quidem presul eo iustiorem induit[a] causam, quoniam pronior[1] fuit[b] ad misericordiam, regique domino suo fidem[c] docuit servandam esse[2] usque ad mortem[c]. At vero Coloniensis, vir atrocis ingenii, etiam violatae fidei[3] arguebatur in regem; preterea per omnes, quae suo tempore factae sunt, conspirationes semper erat medioximus[d]].

XXXV[a]. Coloniensis enim[4], quem avaritiae notabant[5], (34).
omnia, quae [vel[b]] domi vel in curia potuit corrodere[c], in ornamentum[d] suae posuit ecclesiae. Quam, cum prius magna esset, ita maximam fecit, ut iam comparationem evaserit omnium, quae in regno sunt, ecclesiarum. Exaltavit etiam parentes suos et amicos et[e] capellanos, primis honorum dignitatibus omnes cumulans, ut illi alteris[f] succurrerent infirmioribus. Quorum primores erant germanus[g] archiepiscopi Wecilo[h] Magadeburgensis[i, 6], eorumque[k] nepos Burkardus[l] Halverstadensis[m] episcopus[7]. Similiter[n] Cuono[o] Treveris electus, sed invidia cleri martyrio coronatus, antequam intronizatus[8]. Item[p] Mindensis[q] Eilbertus[9] et Traiectensis Willehelmus[r, 10]; preterea[s] in Italia[t] Aquilegiensis[11] atque Parmensis[12] et alii, quos enumerare longum

a) indidit *B* 2. b) ad miseric. fuit *C*. c) fidem usque ad mort. doc. esse serv. *C*. d) medioximus semper erat *B* 1; medi::: us *C* 1; medius *C* 2.

35: a) Cap. CLII. *B* 1. *C* 2; Cap. XXXVII. *B* 2. *(C 2); kein neues Kap. in* *C* 1. b) vel *BC*, *fehlt A* 1. c) corradere *BC; vgl. oben Kap.* 17 (16), *S.* 159, *Z.* 36, *N.* b. d) ornamento *BC*. e) ac *C* 1. f) aliis *B* 1. g) germ. arch. *fehlt C*. h) Wecilio *B* 1[b]; Wezcilo *C*. i) Magedburg. *B* 1[a]; Maydeburg. *B* 1[b]. 2; Magdaburg. *C* 1; Magdeburg. *C* 2. k) que *fehlt B* 2. l) Burchardus *BC*. m) Halvarstadensis *C* 1. n) similiter *C* 1. o) Cono *BC*. p) item *C* 1. q) Eilb. (Eylb. *C* 2) Mind. et Wilh. Traiect. *C*. r) Wilhelmus *BC*. s) Preterea *B* 1[a]. 2. t) Ytal. *B* 1. *C* 1.

1) *Prov.* 22, 9: Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur. *(K)*. 2) *Vgl. unten Kap.* 78 (70 *Anhang*). 3) *Iuvenal. Sat. XIII*, 6: De scelere et fidei violatae crimine. *(K)*. 4) *Der Text fährt hier wieder, in BC ebenso wie in A* 1, *mit* enim *fort, als wenn der Einschub in BC gar nicht vorhanden wäre; vgl. Einleitung* § 2. 5) *Vgl. die Zeugnisse über Anno bei Meyer von Knonau II*, 599—604. 6) *Werner oder Wezel, Erzbischof von Magdeburg*, 1063—1077. *(L)*. 7) *Burchard oder Bucco, nach Anno Propst zu Goslar*, 1059—1088 *Bischof von Halberstadt. (L). Über die Verwandtschaft mit Anno vgl. Meyer von Knonau I*, 166, *N.* 87. 8) *Im J.* 1066. *(L)*. 9) *Egilbert, Bischof von Minden* 1055—1080. *Bei seiner Erhebung war Anno noch Propst in Goslar, kann aber als solcher wohl einigen Einfluß geübt haben; Egilbert stand von Anfang an in nahen Beziehungen zu ihm, vgl. Steindorff II*, 289, *N.* 2. 10) *Wilhelm, Bischof von Utrecht* 1054—1076. 11) *Vermutlich der im J.* 1063 *erwählte Ravenger; Meyer von Knonau I*, 354, *N.* 97. *G. Schwartz, Besetzung der Bistümer Reichsitaliens S.* 33. 12) *Eberhard*, 1072 *erwählt; Meyer von Knonau II*, 163, *N.* 94; *Schwartz a. a. O. S.* 187, *N.* 2.

est, studio et favore Annonis elevati sunt, qui et fautori suo in temptationibus auxilio decorique fuisse certarunt. Multa igitur ab illo viro in divinis et humanis[1] egregie facta comperimus.

(35). XXXVI[a]. Noster vero metropolitanus[2] tantum[b] pro nobilitate certans et gloria[3] terrena indignum habuit aliquem suorum exaltare, licet multos in obsequium[c] traxisset egentes, arbitrans sibi hoc esse [quasi[d]] dedecus, si aut rex aut quisquam[e] magnatium[f] suis benefaceret, 'quos ipse', inquit, 'tam bene aut melius possum remunerare'. Ergo admodum[g] pauci suorum illo annuente pervenerunt ad apicem episcopalem; multi vero, si tantum apti ad verSchol. 77. bum seu callidi essent ad servitium, ingentibus[h] cumulati sunt divitiis. Unde factum est, ut pro gloria mundi captanda homines[4] diversi generis et multarum artium, precipue vero adulatores, ad suam ascisceret[i] familiaritatem.

Schol. 77 (78). Inter quos advena Paulus ex Iudaismo conversus[a] ad christianam fidem[5] quique[b], nescio[c] pro avaritia vel[d] pro sapientia exulatus[e] in Greciam, cum inde[f] remearet, nostro adhaesit pontifici, glorians se multarum[g] artium callere ingenio, adeo ut ex insciis litterarum philosophos redderet per triennium et ex cupro formaret aurum obrizum[h]. Facile[i] persuasit ille[k] archiepiscopo credere omnia quae dixit, adiciens hoc omnibus mendaciis suis, quod[l] cito faceret apud Hammaburg monetam publicam ex auro fieri[l] et pro denariis bizantios[m] dari *(B1ª. 2. C)*.

36: a) Cap. CLIII. *B* 1. *C* 2; Cap. XXXVIII. *B* 2. *(C 2); kein neues Kap. in C* 1. b) tn̄ (tamen) *A* 1. c) obsequio *BC*. d) quasi *BC*, *fehlt A* 1. e) quispiam *B* 2. f) magnatum *BC; vgl. oben Kap.* 24, *S.* 167, *N.* b. g) quemadmodum *B* 1. h) in gentibus *A* 1. i) addisceret *B* 1ª.

Schol. 77: a) conv. est ad *C*. b) Quique *C*. c) nescio an pro *C*. d) an *C*. e) exaltatus *B* 1ª. f) unde *B* 1ª. g) multas artes *B* 2. h) obrisum *B* 1ª. i) facile *B* 1ª; Facile — dixit *fehlt B* 2. k) ille *fehlt B* 1ª. l) qui *B* 1ª; adiciens se subito apud Hamm. mon. publ. ex auro facturum *C*. m) bizantos *B* 1ª. *C* 2.

1) *Vgl. oben S.* 144, *N.* 4. *(L).* 2) *Dies ist die zweite große Charakteristik, vgl. oben Kap.* 1. 2; *sie leitet mit Hervorhebung der schlechten Eigenschaften und ihres allmählichen Hervortretens zur Darstellung des Sturzes und folgenden Unglücks hin.* 3) *Sallust. Iug.* 114, 2: pro gloria certari. *(L).* 4) *Sallust. Catil.* 24, 3: plurimos cuiusque generis homines adscivisse sibi dicitur. *(L).* 5) *Wahrscheinlich ist das der im Chron. Laureshamense, SS. XXI,* 414 *erwähnte* Iudeus quidam, immo Iudas, qui episcopi loculos habebat. *(L).*

Quorum onerosam multitudinem[1] traxit secum in curia[a] et per episcopium[b] sive quacumque iter esset, affirmans se frequenti commeantium multitudine non modo[c] non gravari[1], verum etiam opipare[d] delectari[2]. Pecuniam autem, quam recepit[e] a suis sive ab[f] amicis, porro[g] seu ab his, qui frequentabant palatium vel qui regiae maiestati[h] fuerunt[i] obnoxii, illam, inquam, pecuniam, licet maxima esset, sine mora dispersit[k] infamibus personis et[l] ypocritis, medicis[3] et[l] histrionibus et[m] id genus aliis. Scilicet[n] non sapienter aestimans talium personarum favoribus se effecturum, ut vel solus placeret in curia vel maior domus[o] fieret pre omnibus, et eo modo perfici posse, quod in animo habuit[p] de provectu[q] ecclesiae suae. Preterea cum omnes, qui erant in Saxonia sive in aliis regionibus clari et magnifici viri, adoptaret in milites, multis dando quod habuit, ceteris pollicendo[4] quod non habuit, inutile nomen vanae gloriae magno corporis et animae dampno[r] mercatus est. Et corrupti quidem mores[s, 5] archiepiscopi ab initio tales in[t] processu[u] temporis[v] et circa finem semper deteriores[w] fuerunt.

XXXVII[a]. Tunc igitur magnis curiae honoribus[b] in- (36).
flatus vixque iam tolerandus inopi[c] parrochiae venit Bre- 1063—1066.
mam[6] cum ingenti, ut solebat, multitudine armatorum, novis populum [et[d] regionem] exactionibus aggravans[e]. Et tunc[7] levata sunt illa castella, quae vel maxime[f] nostros ad iram

a) curiam *B* 2. *C* 2. b) episcopum *B* 1[a]; curia per episcopatum *B* 1[b]. c) modo non *fehlt* *B* 1. d) opipari *B* 1. e) a suis recepit *C*. f) ab *fehlt* *BC*. g) porro *fehlt* *BC*. h) potestati *C*. i) obn. fuerunt (fuerant *C* 2) *C*. k) infam. dispers. person. *C*. l) et *fehlt* *B* 1. m) et id gen. al. Scil. *fehlt* *C*. n) scilicet *B* 1. o) Dominus *B* 1[b]. 2. p) habuit *steht hinter* ecclesie sue *C*. q) profectu *B* 2. r) dn̄o (domino) *B* 1[a]. s) arch. mores *C*. t) in *fehlt* *BC*. u) proc. autem temp. *C*. v) temporum *B* 1[a]. w) fuerunt deteriores *BC*.

37: a) Cap. CLIIII. *B* 1. *C* (1). 2; Cap. XXXIX. *B* 2. *(C* 2*)*. b) inflat. honor. *BC*. c) iopi *A* 1. d) et reg. *BC*, *fehlt* *A* 1. e) acgravari *A* 1. f) quae vel maxima *A* 1; quae maxime *BC*.

1) *Einhard, V. Kar. Kap.* 21: Amabat peregrinos et in eis suscipiendis magnam habebat curam, adeo ut eorum multitudo . . non inmerito videretur onerosa. Ipse tamen prae magnitudine animi huiuscemodi pondere minime gravabatur. *(K).* 2) *Vgl. unten Kap.* 77 (70 *Anhang*). *(L).* 3) *Horat. Sat. I,* 2, 2: Medici, mimae, balatrones hoc genus omne. 4) *Sallust. Iug.* 16, 3: dando et pollicendo multa perfecit. *(K).* 5) *Sallust. Catil.* 5, 8: conrupti mores; *vgl.* 11, 7. *(L).* 6) *Das kann Ende* 1063 *nach der Rückkehr von dem ungarischen Feldzug und nach dem Tage zu Regensburg* (1063 *Okt.; Meyer von Knonau I,* 356) *gewesen sein; danach taucht Adalbert wieder am* 17. *Januar* 1064 *(St.* 2639*) am Hofe auf.* 7) *Wohl im Laufe des Jahres* 1063; *nach Kap.* 44 (43) *(unten S.* 187*) sind sie bereits vor* 1066 (1064 *oder* 1065) *wieder zerstört worden. Dehio I,* 222, *N.* 1 *setzt die Erbauung schwerlich richtig bereits* 1048 *an.*

1063—1066. duces[a] incenderunt, deficiente illo studio, quod prius habuit in aedificatione sanctarum congregationum. Miranda nimirum voluntas hominis impatiensque[b] ocii, quae domi forisque[1] tantis occupata laboribus nunquam[c] posset fatigari. Nam cum[d] sepe antea miser episcopatus eius tantis expeditionum sumptibus tantisque voracis curiae studiis laborasset, nunc vero in aedificationem[e] prepositurarum et castellorum sine misericordia profligatus est. [Nam[f] et hortos[g] et vineas in terra plantans[h] arida, licet studio inefficaci multa temptasset, nihilominus tamen hiis, qui morem gererent suae voluntati, magnifice voluit omnibus compensari laborem]. Ita mens alta viri pugnans contra naturam patriae, quicquid[i] usquam magnificum didicit, hoc non[k] habere [et[l]] ipse noluit[m]. Cuius morbi causas cum diligenter et diu perscrutarer, inveni sapientem virum ex illa, quam nimium[n] dilexit, mundi gloria perductum ad hanc mollitiem animi[2], quod[o] in prosperitate rerum temporalium elevatus[p] in superbiam ad laudem comparandam ignorabat[q] modum, in[r] adversitate autem plus iusto contristatus iracundiae aut merori frena laxabat[s,3]. Itaque tam[t] in bono, si misertus[t] est, quam in malo, si iratus est, in utroque mensuram excessit.

(37). XXXVIII[a]. Eius rei documentum hoc habeo, quod[4] in ira furoris sui[5] aliquos manu percussit[b] usque ad effusionem sanguinis, sicut[6] fecit[c] prepositum[d,7] eius aliosque. In misericordia vero, quae in hac parte melius dicitur[e] largitas, erat ita profusus, ut libram argenti pro[f] denario computans aliquando mediocribus[g] personis effundi centum

a) ducis *B* 2. b) que *fehlt BC*. c) n̄q. (nonq.) *A* 1. d) sepe cum *B* 1. e) edificatione *BC*. f) *das eingeklammerte nur BC, fehlt A* 1, *wohl nur versehentlich, wie Lappenberg in seiner Praefatio bemerkte; denn* pugnans contra naturam patriae *(Z. 12 f.) bezieht sich doch wohl auf die Weinpflanzungen.* g) ortos *B* 1[a]. h) plantas *B* 1[a]. i) quidquid *B* 1[a]. k) nunc *B* 2; non *fehlt C*. l) et *BC, fehlt A* 1. m) uoluit *A* 1. *B* 1[b]. 2. *C*. n) nimirum *B* 1[b]. 2, *verbessert in B* 1[b]. o) ut *B* 2. p) eleuatur *A* 1; eleuatus superbia *B* 2. q) ignoraret *B* 2. r) In *A* 1. *B* 1. *C* 1. s) laxarat *B* 2. t) tam in bona miseratus est *A* 1.

38: a) *kein neues Kap. in B* 1. *C;* Cap. XL. *B* 2. *(C 2)*. b) percussit *steht hinter* sanguinis *C*. c) fecit *steht hinter* aliosque (aliisque *C* 2) *C*. d) praeposito suo aliisque *B* 2. *C* 2. e) larg. dicitur *C*. f) pro den. *fehlt BC*. g) medicribus *A* 1.

1) *Sallust. Iug.* 85, 3: domi forisque. *(L).* 2) *Sallust. Catil.* 52, 28: mollitia animi. *(L). Terent. Eunuch. V.* 222: mollities animi. *(K).* 3) *Lucan. Pharsal. VII,* 124 *f.:* frenosque furentibus ira Laxat. *(L).* 4) *Sallust. Catil.* 9, 4: Quarum rerum ego maxuma documenta haec habeo, quod. *(K).* 5) *Ierem. Thren.* 2, 3: in ira furoris sui; *vgl.* 1. *Reg.* 20, 34. *(K).* 6) *Vgl. oben S.* 153, *Z.* 12 *f.:* sicut Salemoni fecit proprios servos; *unten IV,* 27. 7) *Wohl der unten Kap.* 57 (56) *genannte Suidger.*

libras edixerit, amplius[a] autem maioribus. Qua[b] de re accidit, ut, quotienscumque iratus est[c], ceu[d] leo fugeretur ab omnibus, cum vero placatus est[e], palpari posset ut agnus. Citissime autem ad hylaritatem ab ira laudibus mulceri potuit vel suis vel alienis, et tunc quasi alteratus[f] ab illo, qui[g] fuit, arridere cepit laudatori. Hunc locum sepe vidimus captari ab[h] adulatoribus, qui ex diversis terrarum partibus in cameram eius velud in sentinam fluxerunt[i.1], quos et ipse ad nansciscendum[k] honorem mundi necessarios esse[l] principibus indicavit[m]. [Si[n] qui tamen palatio et regi notiores erant, in[o] suam dignatus est ascire[p] familiaritatem[2], reliquos permisit abire donatos]. Ita vero et honestas personas et in ordine sacerdotali fulgentes ad hoc turpissimum adulationis offitium ambitio suae familiaritatis illexit. Postremo qui adulari nesciret aut fortasse nollet, eum sicut amentem et stolidum vidimus[q] a ianuis excludi[r]. Ac si diceretur:

— — Exeat aula[s], *Lucan. Phars. VIII, 493 f.*
Qui vult[t] esse pius,

et[u]:

Accusator erit, qui verum dixerit[3].

Porro ita prevaluerunt apud nos mendaces[4], ut vera dicentibus non crederetur, etiamsi iurarent. Talibus igitur[v] personis plena fuit domus[w] episcopi.

XXXVIIII[a]. Quibus accesserunt cottidie[b] alii gnathones[c], parasiti[5], somniatores et rumigeruli, qui ea, quae ipsi confinxerunt[d] nobisque placitura rebantur, iactabant (38).

a) Amplius *B* 1. b) qua *B* 1a. c) esset *B. C* 2. d) tanquam *BC*. e) esset *BC*. f) alturatus *A* 1. g) qui *fehlt A* 1. h) ab *fehlt B* 1. *C*. i) confluxerunt *C*. k) nasciscendum *A* 1; nanciscendum *B* 1a. 2, *durch Tilgung von* nci *geändert in* nascendum *B* 1a. l) princ. esse *C* 1; esse *fehlt C* 2. m) iudicavit *BC, vielleicht richtig*. n) *das eingeklammerte nur BC, fehlt A* 1. o) eos in *B* 2. p) ascire *fehlt B*. q) uidimus *steht hinter* exclusum *C*. r) exclusum *BC*. s) ab aula *A* 1; aulam *B* 1b. 2. *C*. t) vut *B* 1a. u) et *fehlt B* 2. v) ergo *B* 1. w) domus *fehlt A* 1.

39: a) Cap. CLV. *B* 1. *C* 2; Cap. XLI. *B* 2. *(C 2); kein neues Kap. in C* 1. b) cotidi *B* 1a. c) gnatones *A* 1. *B* 1a, *hier vom Schreiber, wie es scheint, verbessert in* gnathones. d) conflixerunt *A* 1; confixerunt *C* 1, *so hat Adam vielleicht geschrieben.*

1) *Sallust. Catil.* 37, 5: Romam sicuti in sentinam confluxerant. *(L).* 2) *Vgl. oben S.* 178, *Z.* 15 *f., N.* 4. 3) *Iuvenal. Sat. I,* 161: Accusator erit qui verbum dixerit: hic est. *(L). Mehrere Hss. haben* verum, *Iuvenal, hg. von L. Friedländer I,* 161. 4) *Vgl. Hieronymus Epist. VI (ed. Hilberg, Corpus script. eccles. Latin. Vindob. t. LIV,* 24*)*: mendaces faciunt, ut nec vera dicentibus credatur. *(K).* 5) Gnatho, Parasitus *bei Terenz, Eunuch. (K).*

sibi per angelos[a] revelata; iam[b] publice divinantes Hammaburgensem patriarcham[c] — sic enim vocari maluit[d] — cito papam futurum, aemulos[e] suos a curia depellendos, ipsum[f] vero solum diuque rem publicam gubernaturum, atque ita[g] fieri[h] longaevum, ut L annos[i] excederet in episcopatu, postremo[k] per illum virum[l] quaedam aurea secula orbi ventura[1]. Et haec quidem[m] licet ficte ab adulatoribus et pro quaestu promitterentur, episcopus tamen, quasi de celo sonuissent, vera omnia putabat[n], tractans[o] ex scripturis quaedam presagia rerum, quae fieri debeant, hominibus data vel in somniis[p] vel in auguriis vel in communibus sermonum loquelis vel in non solitis[q] elementorum figuris. Quare dicitur eum morem insuevisse, ut, dum cubitum ibat[r], fabulis delectaretur, cum expergisceretur, somniis, quotiens vero iter incepit, auspiciis. Aliquando etiam diem[s] totum somno[t] indulgens noctu pervigil aut[u] lusit ad[v] aleas aut mensae[w] assedit[x]. Cum autem[y] recumberet[z] ad mensam, hilariter habundanterque[a] omnia[b] precepit exhiberi convivis[c]. Ipse[d] a convivis[c] ieiunus[e] interdum surgens, semper autem ex officio paratos habens[f], qui advenientes reciperent hospites[g], magnopere curavit[2], ne[h] non multum illum[i.3] haberent[h]. Adglorians[k] hospitalitatem porro maximam[l] esse virtutem, quae cum[m] non careat divina mercede[4], sepe etiam inter homines habeat[n] vel maximam[o] laudem. Recumbens autem non tam cibis aut poculis quam faceciis[p] oblectabatur aut[q] regum hystoriis aut raris philosophorum sentenciis. Si vero erat privatus, quod raro accidit, ut solus et absque hospitibus maneret vel regiis

a) aglos *B* 1^{a}; Anglos *B* 1^{b}.2. b) Iam *A* 1. c) parochiam *B* 2. d) voluit *C;* voluit vocari *B* 2. e) Aemulos *B* 1^{a}.2. *C* 2; aem. vero suos *C*. f) Ipsum *A* 1; ips. autem *C*. g) ea *B* 1^{a}. h) longaev. fieri *C* 2. i) in episc. exced. annos *C*. k) Postremo *A* 1. *B*. l) virum *fehlt C, daselbst* aurea quedam. m) quidam *B* 2; quidem haec *C* 2. n) putabatur *B* 1^{a}. o) Tractans *A* 1; trahens *C*. p) sonis *A* 1; somnis *B* 1^{b}. q) in insolitis *C*. r) iret *B* 2. s) totum diem *C*. t) somnio *A* 1. u) aut *fehlt B* 1; pervigilanter lusit *B* 2. *C*. v) in alea *C*. w) ante mensam *BC*. x) sedit *C*. y) Cumque *BC*. z) ad mens. recumb. *C*. a) que, *von gleichzeitiger Hand über der Zeile nachgetragen*, *A* 1. b) omn. conv. exhib. precepit *C*. c) conuiuiis *B* 1. d) ipse *BC*. e) ieiunus *fehlt BC*. f) habere *B* 2. g) hospites et magnop. procurarent *C*. h) ne — haberent *fehlt BC*. i) *in* illi *zu bessern? Vgl. N.* 3. k) Cap. CLVI. *B* 1. *C* 2: Cap. XLII. *B* 2. *(C* 2*); kein neues Kap. in C* 1. l) magnam *BC*. m) dum div. merc. non car. *C*. n) habet *B* 1; habebat *C* 2. o) permaximam *B;* vel *fehlt BC*. p) facetis *B*. *C* 1. q) ut *C*.

1) *Vergil. Aen. VI, 789 ff.:* ventura . . aurea . . saecula; *vgl. ebda. VIII,* 324 *f. (K).* 2) *Einhard, V. Karoli Kap.* 26: curabatque magnopere. 3) ne non multum illi haberent *würde heißen: daß jene nicht wenig hätten, daß ihnen nichts abginge. Zum Sprachgebrauch (nachgestelltes, betontes* ille*) vgl. I,* 55 (57), *S.* 56, *Z.* 5; *II,* 3, *S.* 64, *Z.* 6; *II,* 15 (13), *S.* 71, *Z.* 15, *und öfter.* 4) *Gemeint ist wohl Gen.* 18. 19; *vgl. auch Hebr.* 13, 2: Et hospitalitatem nolite oblivisci.

legatis, tunc[a] fabulis aut[b] somniis, semper autem sobriis ocium terebat[c.1] loquelis. Raro fidicines[d] admittebat, quos tamen propter alleviandas anxietatum curas aliquando censuit esse necessarios. Ceterum pantomimos[e], qui obscenis corporum motibus oblectare[f] vulgus solent, a suo conspectu prorsus eiecit[2]. Soli medici cum illo regnabant, difficilis[g] aditus fuit ceteris, nisi gravior[h] causa posceret aliquos intromitti laicos[i]. Unde etiam accidit, ut videremus ostium thalami sui[k], quod primo omnibus patuit ignotis vel[l] peregrinis, tali postmodum custodia vallatum esse, ut magnis de rebus[m] legati potentesque[n] seculi personae aliquando pro foribus inviti[o] expectarent per ebdomadam.

XL[a]. Preterea inter epulandum familiare habuit mag- (39).
nos[b] viros[c] carpere[3], notans in aliis stulticiam, in quibusdam avaritiam, multis autem obiciens[d] ignobilitatem[4], omnibus[e] vero[f] inproperavit infidelitatem, eo quod ingrati essent illi[g], qui eos de stercore suscitaret[h.5], regi[i], quem solus[k] ipse diligens imperium pro iure[l], non pro suo commodo tueri videretur. Argumentum[m] esse, quod illi sicut ignobiles raperent aliena, ipse vero sicut nobilis effunderet sua; hoc esse apertissimum nobilitatis indicium. Hac invectione pestifera utebatur in singulos nullique[6] demum pepercit, dummodo se omnibus anteferret. Itaque[n] breviter hoc dicendum est pro sola, quam dilexit, mundi gloria peioratum esse illum virum[o] de omnibus, quas ab initio habuit, virtutibus. Talia[p] et eiusmodi plurima circa ipsum facta
sunt illo tempore, quae supersticioni vel iactanciae seu 1063—1066.
potius negligentiae eius infamiam magnam pepererunt odiumque omnium mortalium, precipue vero magnatium[q].

a) tum *B* 2. b) et *BC*. c) impendebat *BC*. d) fidecines *oder* fideciues *B* 1[a]. e) pantamimos *B*. *C* 1. f) oblectari vulgum *A* 1, *vielleicht hat Adam so geschrieben.* g) ceteris diffic. fuit aditus *C*. h) causa gravior *BC*. i) laicos *fehlt BC*. k) eius *B* 2. l) et *BC*. m) magnarum rerum legati *C*. n) petentesque *A* 1. o) expect. inviti *C*.

40: a) *kein neues Kap. in BC*. b) magnates (-tos *B* 1[b]) *BC*. c) carp. viros *C*. d) obiecit *B* 1. e) in omn. *C* 1. f) autem *B* 2. g) illi *fehlt BC;* ingr. regi essent *C*. h) suscitarat *B* 2. i) regi *fehlt hier C*. k) solum *BC*. l) vire *B* 1[a]. m) argum. *C*. n) Cap. XLIII. *B* 2. *(C 2)*. o) virum illum *C* 2. p) Nempe talia *BC*. q) magnatum *BC; vgl. oben Kap.* 36, *S.* 178, *N.* f.

1) *Sallust. Catil.* 4, 1: otium conterere. *(L). Vergil. Aen. IV,* 271; *Lucan. Pharsal. II,* 488. *(K).* 2) *Vgl. Exod.* 10, 11: Statimque eiecti sunt de conspectu Pharaonis; *ebda.* 23, 31. *(K).* 3) *Vgl. oben III,* 2, *S.* 144, *Z.* 16—19. 4) *Cicero Pro Murena* 8: multis viris fortibus ne ignobilitas obiceretur. *(K).* 5) *Ps.* 112, 7: Suscitans . . . et de stercore erigens; 1. *Reg.* 2, 8: Suscitat . . et de stercore elevat. *(K).* 6) *Ebenso oben S.* 144, *Z.* 18: nulli demum parceret.

Sed et libellum deperditum multo maioris pretii Albertus exscripsit, Annales videlicet Cremonenses, quibus ii qui exstant[5] *posteriore aetate conscripti Annales propinqui, sed breviores quasi ex illis excerpti esse videntur*[6]. *Cum et Sicardus in Cronica sua Annales Cremonenses illis proximos exscripserit atque saepe eadem retulerit, quae in Annalibus*

1) *'N. Archiv' XXVI, p.* 475—481: *cf. SS. XXXI, p.* 60 *sq.* 2) *Cf. p.* 32, *l.* 31. *et p.* 38, *l.* 26—28. *et p.* 43, *l.* 29. 30. *et p.* 44, *l.* 10—14. 32. *et p.* 48, *n.* 3. *et p.* 53, *l.* 6. 3) *Quod est in libro quarto Decreti eius, A. Mai, Novae patrum bibliothecae t. VII,* 2, *p.* 229 *sqq.* 4) *De hoc breviario in Cronicis brevibus pontificum et imperatorum exscripto vide quae exposui 'N. Archiv' XXVI, p.* 529 *sqq. XXVIII, p.* 211 *sq.* 5) *SS. XXXI, p.* 1 *sqq.* 6) *Annalium deperditorum reliquias ex Cronica Alberti collectas ex parte iam edidi 'N. Archiv' XXV, p.* 512—519, *pleniores repetiri SS. XXXI, p.* 184—188.

deperditis narrata erant, illius relationibus ab Alberto, cui illae sermone ac stilo magis placebant, plerumque exscriptis saepe verba Annalium deperditorum submota sunt[1], *ex quibus Albertus crebro locos Sicardi supplevit, aliquoties tantum die cuiusdem rei gestae ex Annalibus addita. Annalium reliquiae in Cronica Alberti ab a.* 1113.[2] *ad a.* 1227. *deprehenduntur. Nec dubito, quin etiam post hunc annum ex iisdem annalibus multa exscripsisset, si historiam Friderici II. imperatoris enarrasset, quam deesse supra p. VII. diximus. De rebus enim pontificum in illis annalibus post Honorium III. papam nihil relatum eum invenisse iure conici potest.*

Tum vero Albertus tabulas archivi S. Laurentii Cremonensis saec. X—XII[3], *quarum nonnullae, ut diploma Conradi II. imperatoris huic monasterio datum, perierunt, curiose adhibuit et utilia ex deperditis exscripsit nec non necrologium*[4] *monasterii sui aliaque scripta ibi, ut videtur, reperta*[5], *ut rhythmum de pace a.* 1175. *inter Fridericum I. imperatorem et Lombardos facta*[6], *quem ipse solus servavit, Catalogos etiam episcoporum Cremonensium et abbatum monasterii S. Laurentii habuisse videtur, nisi omnia quae de abbatibus tradit ex privilegiis aliisque tabulis huius monasterii cognovit. Totum privilegium Ludowici Pii imperatoris a.* 817. *ecclesiae Romanae datum ex collectione quadam canonum procul dubio descripsit (p.* 6*), bullam Urbani IV.*

1) *Maximi pretii sunt quae ex his annalibus ad a.* 1200. 1201. *(p.* 48—50*) et a.* 1210. 1211. *(p.* 53—55*) exscripsit.* 2) *De incendio civitatis Cremonensis a.* 1113. *breviter in Ann. deperditis relatum erat, qui locus et in Ann. deperditis et in Ann. Cremon. qui exstant, SS. XXXI, p.* 3, *et a Iohanne Codagnello, SS. R. Germ.* 1901. *p.* 3, *exscriptus est. Sed Albertus loco Annalium deperditorum exscripto addidit maiorem relationem de eodem incendio, quae sane olim in monasterio S. Laurentii separatim scripta erat. Diversae originis utrumque locum esse iam patet, cum in altero incendium die Aug.* 10, *in altero die Aug.* 9. *factum esse dicatur.* 3) *P.* 8, *l.* 27 — *p.* 9, *l.* 2; *p.* 10, *l.* 23—31; *p.* 11, *l.* 31—12, *l.* 1; *p.* 13, *l.* 11—15; *p.* 16, *l.* 20—25; *p.* 21, *l.* 12—16; *p.* 24, *l.* 3—7; *p.* 28, *l.* 30—35. *Etiam sui temporis privilegia monasterio S. Laurentii concessa Albertus legit et attulit, a.* 1331. *p.* 98, *l.* 13—15, *a.* 1334. *p.* 99, *l.* 9—13. *Etiam quae p.* 95, *l.* 1—5. *de monasteriis S. Laurentii et S. Thomae episcopo Cremonensi schismatico a.* 1329. *donatis dixit procul dubio ex bulla Nicolai V. antipapae didicit.* 4) *Quae p.* 44, *l.* 1. 2. *habet ad verbum ex necrologio maioris ecclesiae Cremonensis, quod habemus, exscripta sunt, sed conicere potes partem quandam necrologii S. Laurentii ex illo necrologio descriptam fuisse. Quae enim Albertus p.* 61, *l.* 6—8. *de Fatio mortuo scripsit non ex necrologio maioris ecclesiae, sed ex alio, sui monasterii, ut videtur, adsumpsit. Cf. etiam p.* 64, *l.* 12. 13. 5) *Cf. p.* 9, *l.* 12. 13. *et p.* 13, *l.* 37— 14, *l.* 3. *et p.* 27, *l.* 26—30. *et p.* 43, *l.* 9 — 17. 6) *P.* 35—37.

papae (p. 58*), libellum quendam de imperatore Romano et principibus electoribus imperii (p.* 4 *sq.* 10*), collectiones decretalium pontificum cum interpretatione Clementinarum Iohannis Andreae*[1] *legit et adhibuit.*

Quae tradit ab a. 1277. *unde acceperit, nescimus. In his permulta ab a.* 1298. *ad a.* 1337. *de rebus Brixiensibus, ut iure mirari possis, quod vir Cremonensis tanta de civitate non sua scripserit, licet territoria Cremonense et Brixiense vicina sint, Oleo fluvio tantum separata; praesertim cum legeris quae p.* 66 *sq. de pace inter partes Brixienses a.* 1298. *facta, quae p.* 78—80. *de civitate Brixiensi a.* 1311. *ab Henrico VII. rege obsessa et capta tradita sunt. Fieri quidem potuit, ut Albertus aliquanto tempore Brixiae moratus sit, quod ignoramus, sed potius ex libro quodam Brixiae scripto has relationes accepisse videtur. Iacobus Malvecius Brixiensis enim, qui post a.* 1412. *Chronicon suum conscripsit, in relationibus non paucis ab a.* 1298. *cum iis quae Albertus tradit tantopere concordat*[2]*, ut aut Alberti Cronicam aut libellum ab hoc exscriptum eum expilasse censeas. Quod ut lector perspiciat, tres saltem locos affero:*

Albert. p. 66 *sq.*	*Iacob. VIII,* 122.
Item parte Bardellorum, de qua fuerunt principales et maiores illi de Buchis, illi de Calzavelliis, illi de Concessio, illi de Pregnachis, illi de Mayrano, illi de Lechapestis, dominus Berrolinus de Cazago et multi allii nobilles et populares civitatis et districtus.	Et Bardellorum nobiliores domus erant: domus illorum de Buchis, illorum de Calzaveliis, de Pregnachis, de Lecapestis, sed et quidam de Cazago, de Mayrano et de Concesio horum socii effecti sunt.
P. 70.	*VIII,* 126.
d. Tebaldus de Brusatis una cum Griffis, Confanoneriis, d. Rizardo de Ugonibus et eius fratribus ad terram de Gaydo transeundo . . . cum auxilio lige Guelforum Lonbardie, maxime Cremonen-	Thebaldus[3], Rizardus de Ugonibus, Griffi quoque ac Confalonerii, habentes secum aliarum civitatum Lombardiae quosdam armigeros Guelfos, Gaydum ingressi sunt ibique sex diebus com-

1) *P.* 5. 55 *sq.* 66. 68. 86, *n.* 1. 2) *Muratori, SS. rerum Ital. XIV, col.* 961—1004. 3) *Qui c.* 125. *dictus est* de Bruxatis.

Albert. p. 70.

sium. Et homines dicte terre . . . ipsas gentes susceperunt . . . et ibi dicte gentes sex diebus moram fecerunt. Deinde sine ulla expulsione et fuga redierunt Cremonam . . . Quo facto condempnati fuerunt comune et ipsius terre Gaydi homines in X milibus librarum bone monete Brixiensis per dominium dicte civitatis Brixie.

Iacob. VIII, 126.

morantes; et cum nihil se proficere conspicerent, in civitatem Cremonensem profecti sunt . . . . Isdem ergo Brixiensis praesul[1] decem millia librarum Brixiensis monetae ab habitatoribus Gaydi exegit.

Hoc loco in iis quae supra omisimus Iacobus scribit: Nam diebus illis civitates Lombardiae Guelforum arbitrio regebantur praeter quam Verona et Mantua. *Et Albertus p.* 67. *ad a.* 1298, *ubi res Brixienses a Iacobo quoque relatas tradit:* Nam ante adventum dicti inperatoris *(Henrici VII.)* omnes civitates Lombardie in manibus et forcia erant et diu steterant partis Guelfe preter Veronam et Mantuam[2].

Albert. p. 84.

A. vero D. MCCCXVI. . . . et Guelfi . . . accesserunt viriliter ad ipsam plateam *(communis)* . . .; ad introitum dicte platee conflicti fuerunt dicti Guibelini et expulsi de platea et de partibus omnibus dicte civitatis et reduxerunt se ad terras et loca Ysei, Palazolli, Clararum, Roche-france, Urcearum et Quinzani et ad terras abbatie Leni et Calvisani.

Iacob. IX, 29.

ad plateam populi commissum est proelium; et tamdem Guelfi in Gibellinos atrociter irruentes eos de civitate repulerunt a. D. MCCCXVI. Porro expulsi cives ad castella Ysei, Palazoli, de Claris, *Pompiani,* de Urceis, Quinzani, *Pontolii,* Rocchefrancae, Leni, Calvisani, *Rudiani, Cizaghi, Visani, Canedi, Ustriani, Gotalengi, Pavoni, Gambarae, Pradalboini*[3] *et alia circumsita loca* se contulerunt.

1) *Berardus episcopus Brixiensis tunc erat dominus civitatis Brixiae, ut et Albertus et Iacobus tradunt.* 2) *Eadem repetit p.* 74. 3) *Suspicor loca ab Alberto non dicta ab ipso Iacobo adinventa esse, qui omnia fere castra territorii Brixiensis versus Oleum fluvium sita addiderit.*

Et ita multa ab utroque tradita ad a. 1330. *usque, quo Iacobi Chronicon desinit, conveniunt seu similia sunt. Sane Iacobus Alberti opus exscripsisse potest; quod si habuisset, etiam ante a.* 1298. *multa ex eodem assumpsisset, sed ante hunc annum nullum reperi locum, quem ex Cronica Alberti descriptum esse certo censere possem. Fieri quidem etiam potuit, ut Iacobus tantum postremam partem Cronicae Alberti habuisset vel locos ex hac excerptos; quod quidem negare non possum nec tamen probabile esse arbitror, potius eundem libellum Brixiensem ab utroque auctore expilatum esse conicio. Qui libellus sane ab Alberto multo melius ac fidelius exscriptus est quam ab Iacobo, qui iam more virorum temporis renatarum litterarum, quod dicunt, res gestas scripserit, quae legerat commiscuerit atque elegantiori stilo commutans corruperit. Omnia, quae hic solus tradit, nimis dubia, unde gaudeamus, quod unum saltem fontem eius nacti simus, sive is fuerit Alberti Cronica sive liber ab hoc expilatus. Quid ex eodem ab Alberto non relatum Iacobus forte assumpserit, nemo diiudicare poterit neque, ad quem annum ille liber deductus fuerit, perspicere.*

Sane simplicissimus vir Albertus abbas fuit, qui litteris parum studuerat, cum linguam Latinam nimis aspere tractaverit, verba quidem Latina intermixtis multis Italicis modo puerili scripserit, sed re vera sermone Italico usitato[1] *et*

1) *Orthographia etiam eius est vulgaris Italica, satis omnibus nota, duas nempe litteras consonantes pro una scripsit ut:* occulus, paccata, peccunia, seccurus, accerrimus, reddiit, redditum (= reditum), edifficium, edifficare, benefficium, paciffice, reffacta, aufferendo, allius, fillius, fillia, millites, nobillis, fidellis, mirabillis, venerabillis, probabillis, civillis, subtillitas, auxillium, fellicissimus, tallem, gallea, mallum, zellum, camellus, cellebrare, accellerans, gellavit, rellaxare, nollens, sepellire, tribullatio, concillium, privillegium, pallatium, ellecti, commitiva, appostoli, seppelire, apperire, supperare, marre, marrinus, murrus, arruit, conburri, pyrrata, confussus, occissus, inclussi, divisserunt, promissit, nissus, cessa (= caesa), pussillus, diocessis, religiosse, gloriossi, attavus, *vice versa unam litteram consonantem pro duabus ut:* acumbere, afectus, afabillis, efussio, agredi, sugestio, appelare, velet (= vellet), coloquium, maleum, cancelarius, vexilum, difficilimum, ilustris, novela, pululavit, flama, consumare, iminere, inocentia, Inocentius, inumerabillis, Iohanes, opidum, eror, turis, curere, curiculum, corumpere, aripere, arogans, coreptus, offerendo, naravit, porigere, teremotus, teritorium, iriguus, asentire, asensus, aserere, asumpto, aseverans, recesit, pasagium, posessio, posumus, suffosi, mitere, atingere, sagitarius; c *pro* ch *scripsit:* monacus, pulcer, coruscans, incohatum, *et* ch *pro* c: coruschans, circha, merchator, mirachulum, mischuerant, charus (= carrus), chatedra, chatalogus; ct *pro* c: audactius, condictio (*et* condiccio), *econtra* editis *pro* edictis; s *pro* sc: asendere, desendere, nesimus, septrum, sintilla, sisma, sysmaticus *et* pissibus (= piscibus);

quotidiano atque hoc incommode et inscite usus sit. Locos diversorum auctorum saepe rudissimo modo ac imprudenter coniunxit[1]*, sensu verborum descriptorum non raro perverso*[2]*, multa neglegenter describens depravavit, permultis verbis omissis sententias corrupit*[3]*. At bene nota Albertum librum suum non perfectum reliquisse, nos adversaria eius non elaborata habere, qui sane multa emendasset atque correxisset, si librum edendum consummasset et nitide transscribendum curavisset, et libenter concedes eum diligenter studuisse, ut novam historiam universalem congereret et conscriberet.*

Quae Albertus ab a. 1277. *ad a.* 1370. *simplicissime narravit non quidem maximi aestimanda sunt, si haec comparaveris cum relationibus gravissimorum auctorum illius temporis, sed multa habet de rebus Cremonensibus et Brixiensibus alibi aut non aut minus exacte, minus plane relata, quae tanto pluris facienda sunt, cum nullum habeamus scriptorem Cremonensem rerum illo tempore gestarum, Brixiensem tantum Iacobum Malvecium, scriptorem saeculi XV. minus fide dignum*[4]*. Res in Lombardia gestas memoriae tradidit, de iis quae in aliis provinciis Italiae acciderint paucissima et haec falso aut confuse relata, de rebus in aliis terris, in Germania maxime gestis nihil fere compertum habuit, nescivit, quando reges electi*[5]*, quando mortui sint*[6]*, nec quidquam eorum, quae in Germania gesserint, cognitum habuit, quod sane miraberis,*

econtra sc *pro* s: conscilium (=consilium), desciderare, consciderare, bascilica, basciliscus, Damascus (= Damasus), scanctio (= sanctio); s *pro* x: iusta (= iuxta), crus, destravit, adestrando; *vice versa* x *pro* s: milex, aliax, occaxio, Anastaxius, axasini; *unde pro* Brixia *etiam scripsit:* Brissia, Briscia, Brisia *et eandem gentem Brixiensem* Brussados, Brusados, Brusatos, Bruxatos, Bruxados *nominat;* h *omisit:* exaustus, repreendit, orribilis, istoria; *econtra:* hodium, rehedificare, adholescens; o *pro* u *scripsit:* fondus, fondere, fonditus, mondus, concti, nontius, prononciare, renontiatio, nonquam; u *pro* o: cuncurere, recunciliare, discunficere, numdum (= nondum). *Etiam* dapnum, tyrapnus *vel aliis locis* tyrampnus *et* longne *pro* longe *scripsit. Et horum pleraque non omnibus locis aeque, sed pro formis vulgaribus Italicis saepe etiam antiquas Latinas scripsit.*

1) *Cf. p.* 18, *l.* 26—28; *p.* 21, *n.* 4; *p.* 23, *n.* 1; *p.* 25, *n.* 2; *p.* 38, *l.* 26—28; *p.* 47, *l.* 42. 43; *p.* 48, *l.* 14—21; *p.* 51, *n.* 3; *p.* 59, *n.* 2. 2) *Cf. p.* 32, *n.* 1; *p.* 39, *n.* 1. 2; *p.* 48, *l.* 10; *p.* 54, *n.* 5; *p.* 60, *l.* 10. 11. *etc.* 3) *Neglegenter etiam p.* 48, *l.* 25—27. *ex Cronica Sicardi descripsit, quae hic de rebus Siciliae et Germaniae sui temporis dixit, quae suo tempore Albertus minime scribere potuit.* 4) *Cf. supra p. XIV.* 5) *Cf. p.* 93, *n.* 1. *et p.* 105, *n.* 1. *A.* 1314. *duos reges in Germania electos esse ignoravit.* 6) *Cf. p.* 97, *n.* 4.

cum memineris, quanta Iohannes et Matheus Villani de rebus extra Italiam gestis narraverint.

Paucissima ac tenuia de rebus a. 1277—1297. *retulit, carens sane libellis de historia illius temporis conscriptis, ab a.* 1298. *copiosius res Brixienses, libro cuiusdam Brixiensis, ut opinor* [1], *usus, tum etiam res Cremonenses, multa ac memoria digna de expeditione Italica Henrici VII. regis, VI. imperatoris, a.* 1310—13. *tradidit. Tum minime aeque copiose res gestas diversorum temporum enarravit, de rebus multorum annorum, ut a.* 1340—1345, *fere nihil atque omnino res ad a.* 1330. *fere gestas uberius quam sequentium annorum retulit. Rebus anni* 1370. *relatis narrandi finem fecit, sed pauca verba de pace, quae a.* 1370. *Nov. inter Vicecomites et partem Guelforum icta erat, a.* 1371. *fracta post addidit.*

Quando ad Cronicam componendam aggressus sit, ignoramus. Sane apparet eum quae ad a. 1327—1329. *tradit multo post res gestas scripsisse: quae enim p.* 93, *l.* 22—24. *de Ugolino episcopo Cremonensi dicit post episcopatum ab hoc a.* 1349. *abdicatum scripta esse conicies, atque patet multis annis post a.* 1328. *scripta esse quae dicit p.* 94, *l.* 4. 5: Et abinde citra dicti de Gonzaga gubernaverunt civitatem Mantue. *Alia de a.* 1328. *dicta post a.* 1342 [2], *quaedam ad a.* 1329. *post a.* 1349. [3] *scripta esse vides. Multa etiam alia multo post res gestas narrata esse perspicis, quae memoria labente ad falsos annos adscripserit, perturbato rerum gestarum ordine, ut p.* 96. *post ea quae Ludowicus Bavarus a.* 1329. *gessit narrata demum retulit quae a.* 1327. *et a.* 1328. *facta sunt* [4] *et ad a.* 1331. *quae a.* 1333. *demum acciderunt* [5]. *Multa alia praepostere* [6], *ordine temporis non servato, relata esse annis a nobis in margine adscriptis lector facile cognoscet.*

Initium anni Albertum more Cremonensium a die annuntiationis (Mart. 25*) fecisse censeo, quod multis locis factum esse vides* [7], *sed multis aliis locis hunc morem minime servatum, initium anni aut a nativitate Domini aut a die*

1) *Cf. supra p. XII—XIV.* 2) *Cf. p.* 94, *n.* 6. 3) *Cf. p.* 101, *n.* 1. 4) *Cf. p.* 96, *n.* 1. 5) *Cf. p.* 98, *n.* 4. 6) *Ut bis p.* 85. 86. *dixit a.* 1317. *Henricum VII. imperatorem mortuum esse.* 7) *Ut p.* 101. *Abraminum abbatem monasterii S. Laurentii Cremonensis a.* 1346. *Aug.* 31. *mortuum esse et eodem anno die Mart.* 2. *successorem eius Iohanninum abbatem factum esse dicit.*

Ian. 1. *sumptum esse perspicis*[1], *sive aliis libris exscriptis, sive alia ratione intercedente hoc factum sit.*

Huius Cronicae partem extremam tantum inde ab Honorio II. papa et ab Henrico V. rege, IV. imperatore, edidimus, ex priore parte paucissima selegimus, praesertim quaedam ex Cronica Sicardi Cremonensis et ex tabulis monasterii S. Laurentii sive ex catalogo abbatum huius monasterii exscripta, praemisso laterculo regum et ducum Langobardorum a tempore Karoli Magni incipientes, cum prior pars Cronicae ex libris nobis servatis congesta omni pretio careat. Ad res saeculi XIV. narratas multa quidem adnotari potuissent, sed, ut haec perscrutarer, non magnum studium nec multam operam contuli, satis habens, ut verum temporis ordinem rerum narratarum statuerem et in margine adscriberem, quamvis et alia quaedam adnotaverim. Karolus Wenck iam in apographo suo extremae partis Cronicae nonnulla adnotaverat, quorum quaedam in linguam Latinam versa retinui, litteris principii nominis eius K. W. *adscriptis, alia mutata in rem meam converti, bono fructu ex illis capto.*

A quoquam posterorum auctorum Alberti Cronicam expilatam esse non percepi, neque Antonius Campo[2] *inter auctores suos Albertum commemoravit neque eius librum legisse videtur, sed aliqua ab hoc relata, nescio qua ratione, ad illum pervenisse mihi persuasum habeo*[3].

Berolini a. d. VI. Kal. Novembres anni MDCCCCVIII.

O. HOLDER-EGGER.

1) *Ut p.* 73 *sq. Henricum VII. regem a.* 1310. *in Italiam venisse recte dixit et eodem anno Ian.* 6. *regem Lombardorum coronatum esse, quod a.* 1311. *Ian.* 6. *factum est, sed loco in margine adscripto eundem a.* 1311. *Ian.* 6. *coronatum esse scripsit.* 2) *'Cremona fedelissima citta' (Cremona* 1585. *fol.).* 3) *Quod ut probetur, hos affero locos dicti libri: p.* 64: da' Guelfi . . . . era stato rifiutato & scacciato Fachetto marchese di Canossa mandato qui con titolo di vicario imperiale = *infra p.* 75, *l.* 1—4. — P. 64: Quivi lo *[Henricum VII. regem)* trovarono i Cremonesi che gli erano andati incontra col sudetto Sopramonte, i quali in habito miserabile, col capo scoperto, co' piedi scalci & con corde al collo, arrivati che furono al cospetto dell' imperatore, poste le ginocchia à terra, gridando ad alta voce più volte misericordia, non cessavano con lagrime e con lamenti . . . . Arrigo . . . . rivolgendo gli occhi altrove per non vedergli, comandò con voce piena di ferocia, che fossero tutti posti prigioni = *infra p.* 75, *l.* 24—*p.* 76, *l.* 8. — *P.* 66 *sq.:* 1317. Alli XVI. di Maggio si levò tutta la città in arme per opera di Giacopo & di Luigi Cavalcabò

& di Gregorio Sommo & altri suoi partigiani della fattione Guelfa . . . questi entrati nella piazza grande di Cremona ammazzarono Egidiolo Piperaro, il quale era asceso sopra l'arengherio per acquetare il tumulto, furono etiandio ammazzati Lionardo e Baldassare detto Baccanino, amendue di Piccnardi, non ostante che Lionardo fosse cognato di Luigi Cavalcabò; uccissero anco Gritio di Pedecani, Giovanni Malombra & Egidiolo degli Alemanni con infiniti altri nobili & popolari della fattione Ghibellina, la quale fu scacciata affatto della città, fuggendosene il Ponzone con alcuni altri de' principali cittadini . . . Fù il sudetto Ponzone ricevuto in Soncino da Filippone Barbuò & ottenne anche poco dopò Castellione, e furono scacciati di quei luoghi tutti i Guelfi = *p.* 85, *l.* 4—25. *Etiam quaedam, quae Antonium Campo ex Annalibus Cremonensibus deperditis exscripsisse antea censui SS. XXXI, p.* 185 *sqq., hic ex Cronica Alberti accepisse potest.*

---

*Prima igitur etate seculi nascentis prima huius die fecit Deus lucem, [id[a] est angelos][1], quam appellavit diem. Secunda firmamentum celi . . . . *f. I. Beda.

. . . .

*Anno domini nostri Iesu Christi ab incarnatione primo et incipitur hic milesimus inperatorum. Incipiendo ab Octaviano imperatore, desendendo[b] inclusive. *f. XXXVI.

Post vero nativitatem domini nostri Yesu Christi Octavianus Augustus inperavit annis XIIII^or, Romanus genere, patre Octaviano senatore, maternum genus ab Enea deducens . . . . Mart. Opp.

. . . .

Desiderius autem rex Longobardorum ultimus ante persecutionem eius construi fecit in diocesi Brixiensi[c] monasterium de Lene et monasterium sancte Iulie civitatis Brixie. f. 117'. Sic.

Nomina autem ducum et regum Longobardorum, usque ad tempus Karoli Magni qui fuerunt, hec sunt, videlicet primo

Ivor et Agion duces, quibus mortuis creant sibi Longobardi regem. Gotifr. 23, 4. et Sic.

Agilmundus fillius Agyonis successit, qui regnavit a. XXXIII; cui successit

Lamision secundus rex, qui regnavit[d] annis . .[e]; cui successit

Lecha[f] tercius rex eorum, qui regnavit a. XL; cui successit fillius eius

Geldeoch IIII^us rex eorum, qui regnavit a. . .; cui successit

Geldeus V. rex eorum, qui regnavit a. . . .; cui successit fillius eius

Classo VI. rex eorum, qui regnavit a. . .; cui successit fillius eius

Guado VII^us rex eorum, qui regnavit a. . .; cui successit fillius eius

Gualtarus VIII^us rex eorum, qui regnavit a. VII; cui successit

a) *uncis inclusa ab Alb. in marg. suppl.* b) *sic c. pro* descendendo. c) brixiē *c.* d) rꝭ *abhinc semper hoc loco pro* regnavit *c.* e) *spatium numero inserendo vacat hoc loco et in sequentibus.* f) Letha *Gotifr.*

1) *Hoc scripsit Albertus secutus Gotifredi Pantheon II, Pistorius, Germ. SS. ed. Struve II, p.* 22: quando dixit Deus: 'fiat lux', angeli facti sunt. . . . Noluit dicere: 'fiant angeli', sed dixit: 'fiat lux'.

Gotifr. et Sic. Aldoynus VIIIus rex eorum, qui regnavit a. . .; cui successit fillius eius

Sic. Alboynus Xus rex eorum. Iste fuit primus qui intravit Ytaliam, cui successit[a]; qui regnavit a. III, m. VI.

Eleph[b] XIus rex eorum, qui regnavit a. . . Postea fuerunt Longobardi sub ducibus sine rege per X annos, qui fuit primus[1]

Rocharus dux Longobardorum, qui ducatum tenuit a. . .; cui successit

Guisulphus dux eorum, qui ducatum tenuit a. . .; cui successit

Erebertus V.[2] dux eorum, qui ducatum tenuit a. . .; cui successit

Liutprandus VI. dux eorum, qui ducatum tenuit a. . .; cui successit

Greg. Dial. III, 11. Gumarith VIIus dux crudelissimus, qui ducatum tenuit a. . .; cui successit

Romoaldus VIIIus dux eorum, qui ducatum tenuit a. . .; cui successit

**f. 118. Sic.* *Antharus rex Longobardorum XIIus post decennium ducum successit in regno, qui regnavit a. septem; post quem successit

Agilulphus XIIIus rex eorum, qui regnavit a. XXV; cui successit fillius eius

Adaldoaldus XIIIIus rex eorum, qui regnavit a. X, qui fuit de regno eiectus; cui successit

Rodoaldus[3] XV. rex Longobardorum, qui regnavit a. XII; cui successit

Ariovaldus XVI. rex eorum, qui regnavit . . .; post quem

Rotharus rex XVII, qui regnavit annis XVI; cui successit fillius eius

Rodoaldus XVIIIus rex eorum, qui regnavit a. V; cui successit

Aripertus XVIIIIus rex eorum, qui regnavit a. VIIIIor[c]; cui successit dividendo duobus filliis suis regnum primo

Bertarith et } fratribus, qui fuerunt XXus in regno;
Gondiperth } quibus successit

Grimoaldus XXIus[4] rex eorum, qui regnavit a. . .; cui successit

Pertarith XXIIus rex eorum, qui regnavit a. XVII[5]; cui successit fillius eius

a) *sic* cui succ. *falso loco positum in c.* b) Cleph *Sicard.* c) *sic c. saepe pro* VIIIIm.

1) *Sequentes duces miro modo collecti sunt. Gisulfus quidem dictus est dux Foroiulanus a Paulo, Hist. Langob. II,* 32, *sed reliqui duces ibi dicti hoc loco non occurrunt. Rothari ab eodem VI,* 20. *dictus fuit dux Bergomas circa a.* 700. *Gisulfus etiam et Liutprandus et Romoaldus duces Beneventani diverso tempore, Gumari ex Gregorii Magni Dial. III,* 11. *assumptus. De Ereberto nihil habeo dicendum.* 2) *Ivor et Agion duces connumerati sunt.* 3) *Hunc Rodoaldum Albertus a Sicardi ordine, SS. XXXI, p.* 146, *recedens falso intrusit, unde numeri ordinales regum abhinc uno maiores sunt numeris Sicardi.* 4) *Hunc nonum decimum Sicardus numeravit, fratribus praecedentibus numero ordinis non dato, ideo Alberti numeri ordinales iam abhinc duobus maiores sunt.* 5) *XVII annos huic dat Catal. regum Langob.*

Cunipertus XXIII[us] rex eorum, qui regnavit a. XII; cui *Sic.* successit fillius eius

Rangipertus[1] XXIIII[us] rex eorum, qui regnavit a. uno; cui successit allius

Aripertus XXV. rex eorum, qui regnavit a. XII; cui successit

Asprandus XXVI[us] rex eorum, qui regnavit . . .; cui successit

Luprandus XXVII[us] rex eorum, qui regnavit a. XXX[a], m. VII; cui successit

Hyldeprandus XXVIII. rex eorum, qui regnavit[b] m. VI; cui successit[2]

Arstulphus XXVIIII[or] rex eorum, qui regnavit a. VIII[c]; cui successit

Rachisius XXX[us] rex eorum, qui regnavit pauco tempore et monacus effectus est; cui successit frater eius[3]

Desiderius XXXI[us] rex eorum, qui regnavit annis . . . *Sic. et Mart. Opp.* Hic fuit ultimus, quem cepit Karolus rex Francie; et hic fuit finis regum Longobardorum. Extunc inperatores et reges Francorum tenuerunt Longobardiam sibi subiugatam usque ad tempora Frederici inperatoris et fillii eius Henrici sexti[4].

. . . .

Anno Domini DCCC.[5] Stephanus sanctissimus venerabillis vite *f. 118'. *Sic.* civitatis Cremone fuit primus[6] episcopus, regnante Karolo Magno in Francia. Et Rotaldus Veronensis episcopus, qui cum Pypino rege Ytalie transtulit corpus sancti Zenonis ad ecclesiam, quam edificaverunt et multis posessionibus dotaverunt.

. . . .

Anno Domini DCCCXIIII[or] mortuo Stephano episcopo predicto Cremonensi[d] successit ei Atto in epi-

a) XXXI *Sicard.* b) *seq.* a *delet.* c) *sic habet cod.* 2 *Sicardi;* VII *cod.* 1. d) cremon̄ *c.*

Venetus, SS. rerum Langob. p. 504, *Sicardus p.* 148. *tantum XV annos; cf. ib. n.* 2. 1) *Liupertus hic dicitur recte a Sicardo p.* 149. *Nullus catalogorum regum Langobardorum huic annum unum tribuit, sed alii mens. VIII, alii annos II. Sed* Raginpertus dux Taurinensium *octo mensibus post obitum Cuniperti elapsis, ut tradit Paulus, Hist. Langob. VI,* 18, regnum Langobardorum invasit. Sed eodem anno mortuus est. *Ex quodam igitur libello, qui haec ex Hist. Langob. excerpta habebat, haec Albertus assumpsit.* 2) *Hoc loco omisit Albertus Ratchisum, Sicard. p.* 150. 3) *Haec Albertus ex libello quodam accepisse videtur, in quo quaedam de Ratchiso ex Libro pontificali exscripta essent. Ratchis post mortem Aistulfi re vera brevi tempore regno potitus est; cuius frater fuit Aistulfus, non Desiderius.* 4) *Non igitur usque ad tempus Friderici II, ut Albertus opinatur.* 5) *Annos regum, sub quibus Sicardus episcopos Cremonenses vixisse retulit, Albertus ad hos posuit.* 6) *Nota Alberti temporibus nihil etiamtum compertum neque adinventum fuisse de prioribus episcopis Cremonensibus.*

Sic. scopatu, qui fuit secundus episcopus Cremonensis[a], inperante Lodovico inperatore, fillio Karoli[1].

. . . .

f. 121. Gotifr. 23, 9. 12. 13. et Sic. *Karolus Magnus primus inperator factus anno ab incarnatione Domini nostri DCCC. primo, indictione . . .[b], ab Urbe autem condita MDLII. . . . . . . cui[2] successit Leo Armenus[3], fillius Bardi patricii, in Grecia, cum quo rursus Karolus pacem perpetuam hoc modo firmavit, ut alter alterius semper frater nominetur, et alter ab altero semper iuvetur. Grecus autem inperator Orientem *Sic.* et Constantinopolim, Karolus vero et successores habeant[c] Romam et Occidentem[d]. Abhinc igitur gesta orientalium Grecis cronographis relinquentes, que apud nos gesta sunt occidentalia prosequamur. Placuit utrisque predictis inperatoribus, ut honor comunis habetur[e]. Set[4] iste inperator Constantinopolitanus non fit per electionem, set per successionem, ut fillius a patre et frater a fratre, et sic de singulis; et coronari debet corona aurea tantum a patriarcha Constantinopolitano in ecclesia sancte Sophie, ut allii reges. Karolus vero et successores inperator fit per electionem a tribus archiepiscopis, scilicet Magontino, Coloniensi, Treverensi, et quatuor laycis, scilicet comite Remensi[f], duce Saxonie, marchione Bardaburgensi[g] et rege Boe-*Mart. Opp.* mie, olim duce. Unde versus:

Magontinensis, Treverensis, Coloniensis,
Quilibet inperii fit cancelarius horum.
Et palatinus dapifer, dux portitor ensis,
Marchio prepositus camere, pincerna Boemus:
Hii statuunt summum[h] cunctis per secula summum.

Dicunt quidam, quod rex Boemie de necessitate vocandus non est, nisi et allii discordant, nec istud ius habuit ab antiquo, set hodie de facto tenet[5]. Et inperator habet quatuor sedes principales, prout constat hiis versibus:

f. 121'. Gotifr. 23,15. *[*]*Primus Aquisgrani locus est, post hec Arelati**,
Inde Modoetie regali sede locari,
Post solet Ytalie summa corona dari.

*) *Manu Alberti superscr.:* Iste locus hodie non est de necessitate.

a) cremoñ *c.* b) *spatium numero inserendo vacat.* c) hãt *c.* d) *seq.* quibus omnibus *delet.* e) *sic c.* f) *sic c. pro* Renensi. g) *sic* (bardaburgeñ) *c.* h) *sic c. h. l. et infra f.* 142, *p.* 9; dominum *Martin.*

1) *F.* 119'—120. *exstat catalogus imperatorum ab Augusto usque ad Karolum Magnum.* 2) *Michaeli I. imperatori Constantinopolitano.* 3) *Albertus* Armenus *ex Cont. Bedae, Auct. antiq. XIII, p.* 342 *(cod.* 4*), recte addidisse videtur.* 4) *Sequentia fere omnia leguntur, multa ad verbum convenientia, in tractatu edito ab A.* Werminghoff, *'Zeitschr. der Savigny-Stiftung, Germ. Abth.' XXIV* (1903), *p.* 382 *sq., ubi et versus Martini.* 5) *Haec propius accedunt ad Henrici de Segusio lecturam super V libris decret. ad l. I, tit.* 6, *c.* 34. *quam ad tractatum supra n.* 4. *laudatum p.* 382.

In quibus sedibus pro unaquaque debet coronari una corona, prima Aquisgrani diocesis Coloniensis [corona[a] ferrea*]. Secunda Arelati** diocesis . . . . .[b] Tercia Modoetie*** diocesis Mediolanensis[c] corona [argentea[d.†]][1]. Quarta†† Rome corona aurea per summum pontificem debet coronari†††.[2], et portat tria regalia insignia, scilicet crucem sanctam, gladium et lanceam sanctam sancti Mauricii. Portat etiam allia tria, scilicet septrum, pomum aureum et coronam[3]; quid autem significent ista, nunc dimitemus. . . . .

Guido[4] Viturbiensis[e] ponit in cronica sua sic: *f.* 122.
Karolus erat autem corpore amplo ac robusto, statura eminente[f], *Gotifr.* 23,13.

*) *In marg. manu Alberti alio atramento aquoso:* Ferrum autem fortitudinem significat, qua vincere debet rebelles et infidelles conculcare. In Cle[mentinis] *de iure iurando: Romani*[5].

**) *Manu Alberti superscr.:* hodie non est de necessitate.

***) *Manu Alberti superscr.:* que hodie est secunda, ut habetur in Cle[mentinis] *de iure iu[rando],* c. *Romani.*

†) *In marg. manu Alberti alio atramento aquoso:* quam[g] ingressus Ytaliam recipit ab archiepiscopo Mediolani in villa seu in castro Modicensi[h] eiusdem diocesis, tamen Henricus[6] imperator recepit in Mediolanensi[c] ecclesia sancti Ambrosii. Argentum autem designat mundiciam et claritatem, significat principem tallem principem[i] ipsum debere esse. In Cle[mentinis] *de iu[re] iu[rando],* c. *Romani.*

††) *Manu Alberti superscr.:* hodie est tercia.

†††) *In marg. manu Alberti alio atramento aquoso:* In ecclesia sancti Petri ad altare sancti Mauricii; et designat aurum, quod omnibus metallis est excellentius, ipsum inperatorem alliis regibus et principibus in potentia et iusticia excellentiorem esse designat[i]; in Cle[mentinis] *de iure iu[rando],* c. *Romani.*

a) cor. ferrea *in spatio vacuo relicto post ab Alberto inscripta.* b) *spatium nomini inserendo vacat.* c) mediolañ *c.* d) argent *in loco raso post manu Alberti inscr.* e) *sic* (uiturbieñ) *c.* f) nte *post (recentiore manu?) linea perducta deletum.* g) qua *c.* h) modiceñ *c.* i) *sic iterum c.*

1) *Antea hoc loco Albertus* ferrea *scripsisse videtur (cf. infra f.* 196[r]*), cum hoc loco* argentea *et supra* corona ferrea *postea ab eo scriptum sit.* 2) *Eadem vide iterum infra f.* 141'. 142, *p.* 9. 10. 3) *Haec* (et portat — coronam) *scripsit Albertus secutus Gotifredi Viterb. Pantheon XXVI,* 1—7, *SS. XXII, p.* 272—275, *qui exponit, quid insignia imperialia significent.* 4) *Infra f.* 133, *p.* 7. *recte* Gotifredus *et f.* 138[v], *p.* 8. Guitofredus, *f.* 154[v], *p.* 15. Guithofredus *Albertus scripsit.* 5) *In glossa ad Clementinarum decretalium II, tit.* 9 *(cap. unicum), ex qua omnia fere hoc loco in margine addita exscripta sunt.* 6) *VII. Cf. infra f.* 186.

Gotifr. apice capitis rotundo, occulos suos habuit pregrandes et vegetes, barbam ad pedis longitudinem deferens[1], pro[a] nasum paululum excedentem mediocritatem, caniciem pulcram, faciem letam et ylarem.

. . . .

f. 123′. *Sic.* Anno Domini ab incarnatione XL[b], tempore Lotharii, Lodovici fillii, inperatoris Pancoardus fuit tercius episcopus Cremone[c] . . . .

. . . .

f. 124. Iste Lodovicus inperator tamquam fidellissimus Christianus et amator sancte matris ecclesie temporibus domini Paschali[d] pape Romane ecclesie privillegium de infrascriptis civitatibus, opidis et castellis donavit, primo[e] **f. 124′.* *Lodovicus inperator ait[2]: *Statuimus et concedimus per hoc factum[f] confirmationis nostre tibi beato Petro, principi appostolorum, et per te vicario tuo dompno Paschali summo pontifici et universali pape et successoribus eius in perpetuum, sicut a predecessoribus vestris[g] usque nunc in vestra potestate et ditione tenuistis,* [primo[h] videlicet]: *Civitatem Romanam cum ducatu suo et suburbanis, viculis atque omnibus territoriis eius, montanis ac maritimis, littoribus, portubus seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis ac viculis, id est Portum, Centum-celli, Schere[i], Bledam, Marthuranum[k], Sutrium* . . . .

f. 126. *subscriptionibus pactum istud nostre confirmationis roboravimus et per legatum sancte Romane ecclesie Theodorum nomine procuratorem[l] dompno Paschali pape dereximus.*

Ego Lodovicus misericordia Dei inperator subscripsi, et subscripserunt tres fillii eius et episcopi X, abbates VIII, comites XV et bibliotecarius et mansionarius et hostiarius unus.

Sic. Huic Lodovico inperatore Ytaliam ingresso in teritorio Sabinensi beatus Iohanes Baptista in visione apparuit precepitque, ut edifficaret ei ecclesiam; quod et fecit ubi dicitur Argentella. Huius *Mart. Opp.* tempore Normani, quod[m] idem sunt quod Norveni, Galliam graviter infestant. . . . .

. . . .

f. 127. Anno Domini DCCCLV. Benedictus quidam fuit IIII[us] *Sic.* episcopus Cremonensis[n], regnante Lodovico fillio Lotharii in- *Iac. de Var.* peratoris[o]. Anno Domini DCCCLVI, ut legitur in libro Voraginis ystoriarum sanctorum, quod in Maguntia parochia n a[d] malignus spiritus parietes domorum . . . .

. . . .

f. 129′. *Sic.* Huius etiam tempore[p], scilicet anno Domini[q] . . .[r], duo fuerunt episcopi gloriossi in Lonbardia, unus nomine Paulus,

a) *sic* (cp) *c., quod delendum est.* b) *sic pro* DCCCXL. *c.* c) *in marg.:* Nota de tercio episcopo Cremoñ. d) *sic c.* e) primo *post alio atramento ab Alb. suppl.* f) pactum *dipl.* g) ue *e corr.* h) po vȝ *post linea perducta delet.* i) centum cellischere *c.* k) Manturanum *dipl.* l) Theod. nomenculatorem *dipl.* m) *sic* (q) *c.;* qui *Martin.* n) cremoñ *c.* o) *in marg.:* Nota de quarto episcopo Cremoñ. p) *seq.* duo fuer *deletum.* q) *seq.* D *deletum.* r) *spatium numero inserendo vacat.*

1) barbam — deferens *Albertus ex Martini Oppav. Chron. p.* 461. *inseruit.* 2) *Pactum Hludowici Pii Albertus integrum descripsit, editum LL. Capit. I, p.* 352—355, *nr.* 172; *Reg. Imp. I*², *nr.* 643.

qui Placentinam ecclesiam per Suffronium destructam reparavit, et Gonboldus Parmensis, qui canonicam Parmensem instituit. . . . . *Sic.*

. . . .

Anno Domini DCCCLXXXV.[1] [Lando[a] Cremonensis[b] fuit episcopus, qui corpus martiris Archelay de Roma Cremonam portavit et archarium instituit, cui pro luminaribus beneficium assignavit]. *f. 132.* *Sic.*

. . . .

Scribit Gotifredus Viturbiensis in quibusdam gestis Romanorum, quod post Karolum tercium, tamquam inperio a Francis ad Lonbardos translato, Arnulphum in cathalogo inperatorum non nominari, Lodovicum ceterosque post ipsum in numero augustorum poni. Allii ante[c] Arnulphum in cathologo[d] ponunt. Eos autem qui post eum confuse usque ad Octonem regnaverunt non inperatores et augustos[e], set invasores et[f] augustos appellare consueverunt; non multo post mortuo Bosone rege Francorum occidentalium et in ecclesia sancti Dionisii sepulto Karolus ibi rex creatur. *f. 133.* *Gotifr. 23, 24.*

. . . .

Anno Domini DCCCCXIII.[g] tempore[h].[2] Iohanes[i] fuit episcopus Cremonensis[b] sextus[k], cancellarius Beringarii secundi inperatoris, qui comitatum per V milliaria inpetravit. Iste[l].[3] edificavit ecclesiam in palatio Lateranensi[m]. *f. 134.* *Sic.* *Bonizo.*

. . . .

Anno Domini ab incarnatione DCCCCXX, tempore Ugonis inperatoris Daybertus fuit episcopus[n] Cremonensis[b]. *Sic.*

. . . .

Anno[o] Domini ab incarnatione DCCCCXIII.[p] Berengarius IIus[q] inperavit annis VI, qui successit Beringario primo pontificatu Landi[r] pape anno regni sui XXVIII[4]. [Huius[s] Beringarii cancellarius nomine Iohanes fuit episcopus Cremonensis, qui comitatum per quinque milliaria inpetravit anno Domini DCCCCXIII[5]]. *f. 135.*

. . . .

Anno Domini DCCCCLXI, tempore Ottonis maioris et primi inperatoris Luiço Cremone fuit episcopus, qui corpus sancti Ymerii episcopi et confessoris de oppido Sancti Flaviani scito in episcopatu Ymeliensi[t] Cremonam transtulit, et in maiori ecclesia translatum est[u]. *f. 137'.*

. . . .

a) *uncis inclusa deleta.* b) cremoñ *c.* c) *sic c.;* autem *Gotifr.* d) *sic h. l. c.* e) augũos *c.* f) *supple* non, *quod et in codicibus classis D Gotifredi, cuius librum Albertus habuit, deest.* g) III *e corr.* h) *seq.* Beringe *(alio atram. in loco raso)* inperatoris *deletum c.* i) Iohs *in loco raso, sequitur locus rasus in c.* k) sextus *in loco raso.* — De episcopo Cremoñ VIus (!) *in marg.* l) Iste — lateraň *alio atram. post add.* m) lateraň *c.* n) *in marg.:* De episcopo Cremoñ VII. o) *littera* A *minio pingenda deest c.* p) DCCCCXVIII (?) *corr.* DCCCCXIII. q) ius IIus *in loco raso.* r) Landi *alio atramento in spatio vacuo relicto, quod hoc nomine amplius est, post ab Alb. suppl.* s) *uncis inclusa post deleta.* t) y *(delet.)* ||ymeliensi *c.* u) *in marg.:* Nota de translatione corporis sancti Ymerii et de episcopo Cremoñ.

1) *Sub a.* 875. *haec habet Sicardus.* 2) *Iohannis X. papae, sub quo haec leguntur.* 3) *Scil. Iohannes X. papa.* 4) *Non patet, quid hic annus regni velit.* 5) *Haec deleta, quia eadem iam f.* 134. *scripta sunt.*

Sic. Anno Domini DCCCCLXVI, tempore Otonis secundi Liutprandus Cremone fit episcopus[a]. *Mart. Opp. et Got. 23, 31.* Anno Domini DCCCCLXXV. Sanctus Adalbertus sive Albertus Bohemorum episcopus et natione floruit. Hic primo fuit episcopus Pragensis, post revelante Deo Pannoniam veniens primum regem Ungarorum, videlicet sanctum Stephanum, cum multis alliis baptizavit[b]. Demum per Poloniam transiens et eosdem in fide confirmans, in Prusciam veniens, ibidem predicando fidem Pruscis martirio coronatur, tempore Ottonis inperatoris secundi.

. . . .

f. 138'. Got. 23, 29. Otto iste inperator secundum illos[c] istoriographos, qui Arnolphum in cathalogo inperatorum posuerunt et allios reges, qui interim in Ytalia[d] tenebant, a chatalogo[e] excludunt. Secundum vero Romanos istoriographos, qui Arnolphum a cathalogo inperatorum excludunt et Lodovicum atque duos Beringarios et Ugonem atque Beringarium, Lotharium atque Beringarium quartum et Albertum in numero et cathalogo ponunt. Secundum vero Cronicam Martinianam et Sycardinam omnes supradictos in cathalogo inperatorum ponunt. Set Guitofredus Viturbiensis[f] in[g] cronica sua ponit Ottonem in cathalogo, allios vero negat; ab isto Ottone LXXIIII.[h] ab Augusto ab eo tempore regnum Romanorum post Francos et Longobardos inperatores predictos ad Teothonicos reversum est et ad Francos Orientales.

. . . .

f. 139'. Mart. Opp. Anno[i] Domini ab incarnatione . . .[k] Iohanes papa XVI[us], natione Romanus, ex patre . . . . .[l], successit Iohani XV. pape inperante Ottone tercio inperatore. . . . .

Reperitur in instrumentis monasterii[m] sancti Laurentii[n] Cremone, quod dominus Oldericus[o] fuit episcopus Cremonensis[p] de genere Francorum, [comes[q] et fillius Nanntelmi comitis], fondavit seu fondari fecit monasterium *Sic.* sancti Laurentii martiris foris murum civitatis[r] predicte[s·1], 986. instituit et ditavit anno Domini DCCCCLXXXVI[t], indictione XIIII[a u]. Iste Oldericus fillius fuit Nantelmi

a) *in marg.:* De episcopo Cremon. b) batpāuit *c.* — *In marg.:* De rege Ungarorum baptizato per episcopum Boemorum. c) *seq.* istoria *delet.* d) imperium *Gotifredi omissum.* e) *sic h. l. c.* f) *sic* (viturbien̄) *c.* g) *seq. littera deleta.* h) iste Otto est LXXXIIII. ab Aug. *Gotifr.* i) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* k) *spatium numero inserendo vacat.* l) *spatium nomini inserendo vacat.* m) mon *c.* n) laur̄ *c.* o) *seq.* ep̄s *delet. c.* — *In marg. manu Alberti:* De Olderico episcopo Cremon̄ et mon̄ sancti Laurentii Cremone. p) cremon *c.* q) *uncis inclusa ab Alb. in marg. suppl.* r) *seq.* pdēcē *delet. c.* s) pdē *c.* t) DCCCCLXXXVIIII. *radendo corr.* DCCCCLXXXVI. *c.* u) *seq.* die XIIII[or] mensis Madii *delet.*

1) *Tabula, qua Odelricus episcopus Cremonensis se monasterium S. Laurentii fundasse profitetur, data est a.* 990. *Maii* 31, *Codex diplom. Langobardiae (Mon. hist. patriae XIII) col.* 1501 *sqq., nr.* 853, *in qua legitur:* ego Odelricus episcopus sancte Cremonensis ecclesie, filius bone memorie Nantelmi comitis ex genere Francorum. *Sed patet Albertum et aliam tabulam vel notitiam anni* 986 *(Maii* 14? *vide n.* u*), cui indictio XIIII. convenit, nunc deperditam, legisse.*

comitis de castro Sepio[1] comitatus Colonie[2], licet de genere Francorum nominetur. . . . .

. . . .

*Anno[a] Domini ab incarnatione DCCCCLXXXXIII. *f. 140'. Gregorius papa quintus, natione Saxo, ex patre Ottone, qui primo *Mart. Opp.* vocabatur Bruno, successit Iohani XVI° pape temporibus Ottonis tercii inperatoris. . . . .

Huius temporibus, inperante Ottone tercio inperatore, *Sic.* Oldericus episcopus Cremonensis[b] predictus, qui instituit monasterium[c] sancti Laurentii[d] atque ditavit, fabricari fecit archam beato Ymerio et corpus sancti Gregorii martiris de Spoleto Cremonam portavit; cui monasterio[c] Gezonem in abbatem de mandato dicti inperatoris prefecit atque ordinavit, anno Domini ab incarnatione DCCCCLXXXXIIII[e].

. . . .

Anno[a] ab incarnatione Domini millesimo primo[f], inperante *f. 141.* Henrico primo, Landulfus fuit episcopus Cremonensis[b], capellanus[g] dicti inperatoris, qui fuit accerrimus monasterii[c] sancti Laurentii[d] dicte civitatis et populi Cremonensis[b] persecutor. Quocirca populus ipsum de civitate eiecit et pallatium episcopale turibus et duplici muro muratum destruxit. Proinde, licet episcopio multa conquissierit[h], tamen per superbiam et multa per inerciam perdidit. Eodem autem tempore[i].

. . . .

Licet isti tres Ottones per successionem generis regnaverint, *f. 141'.* post tamen institutum fuit, ut per officiales inperii inperator eligeretur, *Mart. Opp.* qui sunt septem, videlicet tres cancellarii, scilicet Magontinus cancellarius Germanie, Treverensis cancellarius Gallie, Coloniensis cancellarius Ytalie, *marchio[k] Brundeburgensis[l] camerarius, dux *f. 142. Saxonie ensem portans, marchio palatinus dapifer, rex Boemie pincerna. Unde versus:

Magontinensis, Treverensis, Coloniensis,
Quilibet inperii fit cancelarius horum.
Et palatinus dapifer, dux portitor ensis,
Marchio prepositus camere, pincerna Boemus:
Hii statuunt summum[m] *cunctis per secula summum.*

a) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* b) cremoñ *c.* c) moñ *c.* d) laur̄ *c.* e) *in marg.:* De translatione sanctorum corporrum Ymerii et Gregorii et institutione moñ sancti Laur̄. Gezo primus abbas moñ sancti Laur̄. f) primo — primo *in loco raso.* g) capell. — eiecit *Alberti manu in loco raso.* h) ꝯquiesierit *(corr.* ꝯquissierit?*) c.* i) *unus et dimidius versus post haec vacant.* k) *a f.* 142. *alio atramento subfusco scriptum.* l) *sic* (brundeburgeñ) *c.* m) *cf. supra p.* 4, *n.* h.

1) *Cf. Codex diplom. Langobard. p.* 1108 *sq., nr.* 644: Constat me Nantelmus comes Sepriense, abitator castro Seprio, filio quondam Rostanni, qui visit lege Salicha; *unde in diplomate Ottonis III. dato a.* 992. *Maii* 21, *MG. Dipl. II, p.* 508, *nr.* 97, *quo res a Nantelmo patre et Wilielmo fratre comitibus hereditate acceptae Odelrico episcopo confirmantur, legendum esse patet* in curte castri Sebrii *(pro* Febrii*), ut recte legitur in Cod. diplom. Langobard. p.* 1523, *nr.* 865. 2) *Quid* Colonie *hoc loco velit, non facile intellegitur. A Friderico I. imperatore ecclesia Coloniensis quasdam possessiones in comitatu Seprii accepit.*

Et inperator[a] Romanus debet dominari omnibus regionibus totius mondi de iure, sicut dicitur in principio Codicis[1]: *Omnia que videmus nostra sunt* et cet. Et debet coronari tribus coronis: Prima corona ferrea coronatur Aquisgrani Coloniensis diocesis. Secunda corona argentea coronatur in ecclesia Modoetiensi[b] per archiepiscopum Mediolani. De tercia vero coronatur aurea in Urbe in bascilica sancti Petri per summum pontificem[2], et tunc post coronationem statim asendit[c] unum montem prope Romam per duo milliaria, qui vocatur mons Marro, qui est altior omnibus alliis montibus contiguis dicte urbis[d], cum manu sua tenens ensem, volvendo se dicit et precipit: 'Omnia que videmus nostra sunt et ad mandata nostra veniunt per universum mondum'[3]. Set hodie quedam regiones exempte sunt et non subsunt ei in aliquo.

. . . .

f. 142'. Mart. Opp. Anno[e] ab incarnatione Domini M°XXI. Iohanes papa XXus, natione Romanus, ex patre Gregorio, successit Benedicto octavo in sede inperante Henrico inperatore primo, rege autem II°, qui proprio nomine vocabatur papa . . . . .[f] et sedit annis VIIIIor[g], m. VI[4]. Iste papa guerram habuit cum Romanis. Anno Domini ab incarnatione

1021. *(Apr. 22).* M°XXI. Landulphus episcopus Cremonensis[h] predictus penitens de persecutionibus iniuste, iniuriis et dampnis illatis monasterio[i] sancti Laurentii[k] dicte civitatis, inperante predicto inperatore Henrico, ecclesiam sancti Victoris martiris Cremone cum omni edifficio sibi adherente prioratum instituit et monasterio[i] predicto supposuit et perpetuo donavit. Existente abbate dicti monasterii[i] Lanperto quidam[l] nomine secundo[m, 5].

Sic. Anno[n] Domini M°XXVI, regnante Conrado inperatore secundo, Ubaldus Cremone fuit episcopus, successor Landulphi

a) *seq.* debet *delet.* b) modoetieñ *c.* c) *sic c. pro* ascendit. d) *sic c.* e) *littera initialis* A *minio pingenda deest c.* f) *spatium nomini inserendo vacat.* g) *sic persaepe etiam scriptum est ad numerum* VIIII *in c.* h) cremoñ *c.* i) moñ *c.* k) laur *c.* l) *sic c.* m) ꝑdcō *(pro* sc̄do*) alio atram. post add. c.* n) *sequentia Alberti manu, sed alio atram. post suppleta.*

1) *Nescio, ubi hoc legatur.* 2) *Eadem vide supra p.* 5. 3) *Cf. tractatum supra p.* 4, *n.* 4. *allatum p.* 383 *sq.* 4) *Sic* (a. VIIII, m. VI) *habet Gotifr., SS. XXII, p.* 295; a. VIIII, [m. VIIII *A*] *Martin. Oppav.* 5) *Haec ex tabula Landulphi episcopi data a.* 1021. *Apr.* 22, *Muratori, Antiq. Ital. V (Mediolani* 1741*), col.* 983 *sq.; L. Astegiano, Codex dipl. Cremonae I, p.* 57 *sq., nr.* 37. *Primus abbas monasterii S. Laurentii fuit Lampertus I, qui in tabula fundationis huius monasterii p.* 8, *n.* 1. *laudata nominatur.*

condam episcopi[a], qui quoque dictum monasterium sancti Lau- *Sic.*
rentii persecutus est et apud Lacum-obscurum pugnans inpugnatus est
industria et sapientia dicti domini[b] Lanperti abbatis
dicti monasterii[c]. Eodem tempore Aripertus fuit archi-
episcopus civitatis Mediolani[d]. Huius tempore Haymericus *Mart. Opp.*
sancti Stephani primi regis Ungarorum fillius virgo cum sponsa sua
obiit miraculis coruschantibus.

. . . .

Anno[e] Domini ab incarnatione M^{o}XLVIIII^{or} Benedictus *f. 143'.*
papa VIIII^{us}, natione Tuschulanus, ex patre Albrico, successit
Iohani pape XX° inperante Conrado secundo[f] inpera-
tore . . . .

Anno[g] ab incarnatione Domini M^{o}XXXVIII, in- 1038.
perante Conrado inperatore, Valdericus[1] fuit abbas mo-
nasterii sancti Laurentii Cremone.

. . . .

Anno[e] ab incarnatione Domini M^{o}XLIII. Gregorius VI^{us} *f. 144.*
papa[h], qui proprio nomine vocabatur Iohanes archipresbiter
Sancti Iohanis ante portam Latinam, natione . . . . .[i], ex
patre . . . . .[i], successit Benedicto nono pape temporibus
Conradi inperatoris . . . .

Anno Domini ab incarnatione M^{o}XL.[k] Walde- 1040.
manus monasterii[c] sancti Laurentii[l] Cremonensis[m] fuit
abbas.

. . . .

*Anno[e] Domini ab incarnatione M^{o}XXVI.[n] Conradus **f. 144'. Sic.*
secundus[o] inperator, natione[p] Francus, defuncto Henrico primo *Got. 23, 34.*
inperatore Claudo sine filliis, Conradus predictus conscilio pre-
dicti Henrici[q] inperatoris, cuius tamen[r], dum viveret, gratiam non
habebat, ab omnibus electus est ad inperium . . . .

Anno ab incarnatione Domini M^{o}XXX, anno autem 1030.
regni eius Conradi inperatoris secundi VII°, inperii vero
IIII^{to}, indictione XIII$^{a.}$[2], tercio Idus Octubr. privillegiavit *Oct. 13.*
monasterium[c] sancti Laurentii Cremone supplicationibus

a) *in marg.:* Nota de Ubaldo episcopo Cremoñ. b) .d. *c.* c) moñ *c.* d) *in marg.:* Nota de Ariperto archiepiscopo Mediolani. e) *littera initialis* A *minio pingenda deest. — In marg.:* Papa Benedictus VIIII^{us}. f) Conr. sec. *in loco raso, sec. alio atram.* g) *haec alio atram. ab Alb. post suppleta.* h) *in marg.:* Gregorius VI^{us} papa. i) *spatium nomini inserendo vacat.* k) XL° *in marg. corr.* M^{o}XL. l) laur̄ *c.* m) cremoñ *c.* n) M^{o}XXVII. *radendo corr.* M^{o}XXVI. o) *in marg.:* Conradus imperator. p) natioe *c.* q) *seq.* nunc *delet. c.* r) cū *(pro* tñ*), ut videtur, c.*

1) *De quo vide diploma Heinrici III. datum a.* 1040. *Ian.* 17, *Stumpf, 'Reichskanzler' III, p.* 646 *sq., nr.* 458 *(nr.* 2163*).* 2) *Legas* XIIII^{a}. *Reliquae notae chronologicae bene inter se conveniunt. Hoc diplomatis excerptum edidit H. Bresslau MG. Dipl. IV, p.* 207, *nr.* 155, *ubi vide de numero indictionis.*

domini Lamperti abbatis monasterii[a] eiusdem abbatis[b, 1].
Mart. Opp. Iste inperator multas leges condidit. . . . .
. . . .
f. 145′. Got. 23, 34. deinde reversus[2] in Franciam ad civitatem Traiectum inferiorem pervenit, ibique infirmatus obiit anno regni sui . . .[c], inperii vero . . .[c, 3], Mart. Opp. et post mortem eius permansit vacuum inperium tribus annis.

*f. 146. *Anno[d] ab incarnatione M⁰XLVII.[e] Damascus[f] papa IIus, natione Theotonicus, ex patre . . . .[g], qui proprio no- Got. 23, 37. et Sic. mine vocabatur Popius patriarcha Aquiligensis, successit Clementi pape II⁰ inperante Henrico inperatore II⁰, ratione Mart. Opp. autem regni III⁰, qui sedit Rome in papatu diebus XXIII; et cessavit diebus XI. Iste fuit invasor sedis appostolice et subito defunctus est.

1047. Anno Domini ab incarnatione M⁰XLVII. quidam nomine Guisalbertus fuit abbas monasterii sancti Laurentii[h] Cremone quintus.

. . . .

*f. 147. Mart. Opp. Got. 23, 37. *Anno[d] Domini ab incarnatione M⁰LIII. Victor papa IIus, genere Alamanus, ex patre . . . .[g], qui proprio nomine Gebahardus vocabatur, Astetensis episcopus, successit Leoni Mart. Opp. pape inperante Henrico inperatore II⁰, qui sedit annis II, m. III; et cessavit diebus III. Hic papa timore inperiali factus est papa; qui apud Florentiam synodum cellebravit et multos episcopos propter symoniam et fornicationem deposuit. Hic in Galias veniens ab Henrico inperatore gloriose suscipitur.

1055. Anno Domini ab incarnatione M⁰LV. Otto abbas monasterii[a] sancti Laurentii[h] Cremone fuit[i].

. . . .

*f. 147′. Mart. Opp. *Anno[d] Domini ab incarnatione M⁰LV.[k] Benedictus papa Xus, natione . . . .[g], ex patre . . . .[g], qui proprio nomine vocabatur Mitius, successit Stephano pape inperante Henrico inperatore II⁰, rege autem tercio, qui sedit in papatu m. VIIIIor [l]. Iste fuit Velletrensis episcopus, factus papa per violentiam, postea cessit. Anno[m] Domini ab incarnatione M⁰LV. Otto nomine fuit abbas monasterii[a] sancti Laurentii Cremone[4], qui in ordine sextus.

. . . .

a) mon̄ *c.* b) *sic iterum c.* c) *spatium numero inserendo vacat c.* d) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* e) *radendo corr. ex* M⁰XLVIIII. f) *sic c.* g) *spatium nomini inserendo vacat.* h) laur *c.* i) *in marg.:* De abbate VI⁰ sancti Laur̄. k) *omnia quae f.* 147′. *leguntur alio atramento scripta ab Alberto postea addita esse videntur.* l) pap. MVIIIIor *c.* m) Anno — sextus *post delet., et in marg. alia posteriore manu adnotatum:* Duplicat̄ est, ideo can[cellatum].

1) *Diploma, ex quo haec excerpta sunt, non exstat. Cf. P. Kehr in 'Nachrichten der kgl. Ges. der Wiss. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.'* 1903 *(Gött.* 1904*) p.* 547. 2) *Conradus II. imperator.* 3) *Gotifr. p.* 242. *habet* anno regni sui XVII, imperii vero XIIII. 4) *Eadem vide supra l.* 26. 27.

Anno[a] Domini ab incarnatione M°XLVIII[b], indictione *f.* 148. prima[1], Henricus IIus inperator, set ratione Henricorum regum tertius *Got.* 29. est numerandus . . . .

Anno Domini M°LII° Bonifacius marchio sagitta in spineta *f.* 148'. *Sic.* occissus est, et quidem, ubi sagitarius pedes et genua fixit, radix omnis arruit, et herba cum germinet[c] in circuitu ibi ulterius non germinavit, ut Dei nutu apparerent latentis vestigia occissoris. Inperator *Got.* 23, 37. rursus Italiam ingressus comitissam Beatricem, matrem scilicet comitisse Mathilde, consanguineam suam, viduam Bonifacii marchionis, secum deduxit.

Anno[d] Domini M°LV, indictione VIIa[e,2], octavo 1055? Kall. Septembr.[f] Comitissa Adelaxia, uxor condam *Aug.* 25. Ugonis comitis, monasterium[g] sancti Thome de Aquanigra diocesis[h] Brixiensis de suis propriis bonis dotavit, anno inperii[i] dicti domini[k] Henrici inperatoris VII[l,3].

*Anno[a] Domini ab incarnatione M°. . .[m] Alexander **f. 149. Mart. Opp.* papa IIus, natione Mediolanensis, ex patre . . . .[n], successit Nicholao pape temporibus . . . . .[n], qui proprio nomine vocabatur . . . . .[n], qui sedit annis II°, m. VI, d. XXV.

. . . .

Anno[p] Domini ab incarnatione M°LXIII. Arnulphus *Sic.* XIIIus fuit episcopus Cremonensis[q], tempore Henrici inperatoris tercii[r].

*Anno[a] ab incarnatione Domini M°. . .[m] Gregorius **f. 149'. Mart. Opp.* septimus papa, natione Tuscus, patria Senensis, ex patre A. . . . . .[n,4], qui proprio nomine Aldibrandus vocabatur, *Got.* 23, 39. *et Iac. de Var.* monacus Cluniacensis et archidiaconus cardinalis domini[k] Alexandri pape secundi, predecessoris sui, qui propter lauda- *Mart. Opp.* bilem vitam a cardinalibus est in papam electus temporibus Henrici inperatoris . . .[s], regis autem . . .[s], qui sedit annis . . .[s]. Quod quia sine inperatoris concessione actum est . . . . Ante *Got.* 23, 39. hunc inperatorem non legimus aliquem a Romano pontifice excomunicatum aut inperio privatum, nisi forte illud pro excomunicatione reputetur, quod Philippus primus Christianus inperator ad breve tempus a Romano pontifice inter penitentes legitur collocatus, aut illud, quod Theodosius ob cruentam hominum[t] a liminibus ecclesie legitur sequestratus. Anno Domini ab incarnatione M°LXXVIII, tempore domini[k] Gregorii pape translata

a) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* b) M°XLVI. *(ubi iam* XLVI *alio atram. in loco raso) corr. in* M°XLVIII. *c.* c) *sic c. cum codice* 1 *Sicardi.* d) *haec ab Alb. alio atram. post suppleta.* e) *seq.* die *delet. c.* f) setpbr *c.* g) mon̄ *c.* h) dioc̄ brixieñ *c.* i) *seq.* eius *delet. c.* k) . d . c. l) *reliqua pars paginae vacat. — In marg.:* Nota de dotatione mon̄ sancti Thome de Aquanigra dioc̄ Brixieñ. m) *spatium vacat.* n) *spatium nomini inserendo vacat.* o) XI *Martin.* p) *haec ab Alb. post suppleta.* q) cremon̄ *c.* r) *reliqua pars paginae vacat. — In marg.:* Nota de episcopo Cremon̄ XIII. s) *spatium numero inserendo vacat.* t) *supple* cedem.

1) *A.* 1048. *vere fuit indictio I.* 2) *A.* 1055. *indictio VIII. et IX. fuit.* 3) 1053. *fuit Heinrici annus VII. imperii.* 4) *Hildebrandi pater fuit Bonizo (Bonicus).*

1078. fuerunt corpora sanctorum Marcellini et Petri exorciste[1] de Roma[a] Cremone et in monasterio[b] sancti Thome eiusdem civitatis fuerunt collocata pontificatus eiusdem[c].
1086. [Et[d] anno Domini millesimo LXXXVI. Urso de Orsonibus fuit VIII[us] abbas[2] monasterii[b] sancti Laurentii[e] Cremone[f]]. Anno Domini ab incarnatione[g] M^0^LXXXVIII.[3]
Mart. Opp. Ossa beati Nicholai episcopi de Mirea civitate Licie iam destructa a civibus Barensibus transferruntur . . . .

. . . .
**f.* 150'. *Mart. Opp.* *Anno[h] Domini ab incarnatione millesimo LXXXVIIII. Urbanus papa II[us], natione . . . . .[i], ex patre . . . . .[i], qui
Got. 23, 38. proprio nomine vocabatur Octo episcopus Hostiensis, successit Victori in sede temporibus Henrici tercii inperatoris, regis autem quarti. . . . .
Eodem tempore civitas Iherusalem a paganis conculcata erat atque detenta, sepulcrum autem Domini ab eis causa questus venerabilliter habebatur, vivente adhuc inperatore Henrico inperatore[k] tercio et rege quarto et Alexio rege Grecorum. Tunc prefatus dominus Urbanus papa propter miseriam Iherosolimorum transiens in Gallias ad defensionem sancti sepulcri Christianorum arma conmovit atque ex diversis nationibus centum millia hominum ad arma collegit. Et
Sic. anno Domini M^0^LXXXXVI. multitudo peregrinorum per Cremonam transeuntium marre transivit, qui transactis tribus annis Iherusalem Dei gratia recuperaverunt. . . . .

. . . .
**f.* 152. *Mart. Opp.* *Anno[h] Domini ab incarnatione millesimo centessimo . . .[l] Paschalis papa II[us], natione Tuschus, ex patre . . . . .[i], allio nomine vocabatur . . . . .[i], successit Urbano pape temporibus Henrici inperatoris tercii, regis autem quarti.
f. 152'. *Sic.* . . . . Interim[m] anno Domini M^o^C^o^X, temporibus Henrici inperatoris quarti Valterus fuit episcopus Cremonensis[n].
. . . .

a) *seq.* in mon̄ *delet. c.* b) mon̄ *c.* c) *sic, spatio non vacante, c.* d) Et — Cremone *ab Alb. post suppleta.* e) laur̄ *c.* f) *in marg.:* De octavo abbate mon̄ sancti Laur̄. g) *seq.* LXXX *delet. c.* h) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* i) *spatium nomini inserendo vacat.* k) *sic iterum c.* l) *spatium numero inserendo vacat.* m) Interim — Cremon *in loco raso ab Alb. post suppleta.* n) *in marg.:* De episcopo Cremon̄ XIIII^0^.

1) *Quae iam multo antea ab Einhardo in ecclesiam Seligenstatensem et, ut quidem monachi S. Medardi mentiti sunt, in suum monasterium translata erant. Cf. Acta SS. Iun. I, p.* 171; *Ant. Zacharias, Episcoporum Cremonensium series emend. p.* 202 *sqq., qui dicit in Martyrologio Usuardi ecclesiae Cremonensis (saec. XV ?) ad horum nomina adscriptum esse:* Horum corpora tempore Gregorii papae VIII.(!) per venerab. Gulielmum tunc abbatem monasterii sancti Thomae Cremonensis ab Urbe in civitate Cremona translata sunt et in eorum monasterio recondita. 2) *Septimum abbatem in Cronica Alberti non reperi.* 3) anno Domini MLXXXVII. *habet Iac. de Varagine, Leg. Aurea c.* 3, 7. *Cf. infra f.* 162', *p.* 30 *sq. et f.* 165, *p.* 38, *ubi locus Iacobi de translatione Nicolai bis exscriptus est.*

*Anno Domini M°C°XVIII. dominus papa[1] defunctus [*f. 153. Mart. Opp.] est apud ecclesiam sancte Marie Transpadine[a] et inde cum totius cleri et populi frequentia per Urbem media[b] vectus in ecclesia sancti Salvatoris sepultus est.

Anno[c] Domini ab incarnatione millesimo LXIII.[d] Henricus [Sic. Got. 29.] inperator tercius, rex autem quartus, fillius Henrici inperatoris secundi, de semine Guebelingo natus, successit [Got. 23, 39.] Henrico inperatori secundo, patri eius, ad inperium, sedente in papatu domino Alexandro pape secundo; qui inperavit annis XLVIIII. [Mart. Opp.]

. . . .

Anno Domini M°LXX. civitas Astensis capta est ab Adaleida. [Sic.]

. . . .

Anno Domini M°LXXXIIII.[2] fames et mortalitas fuit fere in [Mart. Opp.] universa terra, et inperator ob*sedit civitatem Tiburtinam die III° [*f. 153'.] mensis Iunii. Eodem vero anno comitissa Mathildis Nonantulam obsedit. [Sic.] Huius tempore stella clarissima in circuitu prime [Mart. Opp.] lune ingressa est XIII. Kall. . . . .[e] in noctis initio. . . . . .[f] Victori pape[g].

*Anno Domini[h] M°LXXXXVI.[i] multitudo peregrinorum per [*f. 154. Sic.] Cremonam transeuntium marre transivit, qui transactis tribus annis Iherusalem Dei gratia recuperaverunt; quam ystoriam videre[k] poteris supra in titulo Urbani pape[l], [3].

Anno Domini M°LXXXXVIII. primo cepit guerra de Crema, [Sic.] frixorium Cremonensium. Interea papa Urbanus moritur post [Mart. Opp. et Got. 23, 39.] recuperationem sancti sepulcri, et Paschalis papa in sede collocatur anno Domini M°C, discors dicti inperatoris; [Sic.] quem papam quidam ex Romano clero usque adeo persecuti sunt, quod tres papalia insignia induentes eos in summos pontifices erigere presumpserunt. Set demum ab eodem Paschali confussi et prostrati sunt. . . . .

Anno Domini M°CII. Comitissa Matildis Ferrariam obsedit . . . . . .

Anno Domini M°CVII. Cremonenses[m], Laudenses et Papienses[n] in- [f. 154'.] cenderunt burgum Terdone. . . . .

. . . .

Huc usque tam ex libris Orosii quam Eusebii et alliorum, qui [Got. 23, 41.] post eos scripserunt, auctoritatibus fulti scripta nostra posuimus. Cetera autem que sequntur[o], quia recentis[p] memorie et quasi nostrorum temporum sunt, nos ea nobis a viris probabillibus tradita et partim a nobis occulata fide conspecta et auribus nostris audita quanto veracius posumus favente[q] Deo lectoribus preponemus[r]. Hec[s] Guithofredus episcopus.

a) *sic c. pro* Transpadane. b) mediam Urbem *Martin.* c) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* d) LXI *e corr. in loco raso.* e) *spatium mensi inserendo vacat.* f) *spatium unius verbi vacat.* g) *reliqua maior pars paginae* 153'. *vacat.* h) *seq.* LX *delet.* i) VI. *e corr. radendo (e* VII?*) c.* k) videres, s *expunct. c.* l) *seq.* Recuperato sep *delet. c.* m) cremoñ *c.* n) papieñ *c.* o) *sic c.* p) retentis *c.* q) *seq.* l *(non delet.).* r) proponemus *Gotifr.* s) *seq. littera quaedam maiuscula non perspicue scripta.*

1) *Paschalis II.* 2) *Sicardus de fame ad a.* 1084. *refert. Attamen annum hunc Albertus ex ipsius Cronica per errorem transscripsit.* 3) *P.* 14, *ubi eadem e Cronica Sicardi exscripta sunt.*

Got. 23, 41. Inperator Henricus tercius et rex quartus omnibus regallibus filio resignatis et omnium principum suffragio destitutus. Et[a] factus egenus, dum per Renum fluvium Coloniam pervenisset, ibi non sicut exul, set ut inperator a civibus suscipitur. Indeque[b] procedens Leodium insinuavit omnibus tam verbo quam litteris a principibus se fuisse deceptum et ad resignanda regalia fillio coartatum. Transacto pauco tempore pater Henricus apud Leodium moritur et more regio ibi seppellitur. . . . .

f. 155'. Sic. Anno[c] Domini ab incarnatione MºCºXXº[d], indictione duodecimae[e], Calistus IIus papa, qui proprio nomine[f] *Mart. Opp.* vocabatur . . . . .[g], natione Burgundus, comitis fillius et archiepiscopus Vienensis fuit[h], successit Gelasio pape inperante Henrico inperatore quarto, rege autem quinto . . . *Got. 23, 42. Sic.* . . . . Videns igitur a se regnum paulatim deficere, et quod non est scientia, non est potentia contra Dominum, rediit ad pacem ecclesie, remitens omnem investituram et quicquid spiritualium privillegio violenti[i] extorserat et concedens canonicam fieri electionem et consecrationem, et sic pacificaverunt ad invicem. Et sic ait: *Ego Henricus* et cet.

1123. Anno Domini ab incarnatione MºCXXIII.[k] Quidam nomine Urso de Orsonibus[1] civis Cremonensis[l] fuit abbas monasterii[m] sancti Laurentii[n] Cremone[2], suis supplicationibus fuit privillegiatum[o] dictum monasterium[m] a dicto summo pontifice[3] pontificatus sui anno V, in- *Mart. 18. Mart. Opp.* dictione prima, XV. Kall. Aprillis[4]. Et sic omnibus pacificatis dictus papa mortuus est et in ecclesia Lateranensi[p] sepultus. [Iste[q] papa Calistus Conpostellanum episcopum pro reverentia corporis beati Iacobi apostoli, quod ibi requiescit, archiepiscopum instituit, subiciens sibi Emeritanam provintiam. Lucanam *Sic.* quoque ecclesiam gratia pallei decoravit. Anno Domini MºCXXVI, temporibus Lotharii inperatoris Orbertus episcopus Cremonensis[l] XV. fuit[r]. Et eodem anno Ubaldus fuit abbas monasterii[m] sancti Laurentii[n] Cremone civitatis nonus[s]].

**f. 156. Got. 23, 42.* *Anno[c] Domini ab incarnatione MºCºXXºVIIº. Honorius IIus papa, qui proprio nomine vocabatur Lambertus, *Mart. Opp.* natione Bononiensis, ex patre . . . . .[t], successit Calisto pape in sede inperante Henrico quarto, rege autem *Sic.* quinto, qui sedit annis V, m. II, d. III. Iste papa cum fuisset

a) *sic distinctum et littera maiuscula* E *in c.* b) Indenque *c.* c) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* d) XXº *e corr. in loco raso.* e) duod. *superscr.* f) *seq.* ucab *delet. c.* g) *spatium nomini inserendo vacat c.* h) *seq.* post *delet. c.* i) *sic et omnes codd. Sicardi.* k) MºCCXIII. *corr.* MºCXXIII. l) cremoñ *c.* m) moñ *c.* n) laur̄ *c.* o) priuillegiatus *corr.* priuillegiatum *c.* p) lateran *c.* q) *uncis inclusa alio atramento aquoso ab Alb. post suppl.* r) *in marg.:* De episcopo Cremoñ. s) *in marg.:* De abbate sancti Laur̄ VIIIIº. t) *spatium nomini inserendo vacat.*

1) *Albertus addidit* de Orsonibus, *quod in privilegio infra n.* 4. *dicto non legitur.* 2) *Haec vide iam supra p.* 14, *l.* 4—6, *ibi post suppleta.* 3) *Calixto II.* 4) *Hoc privilegium edidit P. Kehr in 'Nachrichten von der kgl. Ges. der Wiss. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.'* 1903. *p.* 553 *sq.*

electus sub contentione Teobaldi presbiteri cardinalis, humiliter mantum *Sic.* deposuit. Cardinales videntes humilitatem ipsius unanimiter ei obedientiam prestiterunt. Hic deinde desendit in Apulia in *Mart. Opp.* civitate Aquile a baronibus vocatus, ut eam civitatem, quia iuris beati Petri est, tueretur a comite Rogerio Syculo, set cum papa vidisset infidellitatem baronum, saniori conscilio habito Rogerium accepit in gratiam et facto homagio et fidelitate firmata ipsum de ducatu Apulie investivit. Iste papa per P[etrum] presbiterum *Sic.* cardinalem patriarchas, id est Aquiligensem et Venetum, deposuit. Iste papa ducem Fredericum et Conradum fratres, nepotes *Got. 23, 46.* Henrici inperatoris quarti mortui, excomunicavit, pro eo quod contra Lotharium inperatorem, successorem Henrici quarti, rebellaverant. Iste vero papa Rome mortuus *Mart. Opp.* est et in ecclesia Lateranensi[a] est sepultus.

Anno[b] Domini M°CXXVIIII°r Orbertus predictus XV. *Sic.* episcopus[c] Cremonensis[d] corpus beati Ymerii episcopi et confessoris, quod diu latuerat, in scrineo ferrato recondidit in maiori ecclesia Cremonensi[e].

Anno[f] ab incarnatione Domini M°C°VIII. Henricus *Got. 29, 2. 23, 42. et Mart. Opp. et Sic.* quartus inperator, ratione autem regni quintus, post mortem patris sui Henrici tercii inperatoris suscepit inperium, sedente in papatu Paschali papa secundo, qui inperavit annis XV; tercio autem anno post obitum patris *Got. 23, 42.* mirabili collecto exercitu per montem Iovis transit Pyreneum, Romam proficiscens. Cumque supra Padum castrametatus[g] fuisset, precepit exercitum recenseri. Inventa sunt XXX M millitum, exceptis omnibus, qui ad eum de Italia confluxerunt. Inde per montem Appeninum transiens burgum Pontis-tremuli turibus et muris valde munitum, qui transitum exercitui prohibere temptavit, expavit[h] atque destruxit. Deinde per Tusciam procedens usque ad Aretium civitatem ipsam destruxit, pro eo quod cives illi ecclesiam sancti Donati, id est episcopium, quod est extra civitatem, destruxerant, sedem episcopalem infra menia civitatis ponere intendentes. Hiis ita peractis Romam pervenit et in gradibus beati Petri apostoli a papa Paschali conctisque cardinalibus et a populo Romano cum crucibus in processione, cum tripudio et gaudio magno susceptus est. Ipse autem papam Paschalem conscilio quorumdam sceleratorum captum detinuit et Ulrico patriarche Acquiligensi cum reverentia custodiendum conmisit. Tunc orto ex proviso[i] tumultu et ornatu ecclesie conctisque rebus clericorum invasis atque distractis, qui expectabant gaudium, luctum incurrunt[k]; et in vinculis duobus mensibus et ultra detinuit, *Sic.* eo quod patrem prohibuerat seppelliri, ita quod per quinque annos iacuit in feretro, et quia no*lebat eum consecrare, nisi iuramento fir- **f. 156'.* maret, quod de investituris ecclesiarum, episcoporum et abbatum, se ulterius non intromiteret, et allia, prout in istoria Paschalis pape scripta sunt. Papa aliquandiu capto et detento inperator a *Got. 23, 42.*

a) Lateraṅ *c.* b) *sequentia* — ecclesia Cremoṅ *alio atramento ab Alb. post suppleta.* c) ep̄s *in loco raso.* d) cremoṅ *c.* e) cremoṅ *c.* — *Octo versus circiter post haec vacant.* f) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* g) castrameratus *c.* h) expugnavit *Gotifr.* i) improviso *Gotifr.* k) *seq.* Occa *delet. c. Albertus* Occasio *scribere voluit sequentem locum Gotifr. exscripturus, sed consilio mutato ad Sicardi relationem se convertit.*

Got. civibus revocatur et episcoporum investituras, id est anulum et baculum, a papa recipiens ipsum papam et cives Romanos muneribus recun- *Sic.* ciliari curavit[a]. Anno Domini M°C°X° fuit bellum inter Mediolanenses et Cremonenses apud Brixianorium Cremonensibus pernitiosum. Eodem anno civitas Laudensis[b] destructa est a Medio- *Got.* 23, 42. lanensibus. Demum recunciliatione facta coronatus est anno ab incarnatione Domini MCXI, anno vero regni eius, ex quo pater regalia *ib.* 40. sibi resignaverat, sexto. Dum autem Henricus inperator gestat in Urbe coronam, audet Guiscardus Robertus partim conburere Romam et Lateranensi[c] porta perusta transivit ad Danaos; rex autem Danorum[d] cum auxilio Grecorum resistit Guiscardo duci viriliter. Iste autem dux pauper erat in rebus, set erat dives probitate; qui pre paupertate fieri fecit nummos ex corio, qui expendebantur in suo exercitu. Set devictis Danais argentum pro denariis coriatis millitibus gratis dat satis. Robertus Viscardus obiit tandem sine prole, et Rogerius germanus ei *Mart. Opp.* succedit honore. Ille Robertus vicit Alexium et Cyminianum Constantinopolitanos inperatores. Iste autem Robertus fuit quidam Francigena, qui venit Romam cum magno exercitu volens, si posset, Urbem occupare, set inde repulsus intravit regnum Scicilie et *Got.* 23, 40. Apulie, quod et cepit paulatim. Rogerius vero germanus Roberti *Mart. Opp.* erat de more paganus, de Rogerio comite generatus, et habuit filliam Constantini, matrem Frederici inperatoris, qui contra Otonem promotus est. Iste Rogerio[e] genuit Gulielmum regem Apulie, Calabrie, qui fuit in omnibus gloriosus; cuius tempore regnum diviciis et deliciis pre ceteris florebat regnis. Inperator Henricus predictus a papa sic coronatus et alliis solempnitatibus *Sic. et Got.* 23, 42. factis. Anno Domini M°C°XIII. Synodus episcoporum postea cellebrata privillegium, potius pravillegium appellandum, per violentiam regis extortum, inter papam Paschalem et inperatorem factum repro- *Sic.* bavit atque cassavit[f]. Et eodem anno Cremona fuit concremata 1113. *Aug.* 10. incendio, indictione septima[1], in die sancti Laurentii[g, 2]. Cuius incendii causa conbussit[h] has ecclesias, scilicet monasterium[i] sancti Laurentii[g], ecclesiam sancti Heraxmi, ecclesiam sancti Pantaleonis, sancti Donati, sancti Vitalis, sanctorum Cosme et Dalmiani[k], sancti Georgii, sancti Ambrosii, sancti Petri, sancte Marie, sancti Prosperi, monasterium[i] sancti Thome, sancti Ypoliti, sancti Barnabe, sancti Galli, sancti Andree, sancti Michaelis[l], sancti Nazarii, sancti Mauricii, sancti Sepulcri, sancti Antonini, sancti Martini, sancti Mathei, sancti Viti, sancti Gervaxii, sancti Marci, sancti Alexandri, sancti Romani et

a) *seq.* et pape *erasum c.;* et a papa *sequitur Gotifr.* b) *nota lectionem codicis* 1 *Sicardi, contractis iis quae in eius Cronica sub a.* 1110. *et* 1111. *leguntur.* c) lateraū *c.* d) *sic h. l. c.* e) *lege* Rogerius. f) *seq.* Inp *delet. c.* g) laur *c.* h) causa. ꝯbusserunt *ab Alb. post corr.* ꝯbussit *c.* i) mon̄ *c.* k) *sic c.* l) Mich̄ *c.*

1) *Sexta potius.* 2) *Hoc ex Ann. Cremon. antiquissimis deperditis profectum est. Cf. Ann. Cremon., SS. XXXI, p.* 3; *Ioh. Codagn. Ann. Placent. p.* 3.

sancti Salvatoris V. Idus Augusti hora nona[1]. Inperator *Aug.* 9. *Got.* 23, 42.
autem ab Urbe in Franciam reversus filliam Henrici [regis[a]] Anglorum
Mathildam in uxorem sibi coniuncxit nuptiasque magnificas Maguntie
cellebravit. In ipsa curia Lotharius dux Saxonie, qui postea fuit
inperator, tunica lanea pro penitentia indutus et pedibus discalciatus
procedit ante pedes inperatoris; tantus enim terror omnes invaserat,
ut aliquis voluntati sue resistere non auderet. Ceterum *in ipsa *f. 157.
nuptiarum cellebratione, ubi omnes convenerant, facte sunt contra
eius terribillitatem multe principum conspirationes, et extunc tam
manifeste quam occulte multi incipiunt rebellare. Ex conscilio autem
et sugestione archiepiscoporum, Frederici scilicet Coloniensis et Alberti
Maguntinensis, et alliorum quorumdam Calistus papa, qui post
Paschalem et Gelasium Rome pontificatum acceperat, inperatorem
excomunicationis vinculo innodavit. Scismate itaque renovato inperator
Romam pergens[b] natione Yspanum in cathedram per suam violentiam
collocavit, quem Romani apud Sutrium postea captum et camello, ut
dicitur, suprapositum cum ignominia deportaverunt et in Cavensi *Sic.*
monasterio[c] prope Salernum perpetue custodie tradiderunt. In- *Got.*
perator videns a se regnum paulatim deficere et exemplum patris sui
mente revolvens atque metu anathematis[d], quo urgebatur, collecta
generali curia apud Vormatiam investituram episcoporum, scilicet
annulum et baculum, in manus legati apostolici nomine Lamberti, qui
postea fuit papa Honorius, publice resignavit, per quod[e] ab anathema[f]
est absolutus. Papa quoque iuperatori tale privillegium scripsit, ut
episcopi omnes, tam Cisalpini quam citra, non prius episcopi ordinentur,
quam per manus inperatoris de regalibus sint investiti. Inperator de
Romanis ulcisci desciderans, festinato cursu in Italiam, Urbem obsedit.
Quibus contra eum incaute progressis[g] plurimos cepit, quos fere omnes
aut cecavit aut denasavit. Anno Domini M°C°XV°. Comitissa *Sic.*
Mathildis moritur et apud ecclesiam sancti Benedicti inter Padum et
Lironem, quem[h] dotaverat[i], quod[k] Teutaldus avus eius construxerat,
et Bonifacius pater eius posessionibus ampliaverat. Anno Domini
M°CXVI, indictione X, III° Nonarum Ian.[2] Teremotus 1117. *Ian.* 3.
magnus fuit, propter quem maior Cremonensis[l] ecclesia corruit, et *Sic.*
corpus confessoris Ymerii diu latuit sub ruina. In parochia *Iac. de Var.*
autem Legiensi porcha porcellum faciem hominis habentem enixa
est. Pullus autem galine quadrupes natus est. Anno Domini
M°CXVIII. alius ignis iterum posuit civitatem Cremone 1118.
sub ruina[3]. Anno Domini M°CXX. fuit prima guerra de Parma, *Sic.*
qua Cremonenses cum Parmensibus in Parmensi glarea conflixerunt.
Henricus vero inperator, quia patrem suum dehonestaverat, iusto Dei *Mart. Opp.*

a) regis *om. c.* b) *supple* Burdinum. c) mon̄ *c.* d) anethamatis *c.* e) quem *Gotifr.*; *seq.* est *delet. c.* f) anetha *corr.* anatha *c.* g) progressus *c.* h) quam *Sicard.* i) *supple* sepelitur. k) quam *Sicard.*; *seq.* pater eius *delet.* l) cremon̄ *c.*

1) Cuius incendii — nona *e notitia in monasterio S. Laurentii separatim scripta repetita esse apparet. Haec exscripsit etiam Ant. Campo, 'Cremona fedelissima citta' (Cremona* 1589*) p.* 14 *sq.* 2) *Cf. Ann. Cremon., SS. XXXI, p.* 3; *Ioh. Codagn. Ann. p.* 3. *Indictio X. convenit anno incarnationis* 1117. 3) *Hoc ex Ann. Cremon. deperditis profectum nusquam alibi legitur.*

[*Mart. Opp.*] iudicio creditur sine herede decesisse. Nam neque fillium neque filliam [*Got.* 23, 42.] habens, reversus in patriam, morbo coreptus obiit et in civitate Spira, ubi ecclesiam supra memoratam conplevit atque ditavit, sepultus est [*Iac. de Var.*] iuxta patrem, avum et attavum suum. Unde versus:

Fillius hic primi[a]*, hic avus, hic proavus iacet istic.*

[*Got.*] Anno regni eius XVIIII, inperii vero[b].

[*f. 157'.*] [*Mart. Opp.*] *Anno[c] Domini ab incarnatione M°CXXX, [indictione[d] prima[1]], Innocentius II[us] papa, alio nomine . . . . .[e], natione Romanus, ex patre Iohane, de regione Transtyberim, successit Honorio pape temporibus Lotharii inperatoris, qui sedit annis XIII, m. VII, d. VIII; et cessavit papatus diebus II. [*Sic.*] Hic papa sub condiccione[f] cum Petro Petri-Leonis fillio[2], presbitero cardinali, cui Anacletus nomen inponitur, fuit electus. Inocentio clerus, set Anacleto preter Frangepannos Romanum vulgus adhesit; [*Mart. Opp.*] qui Frangipanni Inocentio adheserunt una cum cardinalibus. Anacletus vero antipapa manu armata ecclesiam sancti Petri adiit [*Sic.*] et per violentiam crucifixum aureum aureasque coronas et ecclesiarum [*Mart. Opp.*] tesauros accipiens ac lapides preciosos spoliavit[g]. Cyborium quoque, quod sanctus Leo papa construxerat, destruxit. Hoc idem ad Sanctam Mariam Maiorem magno thesauro ditatam et allias ecclesias Urbis[h]; [*Sic.*] cum quo thesauro postquam omnes Romanos corumpisset[i], in Apuliam se recepit et Rogerium regem Apulie esse concessit. Inocentius [*Mart. Opp.*] vero papa nullum subsidium habens in Urbe cum cardinalibus in [*Sic.*] duabus galleis Pisas venit et inter Pisanos et Ianuenses treugas posuit. Inde proficiscens apud Sanctum Egidium concilium cellebravit. Transiens in Franciam a Lodoyco rege Francorum et Henrico rege Anglorum honoriffice receptus est. Progrediens inde in Lothoringiam, id est [*Got.* 23, 46.] [*Sic.*] Leodium, ubi a rege Lothario promissionem accepit, quod eum ad beati Petri sedem reduceret. Rediens itaque Remis . . . . .[k] et apud Placentiam tercium concilium cellebravit. Reversus Pisas inter Pissanos et Ianuenses pacem conposuit, et recolens beneffieia sibi a Pisanis et Ianuensibus collata Pissane concessit ecclesie primatum Sardinie et tres episcopatus in provintia Corsice. Ianuenses vero exemit a subiectione Mediolanensis ecclesie eamque metropolim faciens subiecit ei Bobiensem et quosdam Corsicanos episcopos. Dum hec agerentur, ecce rex Lotharius festinus promissor advenit; rex igitur et pontifex Urbem pariter adierunt. Ubi pontifex sedem in Lateranensi[l] ecclesia, et rex inperiale optinuit diadema. Post hec inperator in Alamaniam, et pontifex revertitur ad civitatem Pisanam, ubi quartum concilium cellebravit; et quoniam Rogerius rex Apulie Petrum heresiarcham agnomine Anacletum antipapam adhuc in erore fovebat[m], christianissimus inperator, ecclesie catholicus advocatus, de Alamania rediens cum summo pontifice Apulie fines invasit et totam potenter fortitu-

a) *sic et sic, ut scripsi, distinctum in c.; lege:* hic, pater hic, avus hic, proavus. b) *supple* XIIII. *ex Gotifr. — Reliqua, fere quinta pars paginae* 157. *vacat.* c) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* d) ind. prima *alio atramento ab Alb. post superscr.* e) *spatium nomini inserendo vacat.* f) *nota lectionem falsam codicum Sicardi.* g) *seq.* In Apulia se recepit *delet. c.* h) *supple* fecit *ex Martin.* i) *sic* (corūpisset) *c.* k) *spatium unius vocis vacat; supple* secundum *e Sicardo.* l) lateraū *c.* m) *potius* fauebat *scriptum esse videtur in c.*

1) *A.* 1130. *indictio VIII. et IX. fuit.* 2) fillio *Albertus ex Martini Oppav. Cron. p.* 436. *supplevit.*

dinis brachio subiugavit. Rogerius autem in Sciciliam fugit, set cum [*Mart. Opp. Sic.*] suis, cum quibus fugam cepit, captus est ab eo[1]. Pontifex igitur et inperator comitem Raynonem ducem fecerunt Apulie. Sicque pontifex ad Urbem, et inperator in Teuthoniam cum gloria remearunt. Petrus, dictus Anacletus, antipapa in erore suo conputruit et defunctus est. Cuius sectatores alium elegerunt, quem Romani Carnicorium nominabant. Papa vero Inocentius totam partem Petri-Leonis [*Mart. Opp. Sic.*] cum ordinatione ipsius condempnavit. Demum ad pedes summi pontificis misericordiam *postulantes[a] misericorditer recepti sunt. [*f. 158.] Auctoritate huius summi pontificis Conpostellana ecclesia facta est metropolis ob reverentiam beati Iacobi apostoli[2].

Anno Domini M°CXXXIII, indictione X, pontificatus eiusdem domini pape anno III° dominus Innocentius predictus papa privillegiavit monasterium[b] sancti Laurentii[c] Cremone supplicationibus Ubaldi tunc abbatis dicti monasterii[b, 3]. [1132. (*Iul.* 29).] Huius tempore et Conradi inperatoris Rogerius Syculus prenominatus Apuliam rursus ingressus cum duce Raynone, quem Lotharius ibi prefecerat, habet conflictum victusque secedit. [*Got.* 23, 48.] Post pauca dux Apulie Rayno vel Raynaldus moritur. Rogerius in Apuliam revertitur et terram duce orbatam nec rebellantem occupat. Principem Robertum Capuanum cum omnibus nobillibus eicit et residuos diversis tormentis affligit, ad ultimum se regem Scicilie et Apulie precipit appellari; princeps Robertus Capuanus cum omnibus comitibus expulsis ad regem Conradum secessit. Rex benigne eos recepit et longo tempore in Alamania secum tenuit, set in Apuliam transire non potuit, quia eum gravis necessitas inperii prepedivit. Ad hec papa Innocentius, vir magnanimus, cum populo Romano contra Rogerium collecto exercitu Apuliam ingreditur. Ubi incaute conductus in loco qui vocatur[d] Galizu a Rogerio capitur. Eoque cum reverentia coacto, Rogerius nomen et auctoritatem regiam cum benedictione appostolica tam in Scicilia quam in Apulia, sicut voluit, inpetravit. Rogerius extunc auctoritate appostolica rex exaltatus, cum iam nullum preter Conradum regem haberet obstaculum[4]. Hiis temporibus Romani ceperunt innovare senatum, qui longis ante[e] temporum curiculis ita cessaverat, ut nec mentio eius haberetur Rome; quem papa Inocentius ingeuio, precio et minis solvere conatus non potuit. Anno Domini M°CXLII.[5] hic pontifex cum Romanis obsedit Tyburtum, set multi capti et occisi; demum reversi Romani de [*Sic.*]

a) *f.* 157'. po *f.* 158. postulantes *c.* b) mon̄ *c.* c) laur̄ *c.* d) *seq.* Galuzu *delet. c.* e) *seq.* temporibus *delet. c.*

1) *Hoc loco, quem Albertus falso traxit ad expeditionem anni* 1137, *de bello anni* 1139. *refertur, quo loco Martini Innocentius papa a duce captus esse dicitur, ut infra l.* 29. *Gotifredum secutus Alb. narravit.* 2) *Eadem fere supra p.* 16, *l.* 27 *sqq. ex Cronica Martini, ubi idem de Calixto II. papa recte relatum est.* 3) *Hoc privilegium editum est a P. Kehr in* ‘*Nachrichten der Kgl. Ges. der Wiss. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.*’ 1903 (*Gött.* 1904) *p.* 555—558. 4) *Hoc loco sententia abrupta Albertus haec iterum infra p.* 25, *l.* 40 *sqq. exscripsit cum sequentibus.* 5) *Duos locos Sicardi p.* 164. *et p.* 165. *de obsidione Tiburis Albertus coniunxit, ex altero annum supplevit.*

Sic. Tyburtinis victoria habita triumpharunt. Iste papa ad ul- *Mart. Opp.* timum Rome cellebrato concilio solempniter morboque preventus *Got. 23, 48.* diem ultimum clausit et in Laterano[a] *Mart. Opp.* in porifica[b] concha miro opere *Got. 23, 48.* sculpta sepultus est. Cui successit Celestinus, prout infra sequitur[c].

**f. 158'.* *Anno[d] Domini ab incarnatione M°CXXXIII[e, 1].

Got. 23, 46. Lotarius dux Saxonum defuncto absque herede Henrico quarto inperatore, rege autem quinto, principes Maguntie autem conveniunt, ibique habito de successore conscilio quatuor regni optimates, id est Lotharius dux Saxonum, Fredericus dux, Leopardus marchio Orientalis, Karolus comes Flandrie, ad regnum designantur. Tandem Lotharius, natione Saxo, patre[f] Gebehardo, voto omnium renitens valde, aere[g] clamans, ad regnum tractus, presente legato sedis appostolice, [anno[h] regni eius nono] successit Henrico pre- *Sic.* dicto ad inperium, sedente in pontificatu Honorio papa secundo, qui inperavit annis XII[i] et appellatur *Got. 23, 46.* Lotharius inperator III^us^. Iste per omnia humiliavit progeniem Henrici inperatoris. Contra quem dux Fredericus et frater eius Conradus, nepotes Henrici inperatoris ex sorore, diu rebellaverunt; propter quod papa Honorius II^us^ eos excomunicavit. Verumtamen predictus Conradus a fratre suo Frederico et a quibusdam alliis factus est rex contra Lotharium; qui cum pauco exercitu intravit Ytaliam et Mediolani apud Modoeciam coronam[k] portavit. Deinde ad partes Romanorum processit et tandem rebus exaustus in patriam remeavit pacemque cum Lothario conponens dimiso regno quievit. *Mart. Opp.* Anno inperii sui anno[l] contra Boemos vadens quorum[m] suorum principum traditione magnam stragem suorum millitum passus est. Huius tempore valida fames fuit et fere totam Ytaliam invasit. Eodem *Sic.* tempore[n], scilicet anno Domini M°CXXVI, civitas Cumana capta est a Mediolanensibus in Augusto. Eodem quoque anno Eridanus gellavit, ut super glaciem currus et equi discurerent. Eodem *1130.* tempore, in M°CXXX. secunda guerra de Crema fuit[2]. *Got. 23, 46.* Eodem tempore Rome Honorio mortuo, oritur scisma inter Innocentium et Anacletum. Innocentius autem papa transiens in Galliam venit Leodium, ubi Lotharius ei occurrit auxiliumque promittit[3]. Unde Inocentius papa apud Clarum-montem concilio cellebrato Romam rediit et regem Lotharium in Lateranensi pallatio apud Sanctum Salvatorem coronavit. Non enim poterat apud Sanctum Petrum morari propter potentiam Anacleti antipape, fillii Petri-Leonis. Lotharius autem in patriam rediit. Iste inperator post bienium ac- *Mart. Opp.* cepta corona zello Dei et ecclesie accensus[o] tamquam verus catho-

a) lar'ano *c.* b) *lege* porfirica. c) *reliqua pars magna paginae* 158. *rectae vacat.* d) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* e) XXXIII *e corr.* f) *seq.* Gebeha *delet. c.* g) aere clamans *codd. D* 6 *et alii Gotifredi pro* ac reclamans. h) *uncis inclusa alio atramento ab Alb. in marg. suppl.* i) II *e corr.* k) romā *c.* l) *lege* primo; anno *h. l. repetitum, quia Martin. habet:* primo imperii sui anno, *ut Albertus se scripsisse opinatus est.* m) *lege* quorumdam. n) *seq.* honorio *delet. c.* o) *seq.* q *delet. c.*

1) *A.* 1133. *Lotharius imperator coronatus est.* 2) *Cf. Ann. Cremon. l. l. p.* 4. 3) *Haec et sequentia iam supra p.* 20. *narrata sunt.*

licus et ecclesie advocatus vires inperii[1] renovato exercitu Romam *Got.* 23, 46.
remeavit. Ubi asumpto secum Inocentium[a] papam[a] in Apuliam *et Mart. Opp.*
transiit contra Rogerium Syculum, qui tunc dux Apulie vocabatur,
qui se contra papam erexerat et regnum Scicilie occupaverat, inde
fugavit et Raynonem comitem ibi ducem constituit. Civitatem Barum
cepit et totam Apuliam occupavit. Anno Domini M°CXXXII. *Sic.*
Lotharius inperator cum Cremonensibus Cremam obsedit, et in
eodem anno Cremonenses fuerunt Bersellum[2], et magna 1131.
pars eorum fuit capta, et in Pado multi perierunt, de
mense Octubr. Anno Domini M°CXXXIII. castrum Pi- *Oct.* *Sic.*
zighitoni sive Pizelionum constructum est circa festum sancti 1133.
Michaelis[b, 3], cum Cremonenses[c] offenderint inperialem maiestatem[4]. *Sept.* 29.
Anno Domini millesimo C°XXXVI. victorius inperator Sanctum Ba-
xianum et Sonzinum ceterasque terras eorum invasit. Deinde Rome[5] *cf. A. Crem.*
in Ronchalaá fecit leges de feudis.

*Huius tempore mulier quedam in Yspania monstrum bis ge- *f. 159. *Iac. de Var.*
mini corporis enixa est aversis vultibus et corporibus sibi coherens;
ante quidem effigies erat hominis integro corporis et menbrorum[d]
ordine distincta, retro vero facies canis, corporis et menbrorum pro-
prietate integra. Per idem etiam tempus in Francia tanta sic- *Mart. Opp.*
citas fuit, ut flumina, lacus, fontes et putei siccarentur. Ignis quoque,
qui per rimas terre intraverat, nec inbribus nec frigore nec allia
arte biennio extingui poterat. Deinde inperator reversus Verone de *Got.* 23, 46.
Roma morbo coreptus vitam finivit anno regni sui XII°[e].

Anno[f] Domini ab incarnatione M°CXLII[g], [indictione[h]
VII[a][6]], Celestinus II[us] papa, alio nomine .....[i], natione *Mart. Opp.*
Tuschus de castro Fellicitatis, ex patre .....[i], successit Ino-
centio II° pape inperante[k] Lothario inperatore III°,
qui sedit m. V[l], d. XIII. Sepultus est in Laterano[m].

*Anno[f] Domini ab incarnatione M°CXLIIII[or], indic- *f. 159'.
tione VII[a], Lucius II[us], allio nomine .....[n], natione Bono- *Mart. Opp.*
niensis, ex patre Alberto, successit Celestino in papatu in-
perante Conrado II° inperatore, qui sedit mensibus XI,

a) *sic c.* b) Mich̄ *c.* c) cremoñ *c.* d) *seq. 7* (et) *delet. c.* e) *plus dimidia pars paginae* 159. *rectae vacat.* f) A *littera initialis minio pingenda deest.* g) II *atram. nigro in loco raso, in quo antea maior numerus fuit.* h) ind. VII. *eodem atram. nigro ab Alb. in marg. suppl.* i) *spatium nomini inserendo vacat.* k) *seq.* Con *delet. c.* l) VI *Martin.* m) *reliqua pars paginae* 159. *rectae vacat.* n) *spatium nomini inserendo vacat.*

1) *Inepte coniunxit Albertus locos Gotifredi et Martini. Haec omnia iam supra p.* 20 *sq. alio modo narrata sunt.* 2) *Haec ex Ann. Cremon. deperditis;* iverunt Bussetum *Ann. Cremon., SS. XXXI, p.* 4, *falso procul dubio, quia Bersellum, non Bussetum, ad Padum flumen situm est. Ann. Cremon. haec ad a.* 1130. *habent, sed Ann. Parm. min., SS. XVIII, p.* 662, *ad a.* 1131. *Etiam Ant. Campo, 'Cremona fedelissima citta' p.* 16. *hoc a.* 1131. *Brescelli factum esse scribit.* 3) *Cf. Ann. Cremon. l. l.* 4) *Haec ad sequentia trahenda erant.* 5) *Etiam in Ann. Cremon. qui exstant p.* 4. *hic locus corruptus est, ubi* Rome vel in Roncalia. 6) *A.* 1142. *indictio V. et VI. fuit.*

Mart. Opp. d. IIII^or. Iste papa ante presbiter cardinalis erat tituli sancte
Crucis, qui totam illam ecclesiam et claustrum a fondo renovavit;
1144. qui etiam Lucius papa[a] privillegiavit ecclesiam[b] sancte
Marie de Ulmeneto diocesis Cremonensis[c], que nunc est
prioratus subiectus monasterio[d] sancti Laurentii[e] Cre-
mone, et privillegio exemptionis seu libertatis munivit
Maii 19. pontificatus sui anno primo XIIII^or Kall. Iunii[1]. Iste
Got. 23, 48. papa intendens senatum Romanum extinguere cum ingenti millitia
Capitolium asendit Rome, ut sedentes ibi tunc senatores cum dedecore
removeret. Senatus autem populusque Romanus ad arma conversus
papam cum suis omnibus a Capitolio in momento repellunt, ubi papa,
sicut legitur, lapidibus magnis percussus usque ad obitus sui diem,
Mart. Opp. qui proxime secutus est, non sedit in sede; et sepultus in Laterano[f].

Anno[g] Domini ab incarnatione M°CXLIIII^or, indic-
ib. et tione VII^a, Eugenius III^us papa, alio nomine . . . .[h], suc-
Got. 23, 48. cessit Lucio pape inperante Conrado predicto, natione Pysa-
nus, ex patre . . . .[h], qui sedit annis VIII, m. IIII^or; et c[es-
savit] d. II. Hic papa Rome, cum esset abbas monasterii[d] sancti
Mart. Opp. Anastaxii de ordine Clarevalensi[i], ex insperato apud ecclesiam sancti
et Sic. Cesarii a cardinalibus concorditer est electus; qui propter metum sena-
torum et civium, qui contra voluntatem predecessoris sui fuerant electi
a populo, fugit in arcem Montizelli et inde ad monasterium Pharfense
Mart. Opp. se transtulit, ibique vocatis cardinalibus et prelatis munus consecrationis
accepit. Hunc, cum fuerit ante symplex, Deus mirabili gratia
Sic. perfudit et eloquentia. Verum quamvis ab initio fuissent cives infesti,
tamen auctore Deo, qui *spirat ubi vult,* quia potens erat in opere et
Mart. Opp. sermone, conversi sunt ad pastorem et episcopum animarum suarum.
et Sic. Et hinc[k] redeunti ad Urbem clerus Romanus et populus eum[l] cum
magno gaudio et solempni processione occurit cantans: *Benedictus qui
venit in nomine Domini,* et sic eum receperunt in Urbe. Anno
Domini M°CXLVII. inperator Conradus et rex Francie Lodovicus
Mart. Opp. zelo Dei accensi ad instantiam dicti domini[m] pape et beati Bernardi
predicationem cum multitudine Teuthonicorum et Gallicorum ab ipso
domino papa cruce signati[n], allii per Pannoniam, allii per marre
usque Constantinopolim venientes, aliter ipsis evenit, quam sperabant,
quoniam quidem[o] ipsorum a Turcis capti, allii vero fatigatione, plu-
rimique fame et inedia consumpti sunt, ita quod inperator cum
*f. 160. paucis vix rediit. Pro quo pasagio *dominus papa concilium
Remis celebravit et rediit ad Urbem. Huius tempore fuit in
Alamania Hildegardis monialis formosa, que in Pingera[p] super Renum
requiescit. Eo tempore Richardus de Sancto Victore floruit.
Iac. de Var. Item magister Petrus Lonbardus episcopus Parisiensis[q] floruit, qui

a) *seq.* In *delet. c.* b) *seq.* q (qui) *delet. c.* c) dioc̃ cremoñ *c.* d) moñ *c.* e) laur̃ *c.* f) *spatium septem versuum circiter vacat.* g) A *littera initialis minio pingenda deest.* h) *spatium nomini inserendo vacat.* i) clareualeñ *c.* k) *lege* huic. l) *sic c., quia Albertus textum Sicardi cum loco Martini inepte confudit.* m) . d . *c.* n) *seq.* in quo exercitu fredericus *delet. c. Albertus hoc loco locum Sicardi addere voluit, quem infra p.* 26, *l.* 9 *sqq. exscripsit.* o) *lege* quidam. p) Pinguia *Martin.* q) *seq.* q (qui) *delet. c.*

1) *Privilegium, ex quo haec excerpta sunt, non exstat. Cf. P. Kehr in 'Nachrichten von der Kgl. Ges. der Wiss. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.'* 1903. *p.* 547.

librum Sententiarum, glosas Psalterii et epistolarum Pauli utiliter conpilavit. *Iac. de Var.* Anno Domini M^{o}CLI. Gratianus quoque monacus de *Mart. Opp.* Clusa civitate Tuscie natus Decretum conposuit. Hoc tempore translatus est liber Damasceni in Latinum. Hic papa post multa laudabillia obiit Tybure et per mediam Urbem fere cum totius cleri et populi turba cum maximo luctu ad ecclesiam beati Petri deductus circa maius altare sepultus est[a].

Anno[b] Domini ab incarnatione M^{o}C^{o}XXX°VIII° Conradus II^{us} [1] *Got. 23, 46. 48.* inperator[c], nepos Henrici inperatoris quarti, regis autem quinti, ex sorore eius fillius, successit Lothario ad inperium pontificatu Honorii pape II, qui inperavit annis XV. *Mart. Opp.* Hic per concordiam principum[d], cum denuo fuerit electus [2], apud[e] *Sic.* Confluentiam inter Maguntiam et Coloniam in regnum eligitur, pre- *Got. 23, 48.* sente Teodevino Portuense episcopo, appostolice sedis legato. Statimque Aquisgrani in sede Karoli a principibus constitutus, ab eodem legato est coronatus. Saxones tamen et dux Bavarie non consenserunt in eum. Aserebant eum etiam non regem legiptimum[f], set per subreptionem creatum. Rex prefigit eis omnibus curiam generalem apud Babinberch, ad quam venientes simul cum inperatrice, vidua Lotharii, in gratiam et pacem regis super[g] omnes recepti, excepto solo duce Bavarorum Henrico, qui cognominabatur Superbus; apud quem etiam insignia regalia contumaciter adhuc detinebantur. Erat enim gener defuncti inperatoris Lotharii, et ex hoc tenens regalia ad regnum quantum poterat aspirabat. Coactus vero tandem regalia, id est crucem, lanceam et coronam, reddidit, gratiam regis non inpetravit[h]. Postea vero iudicio principum a rege proscriptus, ab omnibus suis derelictus, vix IIII^{or} militibus comitatus in partes Saxonie miserabiliter cessit. Atque post pauca vitam finivit. Anno Domini M^{o}CXXXVIIII^{or} *Sic.* magna pars Cremonensium a Mediolanensibus *apud Cremam capta, **f. 160'.* carceralibus vinculis[i] mancipata. Eodem anno Iohanes de *Mart. Opp.* Temporibus, qui annis CCCLXI vixerat et[k] tempore Karoli Magni, cuius armiger fuerat, est defunctus. Huius tempore quidam magister Arnaldus nomine predicavit in urbe Romana reprehendens divitias et superfluitates, per cuius dicta multi Romanorum magnates sequebantur eum; qui postea captus in odium clericorum est suspensus. Hoc etiam tempore Ascalona capta est a Christianis. Eo tempore Rogerius[l] Syculus auctoritate appostolica, scilicet ab *Got. 23, 48.* Inocentio papa, rex exaltatus in Apulia, prout in ystoria domini Inocentii pape patet [3], et cum iamdictus Rogerius iam nullum preter Conradum regem haberet obstaculum, Guelfonem ducem, fratrem scilicet Henrici Superbi supra memorati, peccunia sua conductum contra Conradum in Alamania concitavit, quem rex in uno prelio iusta castrum Wisinberch[m] eleganter vicit suosque grandi occisione prostravit. Altera vice Henricus fillius Conradi, qui, si vixisset, post eum fuerat regnaturus, eundem Guelfonem bello devicit. Guelfo

a) *spatium decem circiter versuum vacat.* b) A *littera initialis minio pingenda deest.* c) *seq.* fillius *delet. c.* d) *seq.* ap *(non perfectum) delet. c.* e) *seq.* 9sul *delet. c.* f) legitpmum *c.* g) sunt *Gotifr.* h) inpauit *c.* i) *supple* est. k) *lege* a. l) *seq.* de *delet. c.* m) Winisberc *Gotifr.*

1) II^{us} *ex Martini Cronica p.* 469. 2) *Inepte coniuncti sunt loci Sicardi et Gotifredi.* 3) *Supra p.* 21, *l.* 32 *sqq., ubi haec Gotifredi iam exscripta sunt.*

Got. tamen, dum Conradus vixit, pro regio[a] stetit et regnum pro viribus *Sic.* inpedivit. Anno Domini M°CXLVI. pestis herucarum invaluit super terram et bona terre consumpsit, unde sequenti anno fames non multos[b] maceravit egentes. Anno Domini M°CXLVII. in- *Mart. Opp.* perator Conradus in Varanchenevoyt a sancto Bernardo cum cunctis pene principibus crucis karactere ab Eugenio papa una cum Lodovico rege Francorum[1] est insignitus, et illis temporibus socii peregrinationis super numerum multiplicantur. Nam de Lothoringia, Flandria *Sic.* et Anglia cum ducentis pene navibus proficiscuntur. In quo exercitu Fredericus Frederici ducis Suevorum fillius super omnes extitit gloriosus et strenuus, quod ei fuit occaxio, ut postmodum a principibus *Mart. Opp.* vocaretur ad regnum. Conradus itaque inperator cum inumerabilli multitudine peregrinationem agressus, per partes Ungarie Constantinopolim venit, deinde[c] Yconimum[d] applicuit. Cui Lodovicus rex Francorum cum multa millicia per Ungariam descendens ibidem advenit. Set ibi propter dolum Grecorum, qui calcem farine mischuerant, passi sunt multum[e] homines detrimentum. Tandem ad Terram Sanctam pervenientes multa bella gloriose gesserunt. Set aliter, quam sperabant, ipsis evenit, quoniam quidem[f] ipsorum a Turcis capti, allii vero fatigatione, plurimique fame et inedia consumpti sunt. Ita *Got. 23, 48.* quod inperator cum paucis vix rediit et cito post moritur et apud Banbenberch[d] seppelitur[g] anno Domini M°C . . .[h]

Tunc Constantinopoli Manuel inperabat habens uxorem Theuthonicam, sororem scilicet uxoris regis Conradi, natam de Sulzbac, filliam nobilissimi comitis in terra Bavarorum[i].

**f. 161.* *Anno[k] Domini ab incarnatione M°CLIII[l], indictione II[a], *Mart. Opp.* Anastaxius IIII[us] papa, alio nomine vocabatur . . . .[m], natione Romanus, ex patre Benedicto, successit Eugenio pape inperante . . . .[m] inperatore, qui sedit anno[n] uno, m. IIII[or], *Iac. de Var. c. 120.* d. XXIIII[or]; et cessavit d. XX. Anno Domini M°CLIII, indictione II[a], pontificatus dicti domini pape anno primo beatus Bernardus abbas Cisterciensis post multa miracula, que Deus operatus est pro eo, et[o] centum sexaginta monasteria construxisset multosque libros et tractatus conpillasset, consumatis vite sue circiter *Mart. Opp.* annis LXIII, inter filliorum manus obdormivit in Domino. Hic papa fecit apud Sanctam Mariam Rotondam novum pallatium. Et dedit ecclesie Lateranensi[p] calicem pulcri operis pensantem XX marchas et plura allia et ibidem in tumba porifica[q] tumulatus est[r].

Anno[k] Domini ab incarnatione M°CLV. Adrianus IIII[us], allio nomine . . . .[m] vocabatur, natione Anglicus, ex patre . . . .[m], successit Anastaxio pape predicto inperante Frederico inperatore, qui sedit annis IIII[or]; et cessavit diebus XX. Iste fuit primo episcopus Albanensis, in legatione

a) Rogerio *Gotifr.* b) nonnullos *Sicard.* c) *seq.* p̄ y *delet. c.* d) *sic c.* e) *seq.* in *delet. c.* f) *sic etiam supra p.* 24, *l.* 36. g) *seq.* Un *delet. c.* h) *spatium numero supplendo vacat; post haec unus versus vacat.* i) *reliquum spatium paginae* 160. *versae, duodecim circiter versuum, vacat.* k) *A littera initialis minio pingenda deest.* l) M°LIII. *c.* m) *spatium nomini inserendo vacat.* n) *seq.* in (?) *delet. c.* o) *sic c., cum Iacobus habeat supra* postquam multa miracula perpetrasset. p) lateran̄ *c.* q) *lege* porfirica; *cf. supra p.* 22, *l.* 3. r) *spatium quatuor circiter versuum vacat.*

1) *Duo loci Martini p.* 468. *et p.* 469. *coniuncti sunt, quorum alter iam supra p.* 24. *exscriptus est.*

Vormatiam[a] est missus pro verbi Dei predicatione, ipse vero gentem *Mart. Opp.*
illam barbaram in lege divina dilligenter instruxit, post[b] redditum
defuncto Anastaxio in papam est electus.
Anno Domini M°CLVI. Iste papa coronavit Fredericum *Sic.*
inperatorem, unxit et inperiali diademate coronavit. Iste
etiam papa propter vulnerationem unius cardinalis totam Urbem *Mart. Opp.*
usque ad condignam penitentiam posuit sub interdicto. Hic
Gullielmum regem Sycilie tamquam rebellem sibi excomunicavit, qui
post absolutus homagium domino pape faciens terram ab ipso suscepit.
Hic primus dicitur fuisse papa, qui in Urbe-veteri cum curia moram
traxit. Hic fecit[c] gyconem[d] in Radicofono et turibus munivit.
Hic castrum et multas posessiones circa locum[e] Sancte Christine a
comunitatibus[f] conparavit[g]; post multa alia, que fecit, dic-
tus papa moritur. Et in Vaticano in bascilica sancti Petri
iusta sepulcrum Eugenii pape sepultus est[h].
*Anno[i] Domini ab incarnatione M°C°LVIIIIor Alexander papa **f. 161'. Sic.*
IIIus, alio nomine vocabatur . . . .[k], natione Tuscus, patria *Mart. Opp.*
Senensi, ex patre Raymutio[l], successit Adriano pape in
sede inperante Frederico primo, qui sedit annis XXI, m. XI, *et Got. 29, 2.*
d. XVIIIIor [m]. Et in principio sue electionis tres lune vise *Iac. de Var.*
sunt et in medio signum crucis, nec multo post visi sunt tres soles,
et tunc Alexander canonice est electus. Eodem millesimo[n], *Sic.*
scilicet anno Domini M°CLVIIIIor, Orbertus[o] episcopus Cremo-
nensis[p] predictus corpus sancti Gregorii martiris transtulit in
ecclesia sancti Michaelis[q] veteris dicte civitatis.

Anno Domini M°CLX.[r] Iohanes quidam fuit abbas
monasterii[s] sancti Laurentii[t] dicte civitatis Cremone[u],
qui postea fuit episcopus Vincentinus[1], qui fecit fieri
in monasterio[s] predicto lavatorium marmoreum manuale
in memoriam sui. Hic papa inter quatuor scismaticos *Mart. Opp.*
fuit substitutus, videlicet Octavianum, qui agnominatus est *Sic.*
Victor; quo in erore defuncto Guido de Crema, Paschalis agnominatus,
accessit; qui[v] similiter in erore[w] defuncto Iohanes de Struma[x], Ca-
listus agnominatus, similiter in scismate fuit substitutus; qui omnes *Mart. Opp.*
tres fuerunt presbiteri cardinales. Hos tres heresiarchas inperator *Sic.*
manu tenuit, et per papam excomunicati mala morte perierunt, et *Mart. Opp.*
scisma per XVIII[2] annos in ecclesia Dei fovit; cuius[y] tempore *Sic.*
conventus Sancti Anastaxii et abbas Sancti Pauli de locis suis per *Mart. Opp.*
regem Fredericum sysmaticum[z] eiecti fuerunt, qui postea per
papam in locis suis restituti fuerunt. Hic inperator

a) Norvegiam *Martin.* b) *seq.* ⁊ (et) *delet. c.* c) *seq.* gyzonem *delet. c.* d) *lege* gyronem. e) Lacum *Martin.* f) cōitatibus *c.;* comitibus *Martin.* g) *seq.* ꝑt (prot) *delet. c.* h) *reliqua, tertia fere, pars paginae* 161. *rectae vacat.* i) A *littera initialis minio pingenda deest.* k) *spatium nomini inserendo vacat.* l) Raynucio *Martin.* m) *sic c.;* VIIII *Martin.* n) M⁰ *c.* o) Obertus *h. l. Sicard.* p) cremon̄ *c.* q) Mich̄ *c.* r) X *alio atramento in loco raso.* s) mon̄ *c.* t) laur̄ *c.* u) *in marg.:* De X⁰ abbate Iohane mon̄. v) *sic c.;* Cui *Sicard.* w) eore *c.* x) *seq. locus rasus duarum fere litterarum.* y) cui⁹ *e corr.* z) *sic c.*

1) *A.* 1174—1178. *fuit episcopus Mantuanus, a.* 1178—1183. *Vincentinus.* 2) *Sic Iacob. de Varagine, ut et Alb. Milioli, Cron. imp. c.* 148. *habet;* XVII *Sicard.*

Mart. Opp. Fredericus pessime stetit cum dicto pape[a] et in preiuditium domini pape hos tres scismaticos fovit[1]; qui inperator regem Francorum, ad quem papa Alexander confugerat, congregata multitudine, precipue duorum regnorum, scilicet Boemie et Datie, fultus auxilio, in Burgondiam veniens dictum papam nitebatur extirpare. Set rege Anglorum regi Francorum ferente auxilium nil profecit[b].

Sic. Anno Domini M°CLXIII.[2] fuit quidam Presbiter nomine Cremonensis[c] ecclesie electus, qui, licet aliax[a] meritis et scientia dignus, *Mart. Opp.* tamen propter scisma eiectus est. Anno Domini et tempore Frederici inperatoris Rodulphus Coloniensis archiepiscopus trium magorum corpora de Perside olim Constantinopolim ab inperatore translata et inde ab Eustorgio Mediolanum miraculose transvecta, at postea a dicto Frederico inperatore Mediolano destructo transportavit Coloniam. Eodem tempore fuit abbas Ioachim in Calabria, qui plures libros super Iheremiam et Apochalipsin et de omnibus prophetis conscripsit, et inperatori et alliis regibus requirentibus ab ipso de peregrinatione in Terram Sanctam, quam faciebant, predixit, quod parum proficerent, eo quod numdum[a] tempus *Sic.* advenisset. Anno Domini M°CLXVIII. Lonbardi coloniam, id est novam colonorum habitationem, facientes eam ab Alexandro papa Alexandriam vocaverunt. Allii Civitatem-novam, Papienses vero Paleam *Mart. Opp.* usque in hodiernum diem appellant; postea vero ad petitionem Lonbardorum constituit ei[d] episcopum, Papiensem vero episcopum palei et crucis dignitate privavit, eo quod Frederico inperatori et ab antiquo regibus persequtoribus ecclesie adhesisset. Anno Domini *Sic. Mart. Opp.* M°CLXVIIII°r[3] fulgur cecidit in ecclesia Cremonensi[e]. Huius tempore teremotus magni fuerunt per loca, ita quod civitas Antyocena cum Tripoli cecidit, atque Damascus cum multis alliis subversa est. Tunc quoque Cathenensis civitas penitus eversa est, et plus quam XX M hominum in Scicilia submersi sunt. Anno Domini *1174. Ian. 3.* M°CLXXIII, indictione VII[a], Nonarum III. Ian. dictus dominus papa privillegiavit monasterium[f] sancti Laurentii[g] civitatis Cremone supplicationibus Burgondii tunc abbatis dicti monasterii[h], pontificatus eiusdem domini pape anno XV[i, 4].

**f. 162. Mart. Opp.* *Anno[k] Domini M°CLXXIII.[l, 5] eiusdem[m]. Sanctus Tomas Cantuariensis archiepiscopus in ecclesia sua metropolitana occiditur et

a) *sic c.* b) *seq.* Hic cum omne patrimonium *delet. c., quae verba Martini infra p.* 29, *l.* 18 *sqq. repetita sunt.* c) cremoñ *c. — Alio atram. in marg.:* Nota de episcopo Cremoñ scismatico. d) eis *Martin.* e) cremoñ *c.* f) moñ *c.* g) laur̄ *c.* h) *in marg.:* De abbate XI° mon sancti Laur̄. i) *reliqua pars paginae* 161′, *quinque circiter versuum, vacat.* k) A *littera initialis minio pingenda deest.* l) LXXIII. *manu Alberti in loco raso. — Alia posteriore manu in marg.:* Nota de sancto Thoma Cantuarien archiepiscopo. m) *supple* tempore.

1) hos tres . . . fovit *verba sunt Sicardi, quibus e loco superiore (p.* 27, *l.* 35—37*) repetitis Albertus Martini locum immutavit.* 2) *Sicard. haec habet ad a.* 1167. 3) *Per errorem haec Albertus ad a.* 1169. *adscripsit, quae Sicardus ad a.* 1175. *habet.* 4) *Privilegium, ex quo haec excerpta sunt, non exstat. Cf. P. Kehr in 'Nachrichten von der Kgl. Ges. der Wiss. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.'* 1903. *(Gött.* 1904*) p.* 547. *Indictio et annus pontificatus cum a.* 1174. *congruunt.* 5) *Hunc annum (falsum*

tandem mirachulis[a] coruscans per Alexandrum papam canonizatur; *Mart. Opp.* pro cuius nece Henricus rex[b] Anglorum misit nuncios sollempnes ad papam Alexandrum, qui iurantes pro ipso in animam suam ipsum excusarent de predicto facto. Set dominus papa in Tusculana civitate receptis nunciis et auditis misit duos cardinales ad Gallie partes, ut inocentiam regis investigarent, coram quibus rex iuravit, quod numquam de conscilio suo vel iussu fuerit interfectus. Set quia occaxione turbationis, quam erga ipsum habuerat, occisus fuit, pro illo mox obtulit CC millites ultra marre per annum ibi moraturos. Set[c] ipsum cruce signans infra triennium transfretaturum.

[Anno[d] Domini M°CLXXIIII°r ad invocationem sancti Ymerii *Sic.* confessoris omnipotens Deus multa mirabillia fecit].

Anno Domini M°CLXXVII. videns igitur inperator, *quia non in fortitudine sua roborabitur vir,* videns, quia Deus exaltat humiles et deponit potentes, consciderans, quod ecclesiam suam fondavit supra firmam *petram, et porte inferi non prevalebunt adversus eam,* humiliavit se sub potenti manu Dei et pacem conposuit apud Venetias cum Alexandro summo pontifice. Papa autem videns, quod omne *Mart. Opp.* patrimonium beati Petri preter civitatem Urbenetanam[e], Taratinam[f] et Anagniam ab Aquapendente usque Ceperanum per inperium et scismaticos occupatum fuisset, in Franciam transivit. Ibique cellebravit concilium Turoni sollempne. Deinde anno Domini *Sic. et Mart. Opp.* M°C°LXXVII°[g] per mare transiens rediit ad Urbem[h], et inperator in Alamaniam[i]; qui dominus papa ibi cellebravit concilium solempne, in quo canones statuit, et Fredericum Romanorum in- *Mart. Opp.* peratorem, Emanuhelem Constantinopolitanum, Gullielmum Syculum atque Lonbardos ad concordiam revocavit. Cum autem papa Mesane applicuisset, rex Gulielmus Syculus, non quia papa, set ipsum et dominum, a quo tenebat regnum, recognoscens eum debito honore prosecutus est; quo anno Christiani cum Sarracenis ultra *Sic.* marre pugnaverunt et optinuerunt, quia septem millia Christianorum XXXII millia discunfecerunt Sarracenorum. Eo anno Offredus, vir sinplex, mansuetus et Deo devotus, Cremone fit episcopus XVII[us k]. Tempore huius Petrus dictus Comestor Ystoriam *Got. 23, 48. cod. D 6.* scolasticam conposuit. Et quidam[1] frater Iordanus, totius ordinis Predicatorum magister, floruit. Nec non Ugo cardinalis floruit ordinis Predicatorum, nec tantus vir vitio caruit, nam inter XII *Mart. Opp.* cantanites[l] totidemque puellas acumbere solebat[m. 2].

a) mirashulis *corr.* mirachulis? *c.* b) *seq.* an (?) *delet. c.* c) Se *Martin.* d) *haec — fecit alio atramento ab Alb. post suppl.* e) *sic c.; lege* Urbevetanam. f) *sic c.; lege* Teracinam. g) II *manu Alberti in loco raso,* II *vel* III *eraso.* h) *seq.* in *delet. c.* i) *seq.* In quo conci *delet. c.* k) *Alberti manu, sed alio nigro atram. in marg.:* Nota de Offredo episcopo Cremon XVII. l) *lege* catamitos. m) *reliqua, fere dimidia, pars paginae* 162. *vacat.*

quidem) ex Iacobi Leg. Aurea c. 11. *assumptum esse censeo, quamvis ed. Grässe p.* 68. *habeat* millesimo CLXXIV. *Illa enim editio mendis ac vitiis scatet.* 1) *Albertus neglexit quod in codice D* 6 *Gotifredi dictum est, hunc et sequentem tempore Friderici II. imperatoris vixisse. Unde fratres ordinis Praedicatorum tempore Friderici I. et Alexandri III. papae iam floruisse miro modo scripsit. In codice D* 6 *haec ex Martini Oppav. Cronica p.* 437. 440. 471. *excerpta sunt.* 2) *Iure stupebis haec legens, quae Martinus p.* 443, *l.* 25 *sq. dixit de Octaviano Augusto exscribens*

*f. 162'. Sic. Mart. Opp. et Got. 29, 2. — *Anno[a] Domini ab incarnatione M⁰CLXXXI. Lucius papa III[us], alio nomine . . . . .[b] vocabatur, natione Tuschus, ex patre . . . . .[b], successit Alexandro III⁰ pape inperante Frederico primo inperatore, qui sedit annis IIII[or], m. II, *Sic.* d. XVIII; et cessavit d. XIII. Hic papa pro Tuschulano Romanos *Mart. Opp.* acriter inpugnavit. Anno Domini M⁰CLXXXIII.[1] Rex Alapie cepit Edissam civitatem, que in Genesi dicitur Arath, Francosque ibi captos aut morte aut servitute dampnavit. Archiepiscopum vero civitatis quasi ducem gregis cum omni clero, quia Christum noluerunt abnegare, in media urbe coram se decollari precepit. Sic igitur Edissa civitas, que Abagro[c] rege ipsius orthodoxo, cui Christus ante suam passionem, sicut legitur in Ecclesiastica ystoria, scripsit epistolam, et deinde per apostolum Thomam fuerit predicata et Christo dedicata, tunc primum a gentibus prophanatur et possidetur novorum sanguine martirum purpurata.

Sic. Anno Domini M⁰CLXXXV. Sycardus Cremonensis[d] ecclesie fuit episcopus XVIII[us], qui fuit vita et scientia preclarus[e].

Anno[a] Domini ab incarnatione M⁰CLXXX⁰VIIII⁰[f], [in- *Mart. Opp. et Got. 29, 2.* dictione[g] V[2]], Urbanus III[us] papa, alio nomine . . . . .[b] vocabatur, natione Lonbardus de civitate Mediolanensi, ex patre . . . . .[h], successit Lucio in sede inperante Frederico in- *Sic.* peratore, qui sedit ann.[i] I, m. X, d. XXV. Anno Domini *1187. Iul. 3.* ab incarnatione M⁰CLXXXVII. die III⁰ Iulii[3] Yherusalem civitas[4] capta est a Salatino, et terra Domini ab infidelibus occupata; *Mart. Opp.* et sol obscuratus est a tercia usque ad nonam[4] et diu *Iac. de Var. c. 3, 7.* post nonam in eodem statu permansit. Eodem[k] anno Turcli

a) A *littera initialis minio pingenda deest.* b) *spatium nomini inserendo vacat.* c) ab Agaro *Martin., recte vero* ab Abagaro. d) cremoñ *c.* — *In marg.:* De Sycardo episcopo Cremoñ. e) *spatium quatuor circiter versuum vacat.* f) M⁰LXXXX⁰VIIII⁰ *c.,* LXXXX⁰VIIII⁰ *in loco raso ab Alb. post corr.* g) ind. V. *ab Alberto superscr.,* V *in loco raso, in quo* IIII *antea scriptum erat.* h) *hoc loco spatium vacuum non relictum est.* i) annis, is *erasum c.* k) *in marg. manu Alberti:* Translaī corporis sancti Nicholai. — *Ad haec* — M⁰LXXXVII. *lineis coniuncta in marg. manu Alberti adscriptum est:* Vacat, nam est supra in titulo Greg VII. *(p. 14).*

haec ex Cronica Tiburtina deperdita, ubi eadem transscripta erant ex Cronica pont. et imp. S. Laurentii Romana, SS. XXXI, p. 192, *in qua exscripta erant ex Pauli Hist. Romana VII,* 10. *Patet haec etiam scripta fuisse in libro parente codicis D* 6 *Pantheon Gotifredi, in quo (SS. XXII, p.* 260, *n. *) haec immutata sunt in* qui omni vitio caruit, *cum librarius iure miraretur de cardinali tam luxurioso. Apparet in libro parente codicis D* 6 *haec exscripta fuisse e Cronica Martini et ideo haec mira de Hugone cardinali ibi dicta fuisse, quia is, qui praecedentia in libro illo ex Cronica Martini exscripsit, codicem quendam eius legit, in quo folia quaedam extremam partem historiae pontificum continentia excisa essent, aut folium Octaviani historiam continens falso loco insutum esset, ut librarius in cuiusdam folii ima parte de Hugone cardinali scripta legens in sequente de Octaviano haec relata inveniret.*
1) *Sequentia a.* 1144. *facta sunt. Ex arbitrio haec Albertus ad hunc annum posuisse videtur.* 2) *A.* 1189. *indictio VII. et VIII. fuit. Nota Urbani III. electionem ad a.* 1189. *adscriptam, cui Gregorius VIII. a.* 1187. *successisse recte infra dicitur.* 3) *Hoc ex Ann. Cremon. deperditis, sed Ierusalem die Oct.* 2. *capta, die Iul.* 4. *Christiani pugna magna apud Hattin commissa victi sunt.* 4) *Cf. Ann. Cremon. p.* 7.

Miream civitatem destruxerunt, et XLVI milites[a] Barensis pre- [*Iac. de Var.*] sentibus IIIIor monacis, corpus beati Nicholai ostendentibus, tumbam eius aperuerunt ossaque eius in oleo natantia in urbe Beream[b] reverenter detulerunt, id est anno Domini M°LXXXVII[c, 1].

Iste papa, dum de transmarinis partibus tam flebilem rem [*Mart. Opp.*] audisset, pre nimio dolore obiit. Sepultusque in Ferraria; qui fuit etiam archiepiscopus Mediolanensis[d]. [*Sic.*]

Anno[e] Domini ab incarnatione M°CLXXXVII. Gregorius VIIIus papa, alio nomine . . . . .[f] vocabatur, natione Beneven- [*Mart. Opp.*] tanus, ex patre . . . . .[f], successit Urbano pape inperante Frederico predicto, qui sedit m. I, d. XXVII; et cessavit d. XX. Hic papa apud Ferrariam creatus fuit, vir religiosissimus, cuius [*Sic.*] *mondus in maligno positus* non fuit presentia dignus; et ideo, cum sedisset vix duobus mensibus, eum Deus substulit. Iste papa ortabatur quam plurimum Christianos crucis signum sumere et ad recuperandum civitatem sanctam Iherusalem et sepulcrum Domini festinare. Et inperator igitur Ytaliam sibi paccatam relinquens signaculo crucis[g] se conmunivit. Et papa zelando pro Terra Sancta [*Mart. Opp.*] ad diversas provincias litteras misit, et facta pace inter Ianuenses et Pisanos, Pisis moritur et ibi sceppelitur[h].

*Anno[e] Domini ab incarnatione M°CLXXXVII. Clemens [**f. 163. Sic.*] IIIus papa, alio nomine vocabatur . . . . .[f], natione Indus[i], [*Mart. Opp.*] ex patre Iohane scolari, successit Gregorio pape inperante Frederico predicto, anno inperii eius XXXVIII, qui sedit annis tribus, d. XVI. Iste papa claustrum apud Sanctum Laurentium foras muros ordinavit et Laterani palatium fecit et aliud epirrium[k] ante ereum equm[l] fieri fecit[m].

Anno Domini ab incarnatione M°CLI[n], anno etiam ab Urbe [*Got. 24, 1.*] condita M°DCCCCXXIII[2], annis vero ab Adam sex millibus CCCLI[3], indictione prima[4]. Fredericus primus, fillius Frederici ducis Suevorum et[o] Conradi regis fratris, natus ex clarissima progenie Karulorum, post Conradum secundum apud Franchefort comuni voto et consensu omnium principum ad inperium fuit electus. Pontificatu domini Eugenii pape[5], qui inperavit apud Ro- [*Mart., Sic.*] manos annis XXXVII.

Iste inperator fuit milex strenuus et magnanimus, mitis et [*Sic.*] afabillis, inlitteratus, set morali scientia doctus, quia

mores hominum vidit et urbes.

Largus atque nobillis et in omnibus fuit gloriosus. Cuius temporibus [*Mart. Opp. Sic.*]

a) *supple* civitatis, *ut infra p.* 38, *l.* 21. *legitur;* Barenses *Iac.* b) *sic h. l. et infra p.* 38, *l.* 23. *c.;* Baream *(i. e.* Barim*) Iac.* c) *radendo corr. ex* M°CLXXXVII, *ut infra p.* 38. *legitur.* d) mediolan̄ *c.* — *Spatium duorum vel trium versuum vacat.* e) A *littera initialis minio pingenda deest.* f) *spatium nomini inserendo vacat.* g) *cf. SS. XXXI, p.* 168, *l.* 29, *n.* c. h) *reliqua pars paginae quatuor circiter versuum vacat.* i) *sic miro modo c.!* Romanus *Martin.* k) pal. fecit alcius et puteum ante ereum equum *Martin.* l) *sic c.* m) *spatium quatuor versuum vacat.* n) CLI. *in loco raso.* o) *seq.* frater *delet. c.*

1) *Haec iterum infra p.* 38. *leguntur.* 2) *Cum Gotifredus a.* 1146. *Fridericum I. regnum accepisse scripsisset, Albertus hunc numerum Gotifredi quinque annis auxit, cum ipse Fridericum a.* 1151. *regnum adeptum esse dixisset.* 3) trecentis triginta quinque *Gotifr.* 4) *A.* 1151. *indictio XIV. et XV. fuit.* 5) *Cf. Gotifr. XXIX,* 2, *p.* 296: Vivente etiam Eugenio . . . Fridericus . . . regnavit.

Sic. Mart. Opp. multa et varia sequentia provenerunt. Nam anno inperii sui primo[1] inperator apud Tyburtinum precepit, ut Tyburtina civitas rehedificaretur, et rediens eodem anno Spoletum destruxit. Anno *Sic.* Domini M°CLII. Medesana capta est a Cremonensibus[a] et Placentinis, penitus et destructa. Anno Domini M°CLIII. Ascalona civitas capta est a Christianis. Anno Domini M°CLIIII°r. Rex Fredericus primo in Ytaliam venit, qui civitatem cepit Astensem, tures et muros civitatis destruens. Deinde Terdonam idem rex cepit, fon- *Got. 24, 4.* ditus et destruxit, que ter per Fredericum fuit desolata. Deinde *Sic., Mart., Got. 24, 5.* inperator Romam festinans pro coronatione sua[2] subiugavit *Sic.* totam Tusciam[3] et multos heriles sibi subposuit. Anno Domini *Got. 24, 5. et Sic.* M°CLV. A[nastaxius[b]] papa creatur. Et quidam Arnaldus Brixiensis hereticus, dogmata cuius erant quasi pervertentia mondum, auctoritate regis capitur et laqueo fuit strangulatus, deinde igne[c] *Sic. et Mart. Opp.* fuit conbustus[4]. Anno Domini M°CLVI. Fredericus rex ab Adriano Rome inperiali diademate fuit coronatus et Romanos inpug- *Sic.* navit nolentes ei fidelitatem et ius debitum exibere. In quorum acrimoniam et inperialem ultionem Tyburtinum censuit municipium restau- *Mart. Opp.* rari[5]; pugna autem cum Romanis fuit hoc modo: Ipso vero die ante nonam ad stationem suam, que erat in prato Neronis, cum exivisset, Romani armata manu familiam sequentem in porta Sancti Angeli crudeliter invaserunt usque ad tentorium inperatoris persequendo. Set invalescente clamore Teuthonici adunati Romanos expulerunt crudeliter, adeo quod prostratis multis et captivatis, cum *Sic.* magnis precibus papa[d] vix captivi fuerunt restituti; et sic inpugnavit Romanos.

**f. 163'. Got. 24, 7. et Sic.* *Hiis ita conpletis[e] cum in Alamania[f] rediret inperator, residet super arva Spoleti; a quibus civibus Spoletanis petit sibi *Got.* tributa dari. Cives quoque dederunt sibi monetam falsam, pro qua falsitate inperator civitatem ipsam iussit igne succendi et muros eius fonditus destrui, et multos de plebe perimi fecit[6]. Deinde venit inter Alpes Veronensium; et cum velet cum proceribus suis quoddam flumen magnum in angustis montibus positum transire, fuit quasi carcere cinctus. Veronenses vero, qui erant super cacumina montium, arma ruunt saxaque pluunt, et plurimos ex gente inperatoris interimunt, et quassant proceres a vertice saxa, et nulla arma queunt valere millitibus; quod bellum duravit per quatuor dies sine spe vite militum inperatoris; tandem aliqui militum dicti inperatoris passibus occultis super alta cacumina tendunt, et plebs supercilii montis ad ima ruunt. Inperator autem hunc pede truncari, hunc fonditus exoculari et proceres Veronenses illuc existentes laqueo fecit super alta suspendi. Sic in- *Sic.* perator Veronensibus reprobis ita remuneravit. Post hec

a) cremoñ *c.* b) A *solum in c., reliquae nominis litterae erasae.* c) *seq.* 9 (con) *delet.* d) *lege* pape. e) *seq.* du *delet.* f) alamaniá *c.*

1) anno primo *Martini falso loco posito Albertus* inperii sui *perperam addidit.* 2) pro coron. *ex Mart. Oppav. p.* 470. 3) subiug. totam Tusciam *ex Gotifredi Pantheon XXIV,* 5: Tuscia devota se dedit undique tota. 4) *De Arnaldo de Brixia vide iam supra p.* 25. 5) *Quod Albertus iam supra l.* 1—3. *e Cronica Martini retulit.* 6) *Etiam de destructione Spoleti iam supra l.* 3. *e Cronica Martini scripsit.*

in Alamania cum triumpho rediit inperiali. Huius temporibus *Got. 23, 49.* quidam Gulielmus erat rex Syculorum; post dictum Gulielmum successit alius Gulielmus multum formosus et gladio probus. Erat autem apud Danaos, id est Grecos, inperator, qui Emanuel nomine, cuius inperium rapuit quidam tyrapnus[a] nomine Andronicus, princeps scelerum, ab ense cuius proceres Grecorum cadunt. Eo autem tempore Lodovicus rex Francorum obiit. Andronicus autem consobrinus Manuelis inperatoris tempore iuventutis sue rapuit quandam consobrinam suam, cum qua secessit in terra Turchorum, ibique usque ad obitum Manuelis tamquam exul permansit. Defuncto Manuele et fillio eius Alexio pro patre regnante Andronicus cum exercitu Turchorum Constantinopolim venit et urbe occupata Alexium et sororem eius Mariam et maritum Raynerium Lonbardum, marchionem Montisferati, interimit, omnes fere principes Grecie aut occidi aut cecari precipit. Latinos omnes in Grecia conmorantes mandat occidi, se solum inperatorem iubet terribiliter venerari; unum solum principem Ysaac de regio sanguine ficta dilectione vivum[b] in urbe servavit, quem tandem habens suspectum similiter perdere cogitavit. Ille cum de nocte occaxione coloquii ad Andronicum vocatur, ut pereat, dolo[c] prescito fraudeque precognita nuncium, qui eum ad mortem vocat, manu sua repente interficit et apud Sanctam Sophyam convocatis civibus causam traditionis exponit. Aserens universum populum similiter periturum, nisi tyrapnus Andronicus perimatur. Facto igitur clamore in populo Andronicus capitur et menbratim succinditur[d], uno occulo cecatus[e], ut cum altero sua tormenta videret, ita quod prius a mulieribus et a populo lapidatur, laqueo per omnes vicos urbis decorose[f] trahitur et miserabiliter exanimatur. Anno Domini MCLVII. Mediolanenses castrum Papiensium nomine *Sic.* Vengnevalum destruxerunt, Terdonam rehedificaverunt. Anno Domini MºCLVIII[g], indictione VI[a], inperator in Ytalia rediens Brixienses et Mediolanenses[h] inpugnavit, Laudam fondavit in monte Gezonis[1]. Mediolanum obsedit, set federe facto discedit, et regalibus resignatis pacem cum Lonbardis conposuit et leges in Roncalibus condidit. Anno Domini MºCLVIIIIºr Adrianus papa moritur, et Alexander papa substituitur[i], cum quo pessime stetit *Mart. Opp.* inperator, et in preiuditium ipsius[k] tribus scismaticis[l] successive adherens inperator regem Francorum, ad quem papa confugerat, congregata magna multitudine, precipue duorum *regnorum, videlicet **f. 164.* Boemie et Datie, fultus auxilio, nitebatur in Burgondiam veniens exstirpare. Set rege Anglorum regi Francorum[m] ferente auxilium nil profecit[2]. Eodem anno tures Placentinorum et munimina *Sic.* destruxit. Eodem anno, indictione VII[a], inperator Cremam obsedit una cum Cremonensibus et sequenti anno, videlicet 1161. anno Domini MºCLX, VIº Kall. Febr. cepit, fonditus dissi-

a) *sic c. h. l. et infra l.* 23. b) uium *c.* c) *penna mutata.* d) *sic c. pro* succiditur. e) *seq.* altero *delet.* f) *sic c.;* dedecorose *Gotifr.* g) MºLVIII. *corr.* MºCLVIII. *c.* h) mediolañ *c.* i) *seq.* cu *delet.* k) *seq.* quato(?) tres *delet.;* quatuor scismat. *Martin.* l) *seq.* a *delet.* m) fr *alio atram. in loco raso.*

1) *Cf. Otto Morena, SS. XVIII, p.* 604 *sq.; Gesta Federici I. imp. in Lomb., SS. R. G. p.* 36; *Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 347. 2) *Eadem iam supra p.* 28.

Sic. pavit atque destruxit[1]. Deinde anno Domini M°CLXII[2], indictione X^a^, inperator cum Mediolanensibus[a] apud Carcanum pugnavit, set utriusque fuit adversa fortuna; tandem cepit[3], et ab inperatore dictam civitatem fonditus destruxit et *Mart. Opp.* extirpavit de mense[b] Marcii. Siquidem muri eius altissimi fonditus suffosi sunt, cetera ad cinerem redacta fuerunt. Albanum quo- *Sic.* que a Romanis concrematum est VI. Idus Aprillis. Deinde in civitatibus pro sua voluntate constituit inperator potestates. Hiis ita victoriose peractis inperator in Alamania rediit. Tempore procedente Romanis Tuschulanum inpugnantibus, et cancellariis *in fortitudinis brachio* eam defendentibus, cum Romanorum multa millia cecidissent, festinus inperator venit ad Urbem. Anno Domini M°CLXVII. Paschalem antipapam et heresiarcham apud Sanctum Petrum in sede intronizavit, eciamve cum Romani sancti Petri ecclesiam incastellassent, non perferens pacienter, atrium prophanando combussit; propterea nutu Dei, qui nullum malum preterit inpunitum, omnes pene suos mortalitatis pestilentia perdidit. Set et contra eum eodem anno civitates Ytalice conspiraverunt, Mediolanum rehediffficantes. Prodolor! etiam illa non fuit expers coniurationis, quam in archisummo constituerat alliarum; in se vertit mannum, cum pestiferum sibi maleum proprio maleo reincudit[c]. Set divina ultio et ultionis augmentum, ut fillius patrem, libertus patronum, famulus dominum, aut quivis, de quo fuerat meritis presumendum, iamiam hostis inprovisus feriat venerandum amicum. Redeuntem igitur inperatorem, itinere per planitiem intercluso, per abruta[d] et invia montium transire 1167. oportuit, quo usque ad Alamanica regna pervenit. Et Lonbardi fecerunt pacem insimul. Et eodem anno Cremonense[e] *Mart. Sic.* baptisterium[f] fuit inceptum de mense Marcii[4]. Hiis temporibus[g] quidam Presbiter nomine Cremonensis[h] electus, qui, licet alias scientia et meritis dignus, tamen propter scisma deiectus est[5]. Et ut adinpleatur quod vulgo in proverbiis dicitur: 'Cui accidit una, non erit illa sola'. Sequenti anno, scilicet anno Domini M°CLXVIII, Lonbardi coloniam, id est novam colonorum habitationem, facientes eam ab Alexandro papa Alexandriam vocaverunt. Allii Civitatem-novam, Papienses vero Paleam usque in hodiernum diem *Mart. Opp.* appellant[6]; et redifficata fuit a Mediolanensibus, Cremonen- *Sic.* sibus et Placentinis contra Papienses. Eodem quoque anno Romani vires resumentes Albanum expugnaverunt et expoliantes omnibus bonis incenderunt[7]. Sequenti anno, id est M°CLXVIIII°^r^, civitas Cremone cepit murorum[i] munimine cingi. Demum rediens

a) Mediolañ *c.* b) emense *corr.* de mense (?) *c.* c) reincludit, l *expunct. c.* d) *sic c.* e) Cremoñ *c.* f) batprm *c.* g) *seq.* p *delet.* h) cremoñ *c.* i) *seq.* muni *delet. c.*

1) *Nescio an hoc et sequente loco de Crema et Mediolano destructis Ann. Cremon. deperditi exscripti sint. Cf. Chron. Ursperg., SS. XXVII, p.* 351: castrum funditus diruitur. 2) MCLXII. *cum Martino Albertus falso scripsit pro* MCLX. *Sicardi, opinatus perperam eodem anno Mediolanum captam esse, quo pugna apud Carcanum commissa sit.* 3) *Scilicet Mediolanum.* 4) *Cf. Ann. Cremon. p.* 5. 5) *Haec iam supra p.* 28, *l.* 6—8. 6) *Haec iam supra p.* 28. *leguntur.* 7) *De hac re iam supra l.* 6. 7. *e Cronica Martini relatum est.*

inperator in Ytalia et anno Domini[a] M°CLXXIIII°r Segugiam destruxit, Paleam, id est Alexandriam, obsedit. Set postremo nichil messuit[b] nec quicquam utile in horea reportavit, quia primo incepta guerra Alexandrini tamquam coacti pacem fecerunt cum inperatore[c] se prostrantes ante pedes inperatoris nuda cervice. Et inperator amore Dei pacem dedit eis, que per octo dies duravit, et guerra velut fuerat incipitur, Mediolanensibus[d] cum alliis Lonbardis Alexandrinis auxiliantibus; tandem inperator prius obtinuit, set post fugiendo recessit nec tamen a patria cessit; set verbere utraque pars *cessa, tam inperator quam Lonbardi super arma silent; propter quam guerram quidam monacus hiis versibus explicavit[1]:

Sic. — *Got.* 24, 9. — *f. 164'. — 1175.

1 *Describere*[e] *proposui, ut longa sit memoria,*
Quod Lonbardia nobillis tuetur sua menia
Ab alienis gentibus, honorem atque predia.

2 *Quod*[f] *quidem temerarium videtur et audatia*
Pro rei magnitudine et gravitate nimia,
Et quia[g] *noster calamus non*[h] *sufficit ad talia.*

3 *Ab illo ergo petimus, ut possimus hoc*[i] *perficere,*
A quo subsistunt omnia, [qui[k]*] esse dat et vivere*
Et[l] *qui precepit homini hiis nomina inponere.*

4 *Est Lonbardie regio sic fertilis in omnibus,*
Bestiis atque[m] *fructibus, volatili et pissibus*[n]*,*
Ut eis[o]*, quibus indiget, habundet gens pre omnibus.*

5 *Hec [monte*[p]*] gens circundatur, fluminibus irigua,*
Estatis hic temperies et hyemps est exigua.
Civitates vix triginta[q]*, castella sat contigua.*

6 *Set gens, que ibi maxima, honore usa proprio,*
Virtute atque viribus repleta [est[r]*] ingenio,*
Affligi numquam patitur sub servili[s] *dominio.*

7 *Suetam*[t] *reverentiam prebere tamen studuit*
Romanis dignitatibus, quam gens antiqua prebuit.
Set ultra istam progredi nequaquam pati voluit.

a) *seq.* M°CLV. *delet. c.* b) q (qui), *quod sequitur, deletum videtur.* c) *seq.* que parum duravit *delet. c.* d) Mediolañ *c.* e) *praecedentia aquoso, sequentia nigro atramento scripta.* f) Quo *c.* g) q (quod) *c.* h) nō su, su *delet., c.* i) hoc *delendum.* k) qui *supplevi.* l) *seq.* hiis *delet. c.* m) ac *c.* n) *sic c.* o) eius *c.* p) monte *supplevi.* q) *seq.* sat *delet. c.* r) est *supplevi; fort.* et. s) *seq.* dño *delet. c.* t) *lege* Su-etam.

1) *Sequens carmen anno* 1175. *compositum est post pacem de Montebello die Apr.* 16. *factam, antequam bellum inter imperatorem et Lombardos post Aug. eiusdem anni renovatum est; cf. 'N. Archiv' XVII, p.* 494; *F. Güterbock, 'Der Friede von Montebello' (Berlin* 1895*) p.* 24 *sqq.*

8 *Hanc subiugare cupiunt set reges callidissimi,*
Hinc Gallorum, hinc Grecorum, hinc principes doctissimi,
Ut sit hec[a] *subacta legibus cyrographi durissimi.*

1174. 9 *Non armis unus*[b.1] *dimicat, set tantum cum potentia,*
[c]*Alter*[2] *leoni similis iam fremit*[d] *in Liguria*
Deducens secum homines plusquam viginti millia.

10 *Huic Papia*[e] *iungitur*[f] *et Monferati marchio*[3]
Et multi capitanei, quos nominare nescio,
Dicentes Alexandriam die vincendam tercio.

(Oct. ex.) 11 *Castellis atque manganis circumdant eam propere*[g],
Nullus exire potuit, nec[h] *intrare permisere*[i].
1175. *Sex mensibus sic permanet, nil potuere facere.*

12 *Sic oppugnatur civitas, quam Papienses Paleam*
Vocant[k.4], *set [quam*[l]*] inveniunt et senciunt lapideam,*
Quos incepisse penitet, dicentes esse ferream.

1174. 13 *Viri [qui*[m] *intus] valentes in armis et astutia*
Concremaverunt hostium cum viris edifficia
Et deduxerunt plurimos de ipsis intra menia.

14 *Set qui pugnabant deforis videntes ista fieri*
Amissa gente maxima procul cessere miseri.
'Quid faciemus'? inquiunt, 'abhinc non sumus liberi'.

1175. 15 [n]*At Lonbardia prepotens istis occurit obviam*
Fugato canzellario[5], *ut vindicet iniuriam*
Illatam suis sociis, qui tenent Alexandriam.

16 *Ordinate sunt ad bellum hinc et inde acies,*
Quas deducit atque tenet leonina rabies.
Sola distat inter[o] *eas planissima*[p] *planicies*[6].

a) hec *delendum.* b) unus *bis scriptum.* c) set tantum cum potentia *repetita hoc loco, deleta c.* d) fremet *c.* e) *seq.* iug *delet.* f) iugitur *c.* g) prospere *c.* h) ne *c.* i) nisi misére *c.* k) vocant *in fine praecedentis versus scriptum c.* l) quam *supplevi.* m) qui intus *supplevi.* n) Set qui pu *strophae* 14. *primi versus hoc loco repetita, deleta c.* o) intra *c.* p) *forte* amplissima *legendum.*

1) *Christianus archiepiscopus Moguntinus, ut videtur; cf. 'N. Archiv' XVII, p.* 495, *n.* 11. 2) *Fridericus imperator.* 3) *Wilhelmus III.* 4) *Cf. supra p.* 34, *l.* 35. 5) *Christiano archiepiscopo Moguntino; cf. 'N. Archiv' XVII, p.* 496, *n.* 4. 6) *Post hanc stropham quaedam omissa esse conieci 'N. Archiv' XVII, p.* 496, *quod et nunc verisimile esse credo, quamvis contradixerit F. Güterbock l. l. p.* 23.

17 *Deus, omnium creator*
atque mondi gubernator,
Qui convertit Pauli mentem,
sic concordet istam gentem,
Ut non sit in eis bellum
neque aliquod flagellum.

18 *Ibi pax est ordinata,* 1175. (Apr. 16).
iuramentis et firmata,
Utrum vera sit, nescimus[a],
veram esse nos gestimus[b],
Deo gratias dicamus[c]*!*
veram esse nos speramus.

Anno Domini M°CLXXV. Cum Lonbardi contra imperatorem *Sic.* apud Castezium congregati fuissent, eos redditis gladiis[d] subiugavit et in deditione inperio digna recepit. Eodem anno fulgur cecidit in ecclesia Cremonensi[e, 1]. Anno Domini M°CLXXVI. Inperator apud Lagnianum dimicans, exercitus eius a Lonbardis vincitur. O rota fortune, que nunc humiliat, nunc exaltat! ymo non fortuna, set Dominus, qui *mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit, Dominus pauperem facit et ditat, humiliat et sublevat.* Videns[2] igitur inperator, *quia non in fortitudine sua roborabitur vir,* videns, quia Deus exaltat humiles et deponit potentes, conscicerans[f], quod ecclesiam suam fondavit supra firmam *petram, et porte inferi non prevalebunt adversus eam,* et post multas persecutiones per multa tem- *Mart. Opp.* pora pape Alexandro factas, et timens, ne a dominio suo caderet propter rebellationem Longobardorum, qui contra ipsum rebellaverant, et pape Alexandri prosperitatem, missis solempnibus nonciis domino pape propter reconciliationem, et[g] in hoc multum laboravit. Tandem dominus inperator humiliavit se sub *Sic.* potenti manu Dei et pacem conposuit apud Venetias cum domino Alexandro summo pontifice, absolvendo eum, ponendo pedem super collum inperatoris, dicendo: *Super aspidem et ba- Ps. 90, 13. sciliscum*[f] *ambulabis et conculcabis leonem et draconem*[3]; dicitur tum inperatorem dixisse: 'Non tibi, set Petro'[4].

a) nesimus *c.* b) gessimus *c.* c) dicimus *c.* d) *seq.* srbiu *delet. c.* e) cremoñ *c.* f) *sic c.* g) *seq.* h *delet. c.*

1) *Haec iam supra p.* 28, *l.* 26. 2) *Sequentia iam supra p.* 29, *l.* 13 *sqq.* 3) *Eadem fabulosa narrantur in recensione D Cronicae Gilberto addictae, SS. XXIV, p.* 134; *in Richardi Pictav. Cont. Itala, SS. XXVI, p.* 85; *in Cronica Iohannis de Deo, SS. XXXI, p.* 323 *(inde in Cron. Mantuana, SS. XXIV, p.* 217*); a Thoma de Papia, SS. XXII, p.* 506. *Moneo etiam haec singulari modo de Friderico II. imperatore et Gregorio IX. papa narrata esse in 'Fioretto di croniche degli imperadori a cura di L. del Prete' (Lucca* 1858*) p.* 36. 4) *Et praecedentia cum versu psalmi et haec habet Ioh. Villani V,* 3, *qui etiam addit:* e 'l papa rispuose: 'Ego sum vicarius Petri'. *'Cronichetta Fiorentina'* 1110—1273, *Pubbl. da F. Roediger (Firenze* 1888*) p.* 2,

Sic. Et cum segregatus fuisset a gremio sancte matris ecclesie, recunciliatus est ecclesie universali; ubi et cum Lonbardis ad sex annos et cum rege Syculo usque ad XV annos treugam fecit anno Domini M°CLXXVII. Inperator igitur in Alamaniam reddiit[a], et appostolicus Romam reversus est.

**f. 165.* *Anno Domini M°CLXXVIII. aqua Padi fuit nigra[1].

Sic. Anno Domini M°CLXXXIII. Inperator apud Constantiam fecit pacem cum Lonbardis. Hoc anno valida famis[a] fuit[2]. Anno Domini M°CLXXXV. Inperator in Ytaliam rediens Cremam in odium Cremonensium[b] rehedificavit. Et eodem anno terremotus modicus in Ytalia fuit. Anno Domini M°CLXXXVI. Inperator quoddam castrum Cremonensium[b] Manfredum castrum nomine omnino destruxit, set auctore Domino et per ministerium domini[c] Sycardi tunc episcopi Cremonensis[b] facta est inter inperatorem et
Got. 24, 11. Cremonenses[b] reconciliatio. Eodem vero anno Domini M°CLXXXVI, indictione VI[a], VI. Kall. Febr. rex Henricus, fillius Frederici inperatoris predicti, cum Constantia fillia regis Rogerii Scicilie Mediolani nuptias cellebravit apud Sanctum Ambrosium anno etatis sue XXI, regni autem sui XVII. Anno Domini
Iac. de Var. c. 3, 7. M°CLXXXVII.[3] Turcli Miream civitatem destruxerunt et XLVI millites civitatis Barensis, presentibus quatuor monacis corpus beati Nicholai ostendentibus, tumbam eius apperuerunt ossaque eius in oleo natantia in urbe Beream[d] reverenter detu-
Sic. lerunt. Eodem anno porte civitatis Cremone edifficate fuerunt[4]. Anno Domini supradicto inperator igitur victoriosus Ytaliam inter se paccatam relinquens, Alamaniam rediens, et pro offensionibus illatis sancte matri ecclesie et pastoribus eius
Sic. asumpsit signaculum crucis et honorabilles noncios ad Salatinum direxit, monens et monitans, ut terram desereret[e] Yherusalem, quam invaserat, Yesu Christi. Anno Domini M°CLXXXVIII. rogatu Cremonensium[b] Sycardus episcopus Cremonensis[b] in Alamaniam ivit, ut ab inperatore castrum Manfredi rehedificandi licentia[a] inpetraret, set spe cassata rediit. Et eodem anno Castrum-Leonis loco castri Manfredi et non longne[a] ab ipso castro incohatum est[f]. Anno Domini M°CLXXXVIIII°r. Buzam Cremone, quam fecerunt Cremonenses[b] fabricari, ultra mare subventione Terre Sancte personis et rebus miserunt honeratam. Eodem anno Fredericus inperator fellicissimus quinque habens fillios, id est Henricum inter ceteros primogenitum, quem fecerat cesarem, Fredericum Suevorum ducem, Ottonem comitem,

a) *sic c.* b) cremon̄ *c.* c) *seq.* tan *delet. c.* d) *sic c. ut supra p.* 31, *l.* 4. e) deseret *c.* f) *in marg.:* De Castroleone.

habet: 1177. se fe pace tra 'l papa Alessandro e llo 'mperatore Federico in Vinegia . . . . . e posegli *(papa imperatori)* il piè in sul collo, e fu *(imperator)* paziente diciendo: 'Si *(pro* Non*)* tibi, ma Petro'.
1) *Hoc Ann. Cremon., SS. XXXI, p.* 5, *ad a.* 1176. *(falso* 1174*) habent.*
2) *Cf. Martin. Opp. p.* 470. *(ad a.* 1162. *A):* Hoc anno fames valida fuit *etc.* 3) *Anno* 1087. *hoc factum esse scribit Iac. de Varagine, Leg. Aurea c.* 3, § 7; *cf. supra p.* 30. 26, *(n.* k*), p.* 31, *l.* 1 *sqq., ubi eadem exscripta sunt.* 4) *Cf. Ann. Cremon. ad a.* 1186/7 *(falso* 1185*), l. l. p.* 7.

Conradum et Philippum,[a] ducem et athletam Christi, set ceteros cum regno et regalibus Henrico cesari conmendavit, et occidentalem[b] relinquens inperium paccatissimum et ordinatum, partes hiis comitibus, hoc ordine orientis relinquens[1] adiit. *Sic.*

Exiens de Alamania introivit in Ungariam, ubi dicitur habuisse XC[c] pugnatorum; et ab Ungaro rege honorifice receptus Ungariam pertransivit; premisitque ad inperatorem Constantinopolitanum episcopum Monasteriensem et comitem Robertum de Suahu[d]; qui eos detinuit et tres exercitus[e] ad introitum Burgarie, ut transitum non inpedirent Burgari[2], premisit. Erat autem ibi nemus itineris quatuor dierum, cuius viam aptissimam[f·3] dissipavit, et in exitu nemoris munitionem faciens preparavit se cum exercitibus cesarem inpugnare. Set nemore magno cum labore[g] et difficultate pertransito, dux Suevorum, qui exercitum precedebat, munitionem destruxit et magnam multitudinem illorum interfecit. Deinde civitatem que Philipis dicitur inpugnantes eam ceperunt. Deinde Grecus inperator maximum Grecorum et Turchorum exercitum contra Romanum inperium direxit[h], contra quos dux Suevorum, fillius inperatoris Romani, acriter dimicans, eos supperavit et fugavit et intra quedam menia se recipientes maxima vi cepit et omnes occidit; XII vero Turchos in quadam munitione, ubi se receperant, viriliter resistentes igne cremavit. Ad hec Grecus inperator ad Romanum inperatorem honorabilles nuncios misit numero XVI, promittens seccurum transitum et indempnem. Licet igitur magnanimus inperator Fredericus in vindictam predictorum, que nequiter Grecus conmisserat *inperator, volebat Constantinopolim inpugnare, victus tamen conscilio principum suadentium, ut ad Terram Sanctam ad Christianorum festinaret auxilium, obsides petiit et optinuit; qui eum Galipolim perducentes transitum navigio procuraverunt; transivit autem exercitus quinque diebus, dux prior, pater posterior. Cumque pertransissent, venerunt Philadelphim; dux autem Philadelphie forum negans se ad pugnandum armavit. Set demum videns se non posse resistere, promissit forum et inperatori cum paucis concessit civitatis introitum. Postmodum propter karistiam contentio fit inter Grecos et Teothonicos; bellum initur[i], et absque inperatoris voluntate[k] per duos dies et noctes continuo decertatur. Demum victi Greci se in civitatis munitionem recipientes pactum inierunt et forum[l] tollerabilem[b] concesserunt, commercia cum funibus in sportis porigentes et eodem modo precia recipientes. Ad hec cum inperator Philadelphiam civitatem exiret, dux ei nuncium pro ducatu concessit, qui exercitum per devia et invia, montana et nemorosa deduxit, ubi victualia per duos dies nullatenus invenerunt. In exitu vero nemoris Greci quidam et Armeni forum eis pro posse paciffice tribuerunt. Ad hec Turclimani de Bentia[m], homines agrestes, qui nullius domantur inperio, qui non in menibus vel municipiis, set morantur in agris, infinitum et innumerabillem exercitum congregantes **f. 165'.*

a) *nulla distinctio h. l. in c.* b) *sic c.* c) *sic pro* $\overline{\text{XC}}$ (XC milia) *c.* d) *lege* Nashu. e) *seq.* in *delet. c.* f) *sic cum codice* 1 *Sicardi c.* g) *seq.* ma *delet. c.* h) *seq.* ꝗ (quod) *delet. c.* i) initur *c.* k) voluntatē *c.* l) *seq.* tollel *delet. c.* m) Betia *Sicard.*

1) *Hoc verbum perperam insertum est.* 2) *Albertus corrupit locum Sicardi.* 3) preses Burgarie *omissus est cum omnibus codicibus Cronicae Sicardi.*

Sic. exercitum Christianorum die noctuque per quatuor ebdomadas inpugnarunt, ita quod Christianus exercitus semper incedebat armatus. Set tamen eorum multitudinem interfecit cum quodam admirando, millitie sue magistro[a]. Restagnus vero dominus illorum cum magno exercitu in strictura montium transitum prohibebat dicens, quod non transiret, nisi daret[b] ei C summarias auro et argento honeratas. Inperator autem respondit se libenter dare, set non nisi menolatum unum[c]. Interim nontii soldani, qui fraudulenter ducebant eum, aiebant, quod cito intrarent terram soldani, in qua gens ista sibi ulterius non nocerent. Tunc, quia Deus non dereliquit sperantes in se, quidam admiragdus celesti gratia inspiratus ad inperatorem adiit, fraudem detexit et prelium mane futurum predixit, faciensque[d] planiciem, in qua tradi ceperat, devitare, eum per montana deduxit. Occuritur in montibus, hinc inde pugnatur; set cum relictis sarcinis et alimentis dux viriliter desendisset[e], desendit[e] et inperator, qui victorios[f] hostes inpugnant et Dei superant inimicos. In qua pugna dux petra percussus duos dentes amisit; abhinc ductores a soldano delegati fugierunt timentes, ne detecte fraudis inperator faceret ultionem; Christianus vero exercitus confisus in Domino, qui deduxit Israhel per desertum, XV diebus per quandam[g] planitiem progressus carnem equinam comedit. Agrestes vero Turcli, de quibus prediximus, eos fame defecisse penitus existimantes rursus ad bellum insurgunt magna manu millitum peditum neccatura[h], quos invictissimus inperator devicit; et cum maxima multitudo se in quadam[i] clausura coacti recepissent, conbusserunt Teothonici universos; et extunc agrestes Turcli non fuerunt exercitum ulterius persecuti. Set altera die Melecrinus soldani fillius venit obviam cum exercitu et ad inperatorem nontios misit dicens: 'Revertere! quid enim facere putas, cum habeam plura vexilla
*f. 166. quam tu millites?' et cum per*venisset inperator ad quendam pontem, Turcli fuerunt ante et retro. Set dux anteriores devicit, et inperator posteriores in maxima parte interfecit; et sic pontem exercitus pertransivit universus. Deinde maxima et infinita multitudo Turclorum ex omni parte circuit Christianorum exercitum, ita quod eundo per quatuor ebdomadas die noctuque acriter inpugnabant, et Christianis preter carnes equinas victualia deficiebant. Cumque exercitus non invenisset aquam per diem et noctem, Turclo quodam capto docente aquam salsam sitibundi et famelici reperierunt. Altera vero die castrametati sunt in veridariis[e] Yconimi[k]; unde soldanus inperatori mandaverat, quod male intraverat terram suam. Inperator autem remisit querens, si forum tribueret annon. Soldanus respondit se daturum; set cum nimis carum offerrent, Christiani se ad pugnandum armarunt; et cum sexta et quarta[l] feria temporum imineret, Gothofredus[m] Erbipolensis episcopus aseverans[e] se vidisse beatum Georgium contra hostes pro Christianis[n] fortiter dimicantem, indicta penitentia et carnium edendarum data licentia, processerunt ad bellum; et dux quidem civitatem expugnans eam viriliter obtinuit et fere omnes rebelles occidit. Inperator quoque fillium soldani post terga pugnantem vicit et ex eis innumerabillem[o] interfecit; urbe capta potenter soldanus in munitionem fortissimam, que erat in urbe, se recipiens misit ad

a) *seq.* Re *delet. c.* b) *seq.* eis *delet. c.* c) menolatu munium *c.* d) *supple* eum *e Sic.* e) *sic c.* f) *sic c.;* victoriosos *Sicardi cod.* 1; victoriose *Sic.* g) quadam *c.* h) peditumve caterva *Sic.* i) *seq.* planitie *delet. c.* k) *sic c. ut supra p.* 26, *l.* 14. l) *lege* sexta feria quatuor temp. m) *seq.* eb *delet. c.* n) x̄pianit* *corr.* x̄pianis *c.* o) *supple* multitudinem.

inperatorem, dicens se velle forum dare et quicquid vellet accipere[a]. *Sic.* Inperator obsides petiit, et propter fetorem cadaverum — erant domus et vie cadaveribus plene — ab urbe discedens in pomeriis castrametatus est; dedit itaque soldanus obsides, dedit[b] victualium hominum et equorum. Set quoniam equos pernimium caros vendere satagebant, equm[a] pro centum marchis offerentes, a Teothonicis[c] econtra dolum pro dolo conpensantibus pro marcha fertonem accipiebant. Quod audiens soldanus misit ad inperatorem conquerens, quod sui precio deciperentur; cui respondit inperator: Si bonum forum darent, bonam marcham reciperent. Constituti sunt hinc inde iustitiarii taxatores. Ad hec procedens Christianus exercitus a quibusdam agrestibus Turclimani[a], qui non sunt de potestate soldani, molestias multas pertulit, quo usque ad Armenia[d] montana pervenit. In montibus autem Armenie Grecos et Armenos invenit forum alacriter exhibentes; de montibus vero descendens inperator Kalephi flumen repperit, per cuius ripam duobus diebus progressus, tertia luce pausavit[e] amenis; et cum esset estus magnus valde, inperator flumen asendit[a] cum duobus millitibus se cupiens balneare; cumque natare cepisset, demersus est anno Domini M°C°LXXXX°I°. Prodolor! humidum suffo- 1190. cat elementum, quem ignea bella vincere nequiverunt. Invictus duritia ferri, fluidi mollitie vincitur elementi. Portantes igitur eum ad civitatem Salephym aromatibus condierunt. Fillius[f] autem eius, quem *Mart. Opp.* secum tunc duxerat, cor[g] ipsius detulit in Tyrum, ibique sepulto, constituto duce super exercitu domino, pervenerunt[h], Leoni de Montanis *Sic.* obviantes ab eo magnifice recepti et cum triumpho magno ad civitatem Malmestiam sunt deducti; ubi cum dux infirmaretur, visitavit catholicum[i] Armeniensem; deinde profecti sunt Teio; de[k] per quandam porte *stricturam pervenerunt ad castrum quod Gastorium nominatur; **f. 166'.* quod cum a Salatino detineretur, Christianus exercitus a sagitariis inpeditus est; et cum[l] patriarcha et princeps Antyochie occurrentes ducem et exercitum cum triumpho Antyochiam deduxerunt; ubi de conscilio principum[m] et patriarche moram fecit, quo usque marchionem Conradum Montisferretri[a] ad se vocaret, qui tunc in Achonensi erat obsydione; qua vocatione audita, baronum conmunicato conscilio, Antiochiam festinus adivit, transiens per Sur, ubi comitem Henricum de Campania tunc applicantem maximo suscepit honore; transiensque per Tripolim viduas et orphanos et nobilles auro argentoque sustentavit egenos, et applicans ad portum Sancti Symeonis a patriarcha, principe et duce cum magno triumpho in civitate Antyochie receptus est; cui se et exercitum dux omnino conmisit, paternis aseverans[a] obedire preceptis. Audiens hec Salatinus misit exercitum sub Tachadino fratre et Mirralino millite, ut districtum occuparet Barucei; quod dux et marchio percipientes ad Achonensem[n] navigio pervenerunt. Deinde cum Tholomaidam obsideret, dux obiit; ob- *Mart. Opp.* ieruntque pene omnes nobilles, qui eodem tempore cum Philipo rege Francie et Richardo rege Anglie cum maxima multitudine transfretaverant.

Quis fuerit iste quartus[o] Conradus marchio Montisferatri[p], *Sic.* retro seriem perquiramus. Gulielmus itaque marchio Montisferati

a) *sic c.* b) forum, *quod supplendum, in omnibus codicibus Sicardi omissum est.* c) *seq.* et econta *delet. c.* d) Armenie *Sic.* e) *supple* in locis. f) Fillipus *c.* g) corpus *Martin.* h) *supple* Turso. Deinde. i) eum catolicus Armeniensis *Sic.; sed vide lectionem codicis* 1 *eius p.* 172, *n.* d. k) *lege* deinde. l) *lege* tunc. m) *sic cum codice* 1 *Sicardi c.;* principis *Sic.* n) *supple* obsidionem. o) quantusve *Sic.* p) *sic c. h. l.* (montisferat[1]).

Sic. uxorem accepit dominam . . . . .[a], sororem domini Conradi regis Romanorum et domini Frederici[b] ducis Suevorum, de qua genuit fillios quinque, scilicet Gullielmum Spatam-longam, Conradum, Bonifacium, Fredericum et Raynerium. Iste fuit ordo[c] nativitatis eorum, quorum diversa fuerunt dona fortune. Gullielmum, specie decorum, virum millitarem, virtutibus armatum, viribus approbatum, patriarcha et rex Iherosolimitanus et eius regni princeps[d] astruerunt[e], ut regis sororem acciperet in uxorem et comitatum cum uxore Ioppensem. Accellerans igitur habuit comitatum et uxorem; et cum rex infirmus esset nomine Balduinus, ei coronam vollens inponere, Gulielmus comes[f] et marchio coronam renuit. Set in custodia regnum tenuit universum; et fillium genuit elegantem, qui avunculo rege patreque defunctis in regem coronatus est, licet etate minor; cuius custodiam mater[g] regina diligentius observabat. Ad hec Emanuel inperator Constantinopolitanus maiori Gulielmo marchioni mandavit, ut unum de filliis suis Constantinopolim destinaret filliam suam et regnum Salonich accepturum. Quia ergo Conradus et Bonifacius uxores habebant, Fredericus clericali cingulo militabat, Raynerium adolescentem decorum aspectu Constantinopolim misit; qui promissam inperialem filliam pariter cum Salonichensi corona suscepit. Set modico tempore regali diademate fruentes, ambo de hoc seculo migraverunt. Fredericus vero predicti marchioni[h] fillius Galbensis[i] fuit episcopus, quem magnanimiorem effecit prosapia generis, quam ordo exigeret episcopalis.

*f. 167. *Mart. Opp.* *Anno[k] ab incarnatione Domini M°C°LXXXXI°, indictione X[a], Celestinus papa tercius, qui allio nomine vocabatur . . . . .[1], natione Romanus, ex patre Petro Bubonis, *Sic.* successit Clementi pape secundo[1] inperante Henrico inpera- *Mart. Opp.* tore quinto, qui sedit annis VI, m. VIII, d. XI et consecratus fuit die resurrectionis, et secunda die sui pontifficatus coronavit *Sic.* dictum Henricum inperatorem; qui inperator donavit appostolico Tuschulanum, et appostolicus dedit Romanis, Romani vero civitatem destruxerunt et arcem, Tuschulanos excecantes et allias[m] deformiter mutilantes.

Anno Domini ab incarnatione M°CLXXXXVI. Corpora sanctorum martiris Archelay et Imerii confessoris Sycardus episcopus tunc Cremonensis[n] in altare in archa lapidea posuit XVI. Kall. Iulii, consecrantes et processionem solempniter facientes *Mart. Opp.* cum CXXX vexillis ecclesiasticis. Iste papa fecit construi palatium apud Sanctum Petrum[o].

Anno[p] Domini ab incarnatione M°C°LXXXXVII, indictione . .[q], Inocentius tertius papa, qui allio nomine vocabatur . . . . .[1], natione Campanus, ex patre Transmundo. Con-

a) *spatium vacuum nomini inserendo relictum c.* b) fredericis, s *delet. c.* c) *seq.* nati | *delet.* d) *sic codices* 2[b] *et primo* 1 *Sicardi;* principes *Sic.* e) *sic codex* 2[b] *Sicardi;* asciverunt *Sic.* f) *nota lectionem codicis* 1 *Sicardi.* g) *seq.* eius *delet. c.* h) *sic c.* i) galcensis *corr.* galbensis *c., ut videtur, ubi tamen et* gabbensis *cum codice* 1 *Sicardi legi posset.* k) *littera initialis* A *minio pingenda deest; abhinc alio atramento subfusco scriptum.* l) *spatium nomini inserendo vacat in c.* m) *sic recte cum Salimbene* (alias), *cum omnes codices nostri Cronicae Sicardinae falso* alios *habeant.* n) cremoñ *c.* o) *sequitur spatium vacuum 12 circiter versuum.* p) A *littera initialis minio pingenda deest.* q) *spatium numero inserendo vacat in c.*

1) *Immo tertio.*

secratus in festo cathedre sancti Petri successit Celestino in sede inperante Henrico quinto inperatore, qui sedit annis XVIII, m. IIIIor, d. XXIII; et cessavit d. I. *Mart. Opp.*

Anno Domini M°C°LXXXX°VIII° fuit vir Cremonensis[a] quidam simplex, fidellis plurimum, Deo devotus, nomine Homobonus, a cuius obitu et ad cuius intercessionem Deus huic[b] multa miracula declaravit; ea propter Romam episcopus Sycardus Cremonensis[a] proficiscens domino pape Inocentio canonizationem petiit. *Sic.*

Anno Domini M°CCI. Quidam Martinus nomine fuit abbas monasterii[c] sancti Laurentii[d] Cremone, qui fuit probus in augmentando bona dicti monasterii[c].

Anno Domini M°CCII. Corpus sancti Homoboni supradicti confessoris translatum fuit atque deductum ad ecclesiam maiorem Cremonensem[a] ab ecclesia sancti Egidii[1] de Cremona de mense Iunii[2] et super altare maioris ecclesie publice ostensum in festo predicti sancti Homoboni, XIII° intrante Novembr. 1202. *Iun.* *Nov.* 13.

Anno Domini M°CCVI.[e] A domino Inocentio papa XII abbates Cisterciensis ordinis[f] in terra Albigensium ad predicandam fidem hereticis mituntur. De Yspania vero Didacus Oxomensis episcopus, habens secum fratrem Dominicum in comitatu, pro hereticis convertendis adiungitur; qui Dominicus ordinem Predicatorum primus instituit in[g] Tholosanis partibus, ubi pro hereticis convertendis verbo et exemplo predicabat. Deinde Inocentius papa legatos ad Philippum *regem Francorum misit, ut terram Albingensium[h] invaderet et hereticos deleret; qui omnes capiens concremari fecit. Eodem vero anno beatus Francischus ordinem fratrum Minorum prope Asisinam civitatem apud Sanctam Mariam de Portiuncula[i]. *Mart. Opp.* *Iac. de Var.* **f.* 167'. *Mart. Opp.*

Anno Domini MCCVIII. papa Inocentius coronavit Ottonem in inperatorem Romanorum de mense Octubris. Iste papa quantum fuerit gloriosus, opera eius testimonium perhibent veritati. Fecit enim inter cetera hospitale sancti Spiritus [in Roma[k]] et renovavit ecclesiam sancti Petri[3] [et[l] renovavit ecclesiam sancti Systi]; conposuit decretales, sermones et librum de misera conditione[m] humani generis et multa allia gloriosa. Item dedit universis ecclesiis in Roma unam libram argenti pro singulis calicibus eorum[n] non habentium calices argenteos tali pacto, quod[o] eos vendere non possent. Huius pape[p] temporibus Lyvonia pro parte conversa est ad fidem. 1209. *Oct.* (4). *Mart. Opp.*

a) cremoñ *c.* b) mundo, *quod Salimbene habet, in omnibus codicibus Sicardi omissum est.* c) moñ *c.* d) Laureñ *c.* e) MCCVII. *Martin.* f) *seq.* Didacus oxomeñ oxoniensis eps̄ *delet. c.* g) instituit. In *c.* h) *sic h. l. c.* i) *supple* incepit. — *In marg. manu Alberti:* Nota de ordine fratrum Minorum. k) in R. *ab Alb. in marg. suppl.* l) et — Systi *ab Alb. in marg. suppl.* m) *seq.* mondi *delet. c.* n) *sic c.;* earum *Martin.* o) *seq. littera deleta c.* p) Hic papa *corr.* Hi9 pape *c.*

1) *In qua sepultum fuit; cf. Homoboni Vita antiquior ed. cura et studio Aloisii Maini (Mutinae* 1857*) p.* 13; *Vita altera, Surius, De prob. sanct. hist. (Coloniae Agr.* 1575*) VI, p.* 297. 2) *Die Iun.* 25. *hoc factum esse dicit Campo, 'Cremona fedelissima citta' p.* 28. 3) *Albertus scripsit primo* Petri *pro* Sixti, *postea supplevit quae in margine leguntur. Delenda igitur sunt* et renov. — Petri.

Necr. Crem. Anno Domini M°CCXI. Obiit Ghirardus Albanensis electus et apostolice sedis legatus, cuius gleba requiescit in ecclesia Cremonensi[a]. Anno Domini M°CCXII. Sanctus Francischus incepit ordinem parum domorum[b, 1].

1215. Anno Domini M°CCXV, pontificatus eius XVIII[c], *Mart. Opp.* mense Novembr. In bascilica Lateranensi, que Constantiana[d] vocabatur, celebratum est concilium generale — [et fuerunt prelati MCCXV[e]] —, pro subsidio Terre Sancte* et pro statu universalis ecclesie multa utilia statuta fuerunt ibi promulgata. In quo fuit cum patriarchis, archiepiscopis, episcopis et alliis prelatis; qui ex-
1210. comunicavit Ottonem inperatorem et cassavit et iterum cassationem, quam ante tulerat, confirmavit et ipsum hereticum prononciavit et regem Fredericum in Romanum *Mart. Opp.* inperatorem confirmavit de mense Octubr. Hic abbatis Iohachim libellum, quem contra magistrum Petrum Lonbardum con- *Sic.* posuit, dampnavit; qui abbas Ioachim fuit Apulus et abbas in *Mart. Opp.* Calabria, qui spiritum habuit prophetandi, et prophetavit de morte *Sic.* Henrici inperatoris et futura desolatione Syculi regni et defectu Romani inperii; quod manifestissime declaratum est. Nam regnum Sycilie multo tempore est perturbatum et inperium per[f] sisma[g] divisum. *Mart. Opp.* Dampnavit eciam et[d] Almaricum — —[2] cum suis sequacibus. Dixerat eciam, quod in caritate constitutis nullum peccatum inputabatur, unde sub tali specie pietatis omnem turpitudinem conmitebant. Huius *Iac. de Var.* tempore sancta Helizabet fuit sancta fillia regis Ungarorum, que fuit uxor lantigravii, que inter alia innumera miracula XVI mortuos suscitavit et cecum natum illuminavit, atque de eius corpore usque *Mart. Opp.* hodie oleum emanat. Tempore huius concilii consecravit ecclesiam sancte Marie Transtiberim. Deinde cum propter subventionem Terre Sancte inter Pisanos, Ianuenses et Lonbardos pacem facere intenderet, in itinere ad hoc constitutus Perisius[h] est defunctus. [Et[i]
1216. *Iul.* in ecclesia sancti Laurentii[k] fuit tumulatus]. Anno Domini *Mart. Opp.* M°CCXVI. de mense Iulii Perusii causa electionis pape cardinales severissime artati sunt.

**f. 168.* *Sic., Mart., Iac.* *Anno[l] ab incarnatione M°C°LXXXXI°, indictione X[a], Henricus quintus inperator, fillius Frederici condam inperatoris, successit patri ad inperium pontificatu domini Celestini *Mart. Opp.* pape tercii, qui fuit coronatus[m] ab eodem papa eodem millesimo feria secunda post festum resurrectionis, que fuit die XV. *Got. 24, 10.* mensis Aprillis; qui inperavit annis VIII. Fuit autem elegantissima forma, laudabilis millex, audax, largus, benivolus, pius,

*) *In marg. coaeva manu:* Hoc habetur in novella *etc., quae difficile leguntur atque nullius momenti sunt.*

a) cremoñ *c.* b) *lege* pauperum dominarum. c) XVII. *(ut Martin. habet) corr.* XVIII. *c.* d) *sic et Martini codex* 1 *habet.* e) *uncis inclusa in marg. suppl., signo posito iam post* nouembr.; MCCCXV *Martin.* f) *seq.* sysc *delet. c.* g) *sic c.* h) pisius *(quod et* Parisius *legi potest) c.; lege* Perusii; apud Perusium *Martin.* i) Et — tumulatus *in marg. ab Alb. suppl.* k) laur̄ *c.* l) A *littera initialis minio pingenda deest.* m) coranatus *c.; seq.* eo *delet. c.*

1) *Cf. e. gr. Cron. XXIV ministr. gener. ord. Minorum, Analecta Franciscana III, p.* 8; *Cron. Minor, Monum. Erphesfurt. p.* 646. 2) *Quae Martinus p.* 438, *l.* 22—38. *habet omisi.*

iustus, amans veritatem, atque omnes regias virtutes habuit, quas *Got.* ex etate adholescentis possemus optare; natura et litteratura super omnes coetaneos, sapientia et sensum[a] subtillitate polebat. Eodem *Mart. Opp.* mense inperator tradidit domino pape Tuschulanum regnum, et appostolicus tradidit Romanis, Romani vero civitatem destruxerunt *Sic.* et arcem, Tuschulanos excecantes et allias deformiter mutilantes[1]. Eodem autem mense inperator suprascriptus cum augusta *Mart. Opp. Sic.* nomine Constantia, fillia condam Rogerii regis Syculi, in Apuliam desendit[b], ut regnum, quod sibi iure successorio debebatur, optineret, quod quidam regulus invaserat; et intravit regnum Sycilie et cepit *Mart. Opp.* terram usque Neapolim et obsedit Neapolim per tres menses. Set *Sic.* augustam quidam pyrrata nomine Margarita aput Salernum capiens, eam regalem ad urbem Panormum usque deducens, honestam[c] augustam et dignissimam conservavit. Inperator vero Neapolim obsidens, pene suis omnibus pestilenti morte perhemptis, vix in Alamaniam reversus est. Eodem anno die VII⁰ Iulii[2] fuit infortunium, **1191.** *Iul.* 7. quod malamort a Cremonensibus[d] appellatur, eo quod apud Civitatem Pergamensium castrum contra Brixienses cum Pergamensibus congregati, divino iudicio in se ruentes aut in Oleo precipitantes[e], allii capti, multique mortui sunt. Set captos inperator e carcere liberavit. Eodem anno inperator Cremonensibus Cremam concessit et privillegio confirmavit[f]. Eodem anno rex Francie et rex Anglie, cum marre transissent, Acharonem ab infidelibus[g] occupatam et diu a Christianis obsessam viriliter pugnando ceperunt. Posteaque rex Anglie cum Salatino pugnavit et Ascalonem destruxit; qui quoque, cum marre transiret, in Sycilia quasdam civitates in deditione receperat et insulam Cipri triumphaliter obtinuerat, naves et Salatini submerserat plenas serpentibus internitioni Christianorum nequiter deputatis. Eodem quoque anno Conradus marchio Montisferetri[b] ab Axasinis occisus est, vir millitaris et in re millitari peritus, cautus, strenuus, fortis et audax, superbi[b] magnanimus et devotus humilibus.

Anno Domini M⁰CLXXXXII. Inperator regem Anglie, deultra marre redeuntem, a duce Austrie captum detinuit in custodia, eo quod contra eum presumpsisse videretur quedam in regno Sycilie et necem Conradi marchionis credebatur nequiter fuisse machinatus.

Anno Domini M⁰C⁰LXXXXIIII⁰r. Inperator in Ytaliam rediit et ad inferiora descendens Apuliam, Calabriam et Syciliam subiugavit, et omnia potenter optinens, bona terre in Alamaniam thesaurosque regni portavit, Margaritum excecans, ipsum et quos voluit captivavit et Tancretum filium Tancreti regis Syculi cum matre sua Margarita *Mart. Opp.* et regem Empyretarum[3] secum in Alamania duxit captivos.

*Eodem tempore[h] origo domus domini Ezelini de **f. 168'.* Romano, qui fuit maximus tyrampnus et dominus Lon-

a) *lege* sensuum. b) *sic c.* c) honestate augusta dignissima *Sic.; sed* honesta *omnes codices Sicardi.* d) cremon̄ *c.* e) p̄cipitantes *c.* f) *in marg.:* De Crema. g) ab infid. *bis scriptum c.* h) *seq.* du *delet. c.*

1) *Eadem vide iam supra p.* 42. 2) *Ex Ann. Cremon. deperditis Albertus assumpsit hunc diem, quamvis in nostris Ann. Cremon., SS. XXXI, p.* 8, *non legatur.* 3) *Is est, quem modo Alb. Sicardum secutus dixit Margaritum, qui fuit dux Duratii (Epirotarum), cuius nomen in Cronica Gilbertina lectum Martinus ille miserrimus scriptorum in nomen reginae Siciliae* Margaritae *corrupit, quae re vera Sibyllae nomen habebat.*

bardie, pululavit hoc modo, videlicet prout habetur in *Rolandin. I, 1.* Cronicis marchie Tarvisine. Quod inter ceteras domos claras et excellentes nobillium, que fuerunt et sunt in ipsa marchia Tarvisina, quatuor claruerunt, videlicet una Extensis, altera de Camino, tertia de Romano, quarta de Campo Sancti Petri, qualiter autem he due ultime domus, scilicet de Romano et de Campo Sancti Petri, primitus certaverunt, affines et sibi attinentes ad invicem proxima linea parentelle. Nam dominus Ezelinus primus, qui dictus est Balbus, fillius primi Ezelini de Honoria, primo filliam habuit unicam nomine Cunizam, secundo fillium habuit nomine Ezelinum, qui factus fuit monacus in ultimo vite sue. Soror igitur Ezelini secundi tradita est solempniter in uxorem domino Tysolino primo de Campo Sancti Petri, et ex ea nati sunt primo Gerardus, secundo Tiso novellus, viri nobiles et potentes. Contingit autem hoc tempore et temporibus procedentibus in partibus Paduanis, nominatim in villa de Albano[a] esse nobillem quendam nomine Manfredum Ricum, qui erat altus et potens et ditissimus pre ceteris Marchie in montibus et in plano. Hic filliam habuit unicam nomine Ceciliam; quo defuncto cum puella quasi solitaria remansisset, et ad eam amodo videretur paterna hereditas esse devoluta, foretque eius mater iam nupta cuidam nobilli — unde postea prodiit proles de Maltraversiis in Padua —. Quidam autem Spinadellus[b] de Sandrico de familia sive de maxenada dicte puelle accessit ad dictum dominum[c] Tysolinum de Campo Sancti Petri, cuius maior fillius Gherardus pulcer iuvenis sine uxore ducebat honorifice vitam suam, tractans idem Spinabellus dictam dominam[c] Ceciliam dicto iuveni tradere in uxorem. Volebat tamen ex servicio habere a dicto domino[c] Tysolino libras quinquaginta imperi[alium]. Dominus autem Tysolinus dixit super hiis velle habere conscilium ab amicis suis, qui omnia hec naravit domino Ezelino Balbo, quem habebat amicum et dominum pre ceteris kariorem. Ipse vero datis verbis congrue responsionis genero cogitavit ex illa hora, quod tale matrimonium conveniens esset pro fillio suo Ezelino secundo, qui quamvis habuerat duas uxores in sua pueritia, scilicet primam dominam[c] Agnetem, sororem domini Azonis primi marchionis Estensis, secundam autem[d] domini Delesmanini[e] de Padua, a qua solutus erat celebrato[f] divortio solempniter, tamen adhuc iuvenis. Sperabat enim Ezelinus per talem matrimonium[g] habere dominium in partibus Paduanis. Protinus Ezelinus predictus misit nuncium ad Spinabellum predictum et datis sibi centum libris in continenti taliter fecit, quod matrimonium contractum fuit inter Ezelinum secundum et dictam Ceciliam, et incontinenti ducta est Baxanum, ubi fuerunt sponsalia celebrata; de qua genuit unicam filliam dominam Agnetem, matrem postmodum *ib. I, 2.* domini Asedisii[h] de Guidotis; de quo matrimonio[i] dicte domine[k] Cecilie orta est maxima discordia inter Ezelinum de Romano et illos de Campo Sancti Petri, subrepto sibi tanto matrimonio fraudulenter. Contingit autem una vice predictam dominam Ceciliam descendere ad partes Paduanas causa spaciandi, quia habebat ibi multas posessiones et nobilles de maxenada. Intelligens autem hoc Ghirardus predictus de Campo Sancti

a) Abbano *Rolandin.* b) *sic h. l. c., lege* Spinabellus *ut infra l.* 25. 39. c) .d. *c.* d) *supple* sororem. e) Dalesm. *Roland.* f) *seq.* diu'cio *deletum c.* g) nurum *Roland.* h) Ansedisii *Roland.* i) *seq.* primo *delet.* k) *seq.* eci (?) *delet.*

Petri çogitavit eam aripere, et eiusdem domine nepos accessit *Rolandin.* ad dictam dominam Ceciliam, suam amitam, cum qua incestum solacium habuit *et indebite desiderium suum conplevit; ex **f.* 169. hac ergo sintilla offensionis crevit flama et ignis ardens. Unde hodie tota Marchia subiecta guerre destructioni subiacet et ruine. Inter fratres, proximos, cives et convicinos seminata est zinzania[a], hodia, dolositates, rixe, fraudes, versutie, rapine, deceptiones et simultates, mortes et ruine et inimicitie capitales. Sane dicta domina Cecilia reversa Baxanum omnia queque sibi fecerat Guirardus[b] predictus Ezelino marito suo propalavit. Et ecce siquidem causa guerre; pro quo delicto celebratum fuit divorcium inter dictum Ezelinum et uxorem eius, et tradita fuit in uxorem domino Dulcemanino[c]. Procedente tempore decessit dominus *ib. I,* 3. Ezelinus Balbus. Ezelinus secundus, eius fillius, providit in factis suis et accepit in uxorem dominam Aledeytam, sororem comitum de Mangono, qui eciam comites Rabiosi nominantur; de qua genuit dominam Palmam novellam, que postea fuit uxor domini Alberti de Paone[d], Paduani civis. Secundo genuit dominam Iuniam, que fuit uxor domini Alberti comitis Vicentini. Tertio de ea genuit dominam Sophiam, que fuit uxor domini Henrici de Ygna, et eo mortuo nupsit postea domino Salinguerre de Ferraria. Quarto de ea genuit dominum Ezelinum tertium, et natus est anno Domini M°CLXXXXIIII°r die VI° exeunte Aprilli circa meridiem. Quinto genuit Albricum. Sexto genuit dominam Cunizam, que fuit uxor comitis Rizardi de Sancto Bonifatio; et sic multos fillios et fillias de dicta domina genuit, et sic natus est dominus Ezelinus de Rumano[b]. Tempore procedente, licet dominus Ezelinus esset in honore *ib. I,* 3. *ib. I,* 4. magno, tamen non fuit inmemor iniurie sibi illate per Ghirardum de Campo Sancti Petri, nepotem suum de dicta domina Cecilia, condam uxore sua, cogitavit, qualiter posset facere ultionem. Tegens igitur alta mente indignationem et iram, quam animo conceperat aroganti, adiuncxit sibi, licet per amorem illicitum, dominam Mariam de Campreto, consanguineam illorum de Campo Sancti Petri, set ex altera parentella; que domina habebat ius in curia de Campreto. Hanc dominam tamquam pro uxore in quodam castro[e], ita quod ex ea genuit dominam Aledaxiam, et pro ista fillia dominus Ezelinus pretendebat habere ius in dicta curia de Campreto; questio insurrexit inter dominum Ezelinum et illos de Campo Sancti Petri, utpote quia pater pro fillia voluit possidere Campretum. Hiis ergo duabus domibus amicos suos undique congregantibus, hinc inde castrametati sunt utraque parte in confiniis de Campreto, et nisi oratione episcopi Ghirardi civitatis Padue, qui eos concordaverunt, devenissent ad pugnam. Stetitque *ib. I,* 6. Marchia aliquot annis in bona pace.

Anno Domini M°CLXXXXVII. Castrum Iovis-alte a primo *Sic.* lapide ab episcopo Sycardo Cremonensi[f] inchoatum est ad honorem et utilitatem palatii Cremone et feliciter a dicto domino episcopo consumatum est. Eodem anno reversus est inperator Henricus in Ytaliam, deinde ad partes Sycilie

a) *sic c.* b) *sic h. l. c.* c) *sic h. l. c., lege* Dalesmanino. d) Baone *Roland.* e) *supple* tenebat. f) cremoñ *c.*

Mart. Opp. Sic. descendens Pandelborne[1] mortuus et sepultus est, de qua morte abbas Ioachim, quem[a] supra in capitulo pape Inocencii Iac. de Var. tercii scriptus est[2], prophetavit. Eo tempore tante pluvie cum *f. 169'. tonitruis et fulminibus et tempestatibus facte sunt, quantas *nulla meminit etas. Lapides enim ad quantitatem ovorum quadranguli mixti cum pluvia de celo cadentes arbores, vineas et segetes destruxerunt et multos homines occiderunt. Corvi quoque et quam plures aves per aera in hac tempestate[b] volantes visi sunt carbones vivos in rostro portare et domos incendere. Contra[c] ecclesiam Romanam super[d] tyrampnidem quam[e] exercuit Henricus inperator contra ecclesiam Romanam, et ideo eo mortuo Inocentius papa tercius, ne frater eius Philipus promoveretur, se opposuit et Ottoni fillio ducis Saxonie adhesit et eum Aquisgrani in regem Alamanie coronari fecit.

Sic. Anno Domini M°CLXXXXVIII. facta est in regno de inperatoris electione seditio. Nam inperator Henricus pupillum nomine .....[f] de augusta relinquens, qui a principibus electionem obtinuerat, etiamve pupillo fecerant fidelitatem. Seditio tamen est inter Philipum fillium Frederici condam inperatoris et Ottonem fillium Sic. Henrici ducis Saxonie[3] ad inperium inspirantes[g]. In Alamania quoque concertant, et uterque a principibus electus est. Mart. Opp. Una pars quoque elegit Ottonem predictum, allia Philipum Sic. predictum. Set Inocentius papa tercius defensor pupilli erat et adiutor iuris ecclesie adversus quendam Machoardum[a], qui se quoque pupilli iura tueri fatebatur, nescitur quo spiritu, utroque gladio dimicans eum viribus debillitavit. Set tamen adhuc Apulia, Calabria et Scicilia vario voto vacillant. In Alamania quoque varietas est votorum, set concertantium nec equa iusticia nec equa potestas. Interea, dum hec concertatio a principibus fit de duobus unum eligere ad inperium, infrascripta provenerunt:

Sic. Anno Domini M°CLXXXXVIIII°r. Mediolanenses[h] et Placentini venerunt ad Burgum Sancti Donini et postmodum ad Castrum-novum in faucibus Adue in suam iacturam reversi sunt. Set Veronenses Mantuanos disconfecerunt, ex eis innumeram multitudinem captivantes. Anno Domini M°CC° Mediolanenses[h] et Brixienses[i] obsederunt castrum Soncini, *set evanuerunt in* superbia sua. Nam Papienses[k] disconfecerunt Mediolanensium exercitum ad Rosatum, et Cremonenses Placentinos 1200. ad Sanctum Andream iuxta Bussetum et plusquam MCC secum cf. A. Crem. captivos Cremonam duxerunt[4]. Eodem anno de mense

a) *sic c.* b) *seq.* uolu *delet. c.* c) incendere contra *sine ulla distinctione c.* d) *lege* semper. e) *dele* quam. f) *spatium nomini inserendo vacat in c.* g) *cf. lectionem codicis* 1 *Sicardi p.* 175, *n.* q. h) Mediolañ *c.* i) Brixieñ *c.* k) papieñ *c.*

1) Panormi *Martin.* 2) *P.* 44. *et iam supra p.* 28. 3) *Haec* (condam — Saxonie) *Albertus recte supplevit ex cronica parva ab eo exscripta, ex qua Ottonem imperatorem filium Heinrici ducis fuisse cognovisse videtur, quod ex Cronicis Sicardi, Iacobi, Martini discere non potuit, qui omnes eum docuerunt inter Philippum et Ottonem de imperio concertatum esse. Cum omnes codices nostri Cronicae Sicardinae lacunam habeant, constat Albertum haec minime in codice suo huius Cronicae legisse.* 4) *Hoc etiam ex Ann. Cremon. exscriptum esse patet, quod in nostris, SS. XXXI, p.* 10, *non legitur; quibuscum sequentia conveniunt.*

Septembr.[a] Cremonenses[b] Brixienses apud Quinzanum 1200. Sept. (14).
devincerunt[c] et multos ex eis captivos Cremonam
duxerunt; transactis quoque quatuor diebus equitaverunt Sept. (18).
in episcopatu Placentinorum ad castrum Sancti Laurentii[d]
et ad Castrum-Arquadrum, et incepto iam bello inter
Placentinos[e] et Parmenses, fugatis etiam Parmensibus
et devictis et multis ex eis captis a Placentinis, una
porta Cremone, que dicitur porta Pertusii, Placentinos
agressa eos devicerunt, et recuperatis quos ceperant[1]
de Parmensibus, multos ex Placentinis ceperunt[2]. Eo- Sic.
dem etiam anno facta est inter[f] Cremonenses[g] et Mantuanos, inter
quos diu seditio fuit, pax et concordia et obsequiorum in vinculo
pacis vicissitudo. Set inter millites Brixienses et plebem, quam
Bruzelam appelamus, civillis discordia[h] est et eis utrique[i] plurimum
dampnosa. Nam teste Domino *omne regnum in se ipsum *divisum* *f. 170.
desolabitur, et domus supra domum cadet; et Burzellam[k] quippe do-
mum[l] millitum dissipavit. Millites vero cum Cremonensibus[g] con-
federati sunt et plebeios, quibus comes Narisius preerat, artaverunt.
Romani quoque Biturvienses[m] in forti gladio subiugaverunt. Anno
Domini M°CCI. Cremonenses cum Brixiensibus Bruçelam Brixiensium 1201.
captivarunt eorumque currum in forum seu in platea Cremone de-
duxerunt, et hoc fuit in vigilia sancti Laurentii[d] iuxta Aug. 9.
Calcinatum[3]. Proinde facta est pax inter Cremonenses[g] et Perga- Sic.
menses[n] comuniter et Brixienses[o], inter quos fuerat tam grandis
seditio, quod nec gladio parcerent nec incendio. Sicut enim multa
malla oriuntur ex bonis iniciis, sic Deus ex mallo elicit aliquando
bonum. Eodem anno Mediolanenses[p] ceperunt castrum Papien-
sium[q] nomine Vegnevalle et destruxerunt Urscasalem in cf. A. Crem.
diocesi Cremonensi[g]. Eodem anno Cremonenses[g]
equitaverunt[r] in servicio Mantuanorum contra Vero-
nenses, et in campo apud Marmirolum utraque parte
sub armis manente Veronenses iuraverunt stare preceptis
Cremonensium[g], concordia facienda inter ipsos et Man-
tuanos, die XIII° intrante Iunio. Eodem anno Pla- Iun. 13.
centini diruerunt Cremonensium[g] turrim Sancti Andree (Iun. 15).
ultra Padum[4]. Eodem anno Cremonenses[s] pugna-
verunt cum Brixiensibus apud Gavardum in montibus

a) setpbr̄ *c.* b) cremon̄ cum brixien̄ *c.* c) *sic c.* d) laur̄ *c.* e) placen̄ *c.* f) *seq.* brixien̄ *delet. c.* g) cremon̄ *c.* h) *supple* orta. i) utrisque *Sic.* k) *sic h. l. c.;* Bruzellam *codices* 2 *Sicardi;* Bruzella *Sic.* l) *lege* domus. m) bituruien̄ *c.* n) pergamen̄ *c.* o) brixien̄ *c.* p) Mediolan̄ *c.* q) papien̄ *c.* r) eqtaur̄t *c.* s) cremoen̄ *c.*

1) *Scilicet Placentini.* 2) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. Placent., SS. R. G. p.* 28. 3) *Hoc ex Ann. Cremon. deperditis etiam Campo, 'Cremona fedelissima citta' p.* 28, *exscripsit; cf. SS. XXXI, p.* 11, *n.* 4; *Iac. Malvecius VII,* 83, *Muratori, SS. XIV, col.* 895. 4) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 29.

1201. *Iul. 31.* die ultimo Iullii[1]. Eodem anno cives Constantinopolitani, *Sic. cod.* 1. Alexium tyrampnum habentes exosum, quendam Iohanem coronarunt. Set ab eisdem in palatio destitutus est. Unde et nocte proxima a Varangis Alexii occissus est. In quo conflictu puer Ysachi de carcere *Mart. Opp.* liberatur. Eodem anno, sicut a plurisque[a] traditur, Tartarorum dominium initium habuit[b]. Hii enim sub montibus Indie in regione dicta Tartara constituti, dominum suum Indie David nomine, fillium Iohannis presbiteri, occidentes, ad depopulationem alliarum terrarum processerunt.

Sic. Anno Domini M⁰CCII. Inter Cremonenses[c] et Placentinos pacis federa conponuntur; quo anno quasi iubileo fere in tota Lonbardia treuge vinculantur in lustro. In quo lustro maximus fuit motus peregrinorum euntium ultra marre. Inter quos fuerunt precipui: Balduinus comes Flandensis, Lodovicus comes[d] Blessensis et Bonifacius marchio Montisferrati; qui omnes apud Venetias congregati cum Venetis apud[e] Zadram municipium Venetis nimis infestum destruxerunt. Interea puer Alexius, fillius inperatoris Ysachi, Constantinopolitanus de carcere liberatus Filipum cognatum, regem Alamanie, adiit, supplicans sibi auxilium inpertiri. Anno Domini M⁰CCIII⁰. Dux Venetum ceterique barones adholescentem Alexium unanimiter assumentes ad Illiricum pervenerunt. Interea[f] Venetos ceterosque Latinos Constantinopolim morantes Grecorum et Maranchorum[a] desevit atrocitas, eos inpugnans et occidens. Cumque cives ammoniti legiptimum[g] dominum recipere recusantes[h], irruentes Latini viriliter urbem ipsam ceperunt et palatium obsederunt et conprehenderunt. Demum capta urbe et depopulata et ex magna parte conbusta tyrampnus aufugit. Isachus restituitur, et Alexius adholescens **f. 170'.* in mense Iullio in ecclesia[i] sancte *Sophie magnifice coronatur. Postea cum Greci Latinos publice[k] iniuriis multis affligerent et privatim occiderent, Latini urbem conbusserunt et predam maximam exportaverunt. Ad hec cum tyrampnus in Andrinopolim se recepisset, inperator Alexius adholescens collecto exercitu cum baronibus eum fugavit et Traciam sibi subiugavit. Set cum peregrinis[l] maguis remunerandi promissis benefficiorum[m] ingratus instaret, clam et palam beneffíciis[n] adversatur. Igitur cum[o] inter Latinos et Grecos zinzaniis[a] seminatis Greci, habentes inperatorem exosum, quendam Constantinum inperatorem faciunt, populus autem Alexium Murzifluum coronavit. In qua contentione prepotens fuit Alexius Murzufluus. Alexius vero adholescens, cum vix septem mensibus regnasset, suffocatur. Isachus vero pater eius moritur. Alexius Murzufluus tyrapnus[a] a peregrinis de solutione repentitus[p] solvere deficeret[q]. Quapropter Veneti paritter et peregrini unanimiter agrediunt[a], universam regionem in circuitu depopulant[a] et Murzufluum, dum die quadam in nemorosis lateret insidiis, infugant[r], fratrem eius et vexilum

a) *sic c.* b) Initium Tartarorum dominii *in marg.* c) cremoñ *c.* d) *seq.* bleben *delet.* e) apud *delendum.* f) *supple* in. g) legitpimū c. h) *lege* recusarent. i) ea' *c.* k) pubbice *(corr.* publice*) c.* l) peregrini *Sic.* m) *nota lectionem codicis* 1 *Sicardi;* instarent, benef. ingr. *Sic.* n) *sic cum omnibus codd. Cronicae Sicardinae.* o) inter eum et Lat. *Sic.* p) *lege* impetitus. q) *lege* diffitetur. r) *lege* effugant.

1) *Locum a Campo ex iisdem Ann. Cremon. deperditis exscriptum vide SS. XXXI, p.* 11, *n.* 4; *cf. Iac. Malvecius VII,* 82, *l. l., ubi hoc proelium* mense Ianuarii *commissum esse dicitur.*

et yconam regiam capientes. Anno Domini M°CCIIII°r. Veneti 1204.
et Francigeni cum aliquibus baronibus urbem Constantinopolim *Sic.*
ceperunt de mense Aprilli[1]. Similiter soldanus Sarraceno- *Apr.* *Mart. Opp.*
rum cum innumerabili multitudine[a] contra Yspanos confussus ad
patriam suam reddiit. Murzufluus Alexius, qui se inperatorem *Sic.*
putabat, fugit de urbe. Alter quidam facius[b] ascaronibus eligitur.
Set veniente luce a Latinis Balacherna[c] et Buchaleonum palatia occupantur. Quid plura?[d] Grecorum strage data multorum gens Latinorum
urbem Constantinopolim in mense Aprilli victoriose optinuit. Et
eodem anno ultra M de hominibus Cremonensibus[e]
iverunt Constantinopolim causa terram retinendi[2]. Ad *Sic.*
hec barones Baldoynum comitem Flandrie in inperatorem diademate
coronarunt; cuius captionem etiam post multos dies plurique[c] in- *Mart. Opp.*
cole civitatum ut[f] credebant tam propter civitatis fortitudinem, tum
propter antiquam prophetiam. Prophanatum[g] siquidem erat, quod
debebat capi per angelum, et ita eam posse capi per hominem non
credebant. Set hostibus per murrum, ubi angelus pictus erat, civitatem
intrantibus se deceptos incole[h] per equivocacionem angeli cognoverunt[3].
Venetis[i] conniventibus[k] inperium sortientes. Nam quarta cessit in- *Sic.*
peratorie maiestati, trium quartarum medietas Venetis cessit, cetera
peregrinis. Marchio vero Bonifacius Montisferati optinuit Tesalonicam. Murzufluus autem Alexius[l] tirampnus adiens et intendens
eum aliquo modo posse seducere. Set lumine privatus est, rediensque in urbem a Latinis misericordiam inpetravit. Set rursus
cum prodicionis moliretur insidias facere, de columpna Tauri per
sententiam precipitatus est. Ascharo quoque trans Lepontem[m] fugato
Latini victores fere totam monarchiam tenebant. Eodem quoque anno Greci quasi excitati Latinis expulsis se in Andrinopolim receperunt.

*Set anno Domini M°CCV. Baldoynus inperator Constantino- **f. 171.*
politanus Grecos in Andrinopolim[n] congregatos obsedit. Set a Blacis[o]
forinsecis et congregatis Cumanis ipse inperator cum quibusdam
baronibus suis captus est et occisus; exercitus autem illesus reversus
est Constantinopolim, cui prefuit Henricus frater inperatoris, duce
Venetie iam mortuo. Marchio quoque Bonifacius Montisferrati
in Thesalonica a Grecis et Blacis multa passus est. Fuit hoc anno
Grecis blanda, Latinis adversa fortuna. Anno Domini M°CCVI.
In orientali et in occidentali inperio et apud Antyochiam ex predictis
causis inter predictos certantur[p] illustres. Eodem anno 1206.
palatium comunis Cremone fuit inceptum[4]. Anno

a) e *e corr.; supple* veniens. b) *lege* quidam Ascari a civibus fatuis. c) *sic c.* d) *neque interrogationis neque aliud distinctionis signum hoc loco positum est in c.* e) cremoñ *c.* f) *lege* civitatis non. g) *lege* Prophetizatum. h) iu tele *c.* i) *lege* votis; *ante hoc verbum nullum distinctionis signum in c.* k) *cf. SS. XXXI, p.* 178, *n.* k. l) *lege* Alexium tirampnum. m) *lege* Elespontum. n) *seq.* g *delet.* o) S3 ablatis *c.; cf. SS. XXXI, p.* 179, *n.* 0. p) *lege* certatur.

1) *Locus Annalium Cremonensium deperditorum cum loco Sicardi coniunctus est. Ann. Cremon. enim qui exstant, SS. XXXI, p.* 11, *habent:* Francieni et Veniciani ceperunt Constantinopolum de mense Aprilis *etc.* 2) *Cf. Ann. Cremon. p.* 11. 3) *Loco Martini nimis inepte inserto locus Sicardi dissectus est.* 4) *Cf. Ann. Cremon. p.* 11.

Sic. Domini M°CCVII. Bonifacius marchio predictus occiditur in prelio, duos fillios relinquens, scilicet Gullielmum in Ytalia et Demetrium 1208. apud Thesalonicam successores. Eodem anno[1] Cremonenses[a] *Maio.* ceperunt Pontevicum de mense Madii.

Roland. I, 9. Eodem anno dominus Azo Estensis marchio factus est potestas civitatis Verone; de cuius honore condolens dominus Ezelinus de Romano secundus, non inmemor, quod idem marchio fuit sibi contrarius in facto Campreti supradicti[2], congregatis amicis de Verona, Vicentia et undecumque potuit aliunde, in castro Montedi[b] Vincentini districtus ibi habuit magnum guarnimentum; et sic factus est insultus ex inproviso maximus in Verona contra marchionem et contra omnes faventes ei, et ita demum est expulsus dominus[c] marchio de potestaria Verone. Tunc Salinguerra de Ferraria factus est cum domino Ezelino manifestus amicus, qui usque nunc[d] videbatur alicui parti favere. Recessit ergo marchio de Verona et ivit ad Abachiam[e], et facta ibi magna congregatione de suis amicis de Lonbardia, Marchia et Romandiola et aliunde sapienter, statim sequenti anno, scilicet in M°CCVIII, gentem suam Verone conduxit in Bragidam, et ibi viriliter inimici cum inimicis certaverunt. Demum post sanguinis efussionem millitum, peditum et equorum, post consternationem plurium stetit marchio victor in campo, turres habuit et domos bellicossus[f] per civitatem; ipsum quoque Ezelinum tunc habuit captum et detentum, quem curialiter et honeste tractavit et eum honoravit. Fecitque fieri honorem illi per millites et dominas, qui vel que fuerunt in Verona. Demum dominum Ezelinum ipsum marchio millitibus honorifice sociatum decenter conduci fecit Baxani, qui millites maximum honorem[g] habuerunt a dominis et domi- *ib. I, 10.* nabus et millitibus Baxani; reverssi igitur millites marchionis ad ipsum, quem iam tota Marchia cum summa reverencia laudans magnis preconiis excolebat; tunc ipsius fama celebris excolebat[h] usque Romam, ita quod ipsa sedes sancta appostolica dignitate nova ipsum marchionem voluit preditare[i] et ei gratiam est[k] largita, scilicet ut ipse cum omnibus suis successoribus ab hoc tempore in antea Estensis et Ancone marchio appelletur in statu delectabili et iocundo.

Sic. Anno Domini supradicto, scilicet M°CCVIII. Sopita est seditio *f. 171'.* regum de occidentis inperio concertantium. *Nam Filippo in talamo *Mart. Opp. Sic.* occiso nequiter a falsogravio, et sic Otto optinuit; de quo Filippo quidam previderat visionem sic dicentem, futura hiis versibus prophetantem:

Sufflu da terre. rex Otto. xer errat Adoffus[l].
Xex[m] *dolor Otto tibi. suspice finit ibi.*

Mart. Opp. Fuerat enim Inocencius[n] papa, qui eodem anno Cellestino in papatu successerat, Filippo adversarius propter fratrem suum Henricum inperatorem, qui contra Christianam relligionem in regno Scicilie archiepiscopos et episcopos trucidaverat et contra Romanam ecclesiam semper tyrampnidem exercuerat, propter quod ipsum et eius omnes

a) cremoñ *c.* b) Monticli *Rolandin.* c) .d. *c.* d) *supple* non. e) Abathiam *Rolandin.* f) *lege* bellicosas. g) *seq.* fecerunt *delet.* h) *pro hoc verbo perperam repetito lege* pervenit. i) predotare *Rolandin.* k) est *bis scriptum.* l) *sic c.* m) *sic c. pro* Xer. n) Incencius *c.*

1) *Anno* 1208. *potius, ad quem annum haec Ann. Cremon. p.* 12. *recte habent; cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 34. 2) *P.* 46 *sq.*

fautores excomunicaverat. Ottoni vero duci Saxonie viriliter adhesit. *Mart. Opp.*
Eodem quoque anno Cremonenses[a] obsederunt et vasta- 1209.
verunt Castionum[b] de Striveriis Brixiensis diocesis[c]
iuxta Dexençanum et lacum Guarde de mense Aprilli[d. 1]. *Apr.*
*Anno[e] ab incarnatione Domini M°CCVIII, indictione **f. 172.* *Sic.*
. . .[f], Otto fillius Henrici ducis de Saxonia[2] pupillus[3] successit
Henrico inperatori ad inperium, pontificatu domini *Mart. Opp.*
Inocentii pape tercii, qui, licet sibi anni non attribuuntur,
tamen scribendo usque ad cassationem inperii inperavit
annis . . .[f], postquam hinc inde per barones Alamanie
per aliquot annos inperium concertatum esset, quia una *Mart. Opp.*
pars elegerat Ottonem predictum, alia pars elegerat Philippum[4]
fillium[g] inperatoris Frederici. Set nequiter Philippo interfecto *Sic.*
Otto predictus dux coronatus fuit ab Inocentio papa predicto *Mart. Opp.*
Rome in ecclesia sancti Petri. Hic accepta corona statim
habuit pugnam cum Romanis et erexit se contra sanctam matrem *Sic.*
ecclesiam et contra patrem suum coronatorem. Ideo propter illud *Mart. Opp.*
maleficium anni[h] non attribuuntur. Anno Domini
M°CCVIIII°r.[5]. Civille sturmum sive bellum fuit in 1210.
Cremona inter Matheum de Coregio potestatem comunis
Cremone et millites et pedites civitatis veteris ex una
parte et[i] Gullielmum[k] Mastalium potestatem civitatis
nove Cremone et millites et pedites civitatis nove ex
allia apud ecclesiam sancti Egidii XII. intrante Martio; *Mart. 12.*
et tunc turis de Mastaleis traxit contra comune Cremone
pro illis[l] de civitate nova; et eo tempore Gullielmus
potestas civitatis nove faciebat rationes, contiones[m] et
conscilia apud Sanctam Agatham, et ille Matheus potestas
civitatis veteris apud ecclesiam maiorem et palatium
comunis Cremone. Nam uterque[n] se potestas[o] comunis
appellabat. Sequenti die dominico dictus Gullielmus *Mart. 14.*
venit in publica contione in platea maioris ecclesie et
ibi publice precepta suprascripti Mathei potestatis civi-
tatis veteris iuravit, et hec de voluntate et iussu domini
Sichardi episcopi Cremone, in quo ambo se conpromiserant

a) cremoñ *c.* b) Cationũ *corr.* Castionũ *c.* c) brixieñ dioc̃ *c.* d) *reliqua pars maior paginae* 171. *versae vacat.* e) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* f) *spatium numero inserendo vacat.* g) *seq.* henrici *delet.* h) *supple* sibi *ex Martini Cron.; cf. supra l.* 8. i) Et *cum littera maiuscula* E *c.* k) *seq.* et *delet.* l) *seq.* diuiti *delet.* m) ꝯtoiciões *c.* n) inter *c.* o) *sic c.*

1) *Haec ex Ann. Cremon. deperditis exscripta alibi non relata sunt. Anno* 1209, *non a.* 1208, *hoc factum esse demonstravi SS. XXXI, p.* 45, *n.* 5. 2) *Cf. supra p.* 48, *n.* 3. 3) *Pupillum dicit Sicardus Fridericum II; cf. supra p.* 48, *infra p.* 54, *l.* 17. 4) *Haec Albertus iam supra p.* 48, *l.* 21. *p.* 52, *l.* 36 *sq. exscripsit.* 5) *A.* 1210. *secundum nostram computationem, cum Cremonenses a Mart.* 25. *exordium anni facerent. Multo brevius sequentia narrata sunt in Ann. Cremon. p.* 12.

1210. de discordia, quam inter se habebant, salvo quod Gul-
lielmus predictus esset potestas societatis populi[1]; et
hac[a] sententia non obstante anno sequenti[2] dictus Gul-
lielmus de Mastaleis cum sua parte incepit iterum civille
bellum atque sturmum cum dicto domino[b] Matheo
potestate et cum millitibus et peditibus civitatis veteris
Iul. 1. die Iovis primo Kall. Iulii iusta[c] ecclesiam sancti Egidii
Iul. 3. et sequenti die sabbati iuxta ecclesiam sancti Leonardi
et iuxta ecclesiam sancti Mathie et iuxta ecclesiam
sancti Victoris, et in ipsis conflictibus multa homicidia
militum et peditum facta fuerunt, et pluras[d] domos[d]
cf. A. Crem. civitatis nove conbuste fuerunt. Anno Domini
M°CC°X°, id est anno secundo inperii sui, inperator
Maii (3—5). Mart. Opp. Otto venit Cremonam de Madio, et eodem anno contra
voluntatem domini pape intravit regnum Apulie[3] ad devastandum
et capiendum regnum Scicilie et ad occidendum[4] Fre-
Sic. dericum Rogerium regem Scicilie pupillum, cui preter ecclesiam
non erat adiutor; et tunc Cremonenses[e] dederunt in ipso
Sic. exercitu L millites; set spe cassata rediit. Unde papa
eodem anno ipsum excomunicavit. Ipse vero nichilominus papa
Roland. I, 11. Inocencius[5] marchionem Estensem[f] et Anchonitanum[g] nomine
Sic. Azonem cum exercitu misit in Apuliam; postea vero per Tusciam iter
faciens quedam loca per vim, quedam per deditionem habuit.

Anno Domini M°CCXI. progrediens per Apuliam civitates et
loca per deditionem usque Policornu suscepit. Dum hec agerentur,
Mart. Opp. Sic. anno quarto inperii sui principes Alamanie Fredericum[h] Rogerium
**f. 172'.* predictum regem Scicilie elegerunt in *inperatorem, citantes eum, ut
in Alamania[i] properaret; quo audito inperator Otto festinans rediit;
qui apud Laudam curiam quasi celebravit inanem. Hestensis vero
marchio iam cum Papiensibus[k], Cremonensibus et Veronensibus cum[l]
consensu summi pontificis fedus inierant contradictionis. Otto in-
perator inglorius igitur Alamaniam intravit. Eodem anno

a) hec *c.* b) .d. *c.* c) *sic h. l. c.* d) *sic c.* e) cremoeñ *c.* f) esteñ *c.* g) anchoñ *c.* h) *seq.* roc(?) *delet.* i) alamāiā *c.* k) papieñ *c.* l) cum *certo legi nequit.*

1) *Vide arbitrium Sicardi episcopi datum a.* 1210. *Mart.* 11, *editum ab L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. I, p.* 215 *sq., nr.* 111. *Cf. SS. XXXI, p.* 47—49. 2) *A.* 1210, *Cremonensibus initium anni a Mart.* 25. *facientibus.* 3) *Haec ex Martini Cronica assumpta Albertus scripsit pro* intravit in Apuliam, *quod Ann. Cremon. habent.* 4) exheredandum *melius procul dubio Ann. Cremon. p.* 12. 5) *Immo Otto imperator. Hoc falsum Albertus procul dubio scripsit, quia in Rolandini Cronica I,* 11. *legit:* A. D. MCCXI. supradictus Azo Estensis et Anconitanus marchio de voluntate Innocencii pape III. Fredericum regem Sicilie . . . . . usque in Alemaniam sociavit, *ex quo capite* Estensem — Azonem *cum recte loco Sicardi addidisse apud me constat. Cf. etiam quae supra p.* 52, *l.* 33. 34. *ex Rolandino exscripsit.*

millicia Cremone fugavit milliciam Mediolanensium[a] in 1211.
Brixiana apud Herbuscum[b], quem[c] obsidebant de Sep- *Sept.*
tembri[d, 1]. Eodem anno civille bellum fuit in Cre- *cf. A. Crem.*
mona supra Basalarium, et millites et pedites civitatis
veteris ceperunt burgum Sancti Pantaleonis et vicinos
et guardam civitatis nove, que erat ibi, et quasdam
domos conbusserunt et allias robaverunt die dominico
XV. exeunte Decembri[2]; et tunc Gandolfinus de Castro- *Dec.* 17. 18.
novo milex Veronensis[e] erat potestas Cremone. Eodem
anno populus Cremone ivit Ferrariam in servicio Azonis
marchionis Estensis et fugaverunt Ugonem de Guarmaxio *(Mart. 3).*
missum domini Otonis condam inperatoris et Salinguerram
et exercitum suum, quem congregaverant de XI civi-
tatibus[f, 3].

*Anno[g] Domini ab incarnatione M°CCXVI, indictione . . .[h], **f. 173. Mart. Opp.*
Honorius tercius papa, natione Romanus, ex patre . . . . .[i], qui
alio nomine vocabatur . . . . .[i], successit Innocentio
tercio in papatu inperante Frederico inperatore, qui
fuit electus apud Perusium et[k] sedit annis X et m. VIII, d. XXIII.
Iste Honorius papa anno Domini suprascripto, pontificatus
eius anno primo ordinem Predicatorum fratrum confirmavit vi-
vente beato Dominico, natione Yspano, eiusdem inventore, procurante.
Nam Inocentius papa tercius, predecessor suprascripti do-
mini Honorii, qui durus fuit sibi in hoc facto, visione habita,
quomodo beatus Dominicus Lateranensem ecclesiam cadentem humeris
substentasset, confirmare voluit anno precedenti. Set morte
preventus non potuit. Hic papa apud Sanctum Laurentium
foris murum Petrum Altisiodorensem comitem in inperatorem Con-
stantinopolitanum coronavit. Hic etiam ecclesiam sancti Laurentii[l]
extra muros et basilicam que dicitur Sancta sanctorum renovavit.
Decretales conposuit*. Iste papa anno post partum vir-
ginis M°CCXVIIII°r, a passione Christi M°CLXXXVI, 1219.
post mondi creationem secxies M° CCCCXVIII, ab Urbe
condita bis M° DCCCCLXXI, solaris circuli quarto, in-

*) *Sequitur deletum:* Hic in bascilica sancti Petri, scilicet *Mart. Opp.*
anno Domini M°CCXX. die XIII° Decembr.[4], coronavit *Roland. II,* 1.
Fredericum regem Scicilie ad inperium Romanorum.

a) mediolañ *c.* b) herbustum *scriptum esse videtur in c.* c) *sic c.* d) setpbri *c.* e) veroñ *c.* f) *reliqua pars maior paginae* 172. *versae vacat.* g) *littera initialis* A *minio inserenda deest.* h) *spatium numero inserendo vacat.* i) *spatium nomini inserendo vacat.* k) ⁊ (et) *bis scriptum.* l) laur̄ *c.*

1) *Haec ex Ann. Cremon. deperditis exscripta nusquam alibi relata sunt.* 2) *Dec.* 18, *non Dec.* 17, *fuit a.* 1211. *dies dominica.* 3) *Cf. quae hac de re attuli SS. XXXI, p.* 50, *n.* 1. 4) anno — Decembr. *Albertus procul dubio ex Cronica Rolandini II,* 1. *exscripsit, cum eundem falsum diem coronationis (pro Nov.* 22*) habeat.*

1219. dictione VII^{a}, curente[a] primo, presidente sancte Romane ecclesie Honorio tercio huius nominis papa, regnante illustrissimo rege Frederico Romanorum, qui post Augustum fuit octuagessimus septimus, — scriptus[b] et publicatus[c] fuit liber Inocentii pape tertii[1].

Roland. II, 1. Anno Domini M°CCXX. die XIII° Decembr.[d] papa coronavit *Mart. Opp.* Fredericum inperatorem[e] Romanorum. Anno Domini M°CCXXI. dominus Homobonus[f] civitatis Cremone fuit episcopus[2], qui fuit XX^{us}[g] in episcopatu Cremonensi[h]. Anno predicto dominus Cremosianus de Comitibus . . .[i] fuit abbas monasterii[k] sancti Laurentii[l] Cremone civi-*Mart. Opp.* tatis. Hic Honorius papa Fredericum inperatorem sibi rebellem et ipsi ecclesie adversarium anathematizavit atque barones ab eius fidellitate absolvit.

1221. [Beatus[m] Dominicus migravit de hoc seculo ad Dominum miraculis choruscando anno Domini M°CCXXI].

Anno Domini M°CCXXI. beatus Franciscus ordinis *Bonav.* Minorum incepit ordinem fratrum Minorum de Pennia[3]. *V. Franc.* Anno Domini M°CCXXVI. quarto[n] Nonas Octubr. obiit felliciter *c. 14, 3. 15, 5.* beatus Franciscus, ordinis Minorum[o] institutor, apud Sanctam Mariam de Portiuncula in civitate Asisii die sabbati de sero.

1226. *(Dec.)* Eodem anno facta fuit conpositio inter dominum papam Honorium predictum et Fredericum inperatorem et dictos Lonbardos coniurationis[4]; qui Lonbardi spoponderant dare inperatori IIII^{C}[5] millites suis expensis ultra 1227. *(Febr. 1).* mare, et inperator retractavit quod fecerat contra eos, quod ipsi Lonbardi non observaverant[p]. Et in eodem anno inperator predictus misit exercitum suum Teothonicorum ultra mare numero $MVCC^{C}$ millites[6].

a) *lege* concurrente prima. b) scriptꝰ *c.* c) publicatꝰ *c.* d) decebr̄ *c.* e) inn|peratorem *c.* f) *seq.* de *non deletum.* g) *seq.* eps *deletum.* h) cremon̄ *c.* i) *spatium numero ordinis inserendo vacat.* k) mon̄ *c.* l) laur̄ *c.* m) Beatus — M°CCXXI. *in marg. ab Alberto suppl., nullo signo posito, quo indicetur, quo loco haec inserenda sint.* n) quato *c.; seq.* not *deletum.* o) *seq.* dei *deletum.* p) *lege* observaverunt *ut Ann. Cremon. p.* 15, *l.* 6.

1) *Haec ex subscriptione libri quartae compilationis decretalium Innocentii III. papae descripta esse videntur, exceptis verbis* Iste papa, *quae cum sequentibus coniungi nequeunt.* 2) *Qui iam a.* 1215. *Sicardo successit.* 3) *A.* 1221. *data est regula Francisci ordini Minorum. Nescio, quid velit de Pennia (*depennia *scriptum in codice), cum non de civitate Pennensi dici videatur.* 4) *Die Ian.* 5. *a.* 1227. *datum est arbitrium papae inter imperatorem et Lombardos, Epist. saec. XIII. e reg. pont. Rom. sel. I, p.* 246 *sqq., nr.* 327—330. *Ad haec cf. Ann. Cremon. p.* 15, *qui haec in brevius contracta referunt.* 5) *Hoc verum, cum in Ann. Cremon. p.* 15. *falso dicatur* V^{C}. 6) *Septingenti tantum milites stipendiarii imperatoris iam e portu profecti erant, cum imperator morbo correptus a navigio destitit sequente anno transfretaturus; Friderici II. epistola data a.* 1227. *Dec.* 6, *LL. Const. II, p.* 152, § 11; *Winkelmann, 'K. Friedrich II.' II, p.* 324.

Iste papa Honorius Rome moritur et in ecclesia sancte Marie *Mart. Opp.* Maioris seppelitur, et dominus Hugolinus Hostiensis episcopus in papam eligitur, vocatus Gregorius IXus [a], anno Domini M°CCXXVI.

*Anno[b] Domini ab incarnatione M°CCXXVI, indictione **f. 173'.* . . .[c], Gregorius nonus papa, primo vocatus Hugolinus sive Ugo de Arena episcopus Hostiensis, natione Campanus, ex patre . . . . .[d], successit Honorio tercio in papatu regnante ilustrissimo inperatore Frederico. Iste papa Gregorius apud Septisolium electus fuit die nono mensis Martii post festum beati Gregorii pape[e] ad papatum, qui sedit annis XIIIIor. Iste papa fuit perspicacissimi ingenii et eminentissime scientie, in utroque iure peritus. Hic canonizavit sanctam Elizabet, filliam regis Ungarie, relictam lantigravii[f] Thuringie. Anno Domini M°CCXXVIII. VII.[g] Kall. *Bonav. V. Franc.* Agusti dominus papa canonizavit beatum Franciscum, qui *c. 15, 6.* prius vocabatur proprio nomine ante conversionem Iohanes. Hic *Mart. Opp.* papa per fratrem Raymondum ordinis Predicatorum, cappellanum et penitentiarium suum, ex pluribus voluminibus Decretalium conpilari fecit volumen unum, mandans ubique doctoribus illo uti.

Anno Domini ab incarnatione M°CCXXX. trans- *1230. (Maii 25).* latum est corpus beati Francischi ordinis Minorum[h] [1]. Anno Domini M°CCXXXI. mortuus est feliciter beatus *1231.* Antonius[i] [ordinis[k] Minorum Padue, feria VIa, die XIIIa *Iun. 13.* mensis Iunii]. Hic papa anno Domini M°CCXXXIIII.[l] [2] *Mart. Opp.* Reate canonizavit beatum Dominicum, inventorem ordinis Predicatorum et magistrum, Bononie sepultum et ibi miraculis innumeris coruscantem, a confirmatione ordinis eius anno XVIII. et a morte eius *Rolandin. IV, 9.* anno XI°. Iste papa anno Domini M°CCXXXVIIII.or [m] in cena Domini fulminavit sententiam contra inperatorem Fredericum, quam allias fulminaverat dominus [Inocentius[n]] papa tercius[3], predecessor eius, pro eo quod non[o] ivit ultra marre ad pasagium cum exercitu, prout promiserat. Volens tamen[p] papa concilium cellebrare Rome artatur sic per *Mart. Opp.* inperatorem per marre et terram, quod duo cardinales et multi allii prelati, abbates et clerici, maxime per marre ad concilium venientes, quod[q] per fautores eius capiuntur, quod inperator tunc occuparat ex maxima parte patrimonium ecclesie, et quasi per inperatorem papa obsidebatur in Urbe. Videns etiam dominus papa Romanos per peccuniam coruptos esse, excipiens capita appostolorum Petri et Pauli, processionem a Laterano usque ad Sanctum Petrum

a) *seq.* 7 (et) *c.?* b) *littera initialis* A *minio inserenda deest c.* c) *spatium numero inserendo vacat.* d) *spatium nomini inserendo vacat.* e) *seq.* qui se *deletum.* f) Lantigrauii *c.* g) *lege* XVII. h) *seq.* de *deletum.* i) *seq.* p *deletum.* k) ordinis — Iunii *in marg. ab Alberto suppl.* l) M°CCXXXIII. *Alberti manu post alio atramento corr.* M°CCXXXIIII. m) M°CCXXVIIIIor *c.* n) *nomen linea perducta deletum c., lege* Honorius. o) *seq.* ul *deletum.* p) *seq.* t *deletum.* q) *sic iterum c.*

1) *Cf. Bonaventurae Vitam Francisci c.* 15, 7. 2) MCCXXXIII. *Albertus prius, ut Martinus habet, scripserat, sed bulla canonizationis data est a.* 1234. *Iul.* 3. 13, *Potthast nr.* 9489. 3) *Cf. supra p.* 56, *l.* 12 — 14.

Mart. Opp. faciens animos Romanorum sic revocavit, ut pene omnes Romani[a] contra inperatorem cruce signarentur; quod[b] inperator, qui credebat se intraturum, audiens, timens longne[c] ab Urbe[d] recessit.

Rolandin. V, 6. *Mart. Opp.* Idemque Gregorius tantis[e] tribulationibus concussus Rome anno XIIII°, ab incarnatione Domini M°CCXLI. post festum[f] asunptionis virginis gloriose mensis [Augusti[g]] migravit ad Christum.

Rolandin. V, 6. *Iac. de Var. c. 131.* Sciendum est, quod vacante tunc ecclesia Romana cardinales steterunt in conclavi per XL dies discordes in appostolica electione, set concordare nequeuntibus Romani post eis inclussis multiplices molestias inferebant, propter quod dicti cardinales regine celi voverunt, quod, si eius meritis concordarent et liberi abire possent, octavam sue nativitatis diu neglectam celebrandam de cetero statuerent[h], sic quod in fine mensis Octubr. eodem millesimo elegerunt cardinalem dominum[i] Zufredum Mediolanensem[k], canzelarium, postea Celestinum vocaverunt, sicque liberi abierunt[l, 1]. *Rolandin. V, 6.* *Iac. de Var.*

**f. 174.* *Anno[m] ab incarnatione Domini MCCLXIII[2], indictione VI^{a}, Urbanus IIII^{us}, natione Gallicus ex civitate Trecensi, ex patre .....[n], successit Alexandro pape IIII^{to} inperio vacante, qui sedit annis tribus, m. I, d. IIII^{or}, et cessavit mensibus V. *Mart. Opp.* Hic anno eius primo Idus Ian., dum esset Viterbii[3], instituit officium corporis et sanguinis domini nostri Yhesu Christi cellebrandum quinta feria post octavam pentecosten. *1262. Ian. 13.* Hic etiam anno eius primo duas fecit ordinationes; exercitum Sarracenorum, quem Manfredus in patrimonium ecclesie miserat, per cruce signatos fugavit. *Mart. Opp.* Comiti Provintie Karolo, fratri regis Francie, regnum Scicilie, ut a Manfredo detentore eius recuperaret, contulit.

Anno Domini M°CCLXIIII^{or}. Cometes stella tam mirabilis apparuit, qualem nullus tunc vivens ante viderat. In oriente enim cum magno fulgore surgens usque ad medium emisperii versus occidentem comam prelucidam trahebat, et licet in diversis partibus mondi forte multa significaverit, hoc tamen unum pro certo conpertum est, ut, cum plus quam tres menses duraverit, ipso quoque apparente papa Urbanus cepit infirmari et eadem nocte, qua papa expiravit, et cometa disparuit. Perusii moritur et ibidem sepellitur[o].

a) romanos *corr.* romanoi (!) *c.* b) q (qui) *c.* c) *sic c.* d) *seq.* decessit *deletum.* e) tantus *c.* f) *seq.* post in festum *deletum.* g) Aug. *om. c.* h) *in marg. manu Alberti:* nota de octava festi naī. domine nostre. i) .d. *c.* k) mediolan̄ *c.* l) *post folium* 173, *post quod novus fasciculus foliorum incipit, compluria folia excisa videntur esse.* m) *littera initialis* A *minio inserenda deest.* n) *spatium nomini inserendo vacat.* o) *maior pars paginae* 174. *rectae et p.* 174. *versa vacant.*

1) *Omissi sunt pontifices Coelestinus IV, Innocentius IV, Alexander IV, quorum historia in foliis excisis scripta fuisse videtur.* 2) *Martinus p.* 440. *Urbanum ad a.* 1261. *recte adscripsit.* 3) *Bulla de hac re data nullo anno, nullo die adnotatis tradita est, Potthast nr.* 18998, *altera de eadem re, Potthast nr.* 18999, *a.* 1264. *Aug.* 11. *data est, unde et illa hoc die data esse credebatur, sed bene notandus est hic locus, cum Urbanus IV. a.* 1262. *Ian.* 13. *Viterbii fuerit.*

*Anno[a] Domini [M°CCLXV[b], indictione VIII[a]], Clemens IIII[us], natione Provincialis de villa Sancti Egidii, ex patre . . . . .[c], successit Urbano quarto pape vacante inperio, qui sedit annis III, m. VIIII[or], d. XXI, et cessavit annis tribus, m. II et diebus X. Hic uxorem et liberos habens primum fuit famosus advocatus et regis Francie consciliarius, deinde mortua uxore propter vitam bonam et scientiam laudabilem primo Podiensis episcopus, qui Aniciensis dicitur, et post Narbone[d] archiepiscopus, tandem Sabinensis episcopus et cardinalis efficitur, et post in Angliam propter pacis refformationem a papa Urbano quarto missus, absens a cardinalibus Perusii in papam electus, sic vigilliis, ieiuniis et orationibus ac alliis bonis operibus intentus fuit, quod multas, quas ecclesia tunc tribullationes sustinebat, Deus suis meritis creditur extinxisse. Hic papa canonizavit Viturbii[e] in ecclesia fratrum Predicatorum Edgingam[f] condam ducissam Pollonie, mire sanctitatis viduam, que inter allia conmendabillia, cum canonizatio eius per plures annos differretur, ipsa procuratori in curia Romana, super eodem negotio cum esset in tristitia, per visum apparuit ac eum de expeditione negotii et etiam de die expeditionis certificavit. Anno Domini M°CCLXV. predictus Karolus Provintie comes, qui pro recuperatione regni Scicilie per Urbanum papam IIII[m] vocatus fuerat, Romam, ubi tunc in senatorem electus fuerat, navigio venit. Deinde Apuliam intrans bello campestri habito predictum Manfredum, filium naturalem Frederici inperatoris, regno et vita privavit. Anno Domini M°CCLXVI. quam plurima multitudo Sarracenorum ex Affrica per angustum mare transiens in Yspanias et adiuncti sunt Sarracenis[g] in Yspania, magnam plagam in Christianos exercuerunt, intendentes, quam olim perdiderant, recuperare Yspaniam. Set illarum partium aduniti Christiani et crucesignatorum ex diversis partibus[h] adiuti, licet cum multo Christianorum dampno, de Sarracenis triumphaverunt. Anno Domini M°CCLXVII. Soldanus Babilonie Armenia vastata Anthiochiam, unam de famosioribus civitatibus orbis, cepit et tam viris quam mulieribus occissis et captis ipsam in solitudinem redegit. Eodem anno civitatis Cremonensis[i] quidam nomine Cazacomes de . . . . .[c] fuit episcopus[k. 1]. Anno Domini M°CCLXVIII. Coradinus olim nepos Frederici inperatoris parvipendens domini pape excomunicationem contra Karolum, quem ecclesia regem Scicilie fecerat, insurgens ad Theotonicos, quos *habuit, quam pluribus Lonbardis et Tuscis adiunctis pervenit usque Romam; ubi cum inperiale[e] more sollempniter receptus fuisset, asociato sibi senatore Urbis domino Henrico, fratre regis Castelle, et quam plurimis Romanis contra regem[l] Karolum Apuliam intravit, et[2] pluriquem[m] factum regis

*f. 175 (CLII). Mart. Opp.

Mart. Opp.

*f. 175'.

a) *folia* 175—180. *Alberti manu numeris* CLII — CLVII. *signata sunt, qui numeri sunt primae recensionis brevioris huius libri. Horum foliorum litterae initiales minio pictae, multae aliae minio illuminatae sunt.* b) M°CCLXV. ind. VIII[a] *post ab Alberto in spatio vacuo relicto alio atramento suppl.* c) *spatium nomini inserendo vacat.* d) *seq.* eps̄ *delet.* e) *sic c.* f) Edwigam *Martin.* g) Sarracenis *Martin.* h) *supple* auxilio. i) Cremon̄ *c.; seq.* eps̄ *delet.* k) *in marg. manu Alberti:* Nota de XXIII° episcopo Cremon̄. l) *seq.* appulie *delet.* m) *sic c.;* plerique *Martin.*

1) *Qui iam a.* 1260. *episcopus creatus est.* 2) *Albertus ab historia imperatorum Martini p.* 474. *transiens ad res gestas pontificum p.* 441. *verba male coniunxit.*

Mart. Opp. Karoli pro desperato haberent, tum propter Coradini exercitus multitudinem, tum propter regni Scicilie pene totius rebellionem, papa Clemens hoc audito predixit in publico sermone facto[a] Coradinum tanquam[b] fumum transiturum et ipsum tamquam[b] ad victimam Apuliam intraturum; quod et rei postmodum probavit eventus. Nam post durum campestre bellum Coradinus cum suis terga vertentibus capitur et a Karolo cum duobus[1] nobillibus decolatur, et nomen eius paucis diebus post tamquam[b] fumus evanuit. Hic papa Clemens mortuus est Viterbii et ibidem est sepultus in ecclesia fratrum Predicatorum. Hiis temporibus vacantibus ecclesia et diadema inperiali pastorum[c] interea, videlicet anno *f. 176 (CLIII). Domini M°CCLXX, Lodevicus rex Francie christianissimus — *—[2] de Affrica processerat[d], in Sciciliam veniens est defunctus[e].

*f. 177 (CLIIII). *Anno Domini M°CCLXXII, [indictione[f] XIIII°r[3], de mense Novembr.[4]] Gregorius X^us[g], natione Lonbardus de civitate Placentia et dicitur de genere Vicecomitum fuisse, ex patre . . . .[h], successit Clementi quarto pape vacante inperio, qui sedit annis IIII°r, [mensibus[i] duobus] et d. X ab electione sua, et cessavit papatus diebus X. Hic Gregorius papa prius vocabatur Tealdus[k], et cum esset archidiaconus Leodiensis et devotionis causa ivisset ultra mare, ibidem existens in palatio Viturbiensi[l] in papam a cardinalibus est electus. Hic fecit unam ordinationem V^m episcoporum cardinalium quam plurimum laudabilem, qui honestius[n] et valentes personas asumpsit. [Anno[o] Domini M°CCLXXIIII°]. Hic tertio pontificatus sui anno pro utilitate Terre Sancte, quam personaliter visitare intendebat, Lugduni sollempne cellebravit concillium, in quo Grecorum et Tartarorum sollempnes nuncii[b] interfuerunt, Greci ad unitatem ecclesie redire promittentes, in signum cuius spiritum sanctum confessi sunt a patre filioque procedere, symbolum solempniter in concilio decantando. Noncii[b] vero Tartarorum infra concilium baptizati[p] ad propria redierunt. Numerus autem prelatorum qui fuerunt in concilio sunt quingenti episcopi, LX abbates et allii prelati circa mille. Hic in concilio multa bona constituit, videlicet pro subsidio Terre Sancte, pro electione summi pontificis et pro statu ecclesie universalis; [quod[q] concilium duravit a principio Magi usque ad Augustum. Iohannes Andree[r] in novela I. *de elect.*[s]*: nemo*[5]]. Huius

a) factum Chunradini *Martin.* b) *sic h. l. c.* c) *sic haec sensu sano carentia leguntur in c. Alb. dicere voluit* utroque pastore *(rectore),* ecclesiastico et saeculari, deficientibus. d) *seq.* in sciciali *delet.* e) *f.* 176.ᵛ *vacat.* f) *uncis inclusa ab Alb. superscr.* g) *in marg.:* Papa Gregoriu9 X^us. h) *spatium nomini inserendo vacat.* i) mens. duob. *in marg. ab Alb. suppl. cum Martini cod.* 10. k) Gebaldus, b *eraso et* G *in* T *mutato corr.* Tealdus. l) *sic* (viturbieñ) *c.* m) V *Alb. pro* videlicet (V3) *scripsit.* n) quia honestas *Martin.* o) A. D. M°CCLXXIIII° *alio atramento (manu Alberti?) in marg. post suppl.* p) batpati *c.* q) *uncis inclusa alio atramento (manu Alberti?) in marg. post suppl.* r) Io. an *c.* s) de elect. *potius conieci quam legi in c.*

1) *Recte sic;* multis *Martin.* 2) *Omisi quae Martinus Oppav. p.* 474, *l.* 3—45. *habet.* 3) *A.* 1272. *iam indictio XV. fuit.* 4) *A.* 1271. *Sept.* 1. *Gregorius electus est, coronatus a.* 1272. *Mart.* 27. 5) *Sexti Decret. l. I, tit.* 6, *c.* 15.

tempore Rodulphus rex Romanorum et rex Francorum cum multis baronibus pro subsidio Terre Sancte cruce signati fuerunt. Hic papa fuit mire experientie in secularibus, nec intendebat peccuniarum lucris, set pauperrum elemosinis. Mortuus est Aretii et sepultus ibidem. *Mart. Opp.*

Anno Domini M°CCLXXI. die XX. Ian. Frater Fatius[1], venerabile corpus, fidelis servus Dei, migravit de hoc mondo[a]. 1272. *Ian.* 20.

*Anno Domini M°CCLXXVI. Innocentius quintus[b], natione Burgondus de[c] Charanzia[d. 2], ex patre .....[e], successit Gregorio X° pape vacante inperio, qui sedit mensibus V, d. II, et cessavit papatus d. XVIII. Hic Inocentius[f] papa antea vocabatur .....[e], a pueritia enim in ordine[g] fratrum Predicatorum existens doctor in sacra scriptura eximius efficitur. Deinde in archiepiscopum Lugdunensem et post in episcopum Hostiensem, tandem in summum pontificem asumitur. Hic licet multa proposuisset facere, morte preventus nil notabile fecit. Mortuus est Rome et in Lateranensi ecclesia seppelitur[h]. **f.* 178 (CLV). *Mart. Opp.*

*Anno Domini M°CCLXXVI. Adrianus V^{us} papa[i], natione Ianuensis, ex patre .....[e], Rome eligitur in palatio Lateranensi, qui sedit mense uno et d. VIIII^{or}, et cessavit papatus d. XXVIII; qui successit Innocentio[f] quinto pape vacante inperio [et[k] fuit de comitibus Lavanie de Flisco]. Iste Adrianus nepos Inocentii[f] quarti pape et ab ipso in cardinalem tituli sancti Adriani[l] promotus, a domino Clemente IIII^{to} legatus in Angliam pro guerra, que ibidem inter regem et barones orta fuerat, sedanda missus fuit. Hic papa statim constitutionem, quam papa Gregorius X^{us} in concilio Lugdunensi de restrictione cardinalium propter electionem summi pontificis ediderat, suspendit, proponens eam aliter ordinare, set morte preventus constitutionem sic suspensam reliquit. Hic papa Viterbii moritur et seppelitur[m]. **f.* 178'.

*Anno Domini M°CC°LXX°VI. Iohanes XXI^{us} papa[n], natione Yspanus, ex patre .....[e], successit Adriano quinto pape **f.* 179 (CLVI).

a) *reliqua pars paginae* 177. *rectae et p.* 177. *versa vacant.* b) *in marg.:* Papa Inocentiu9 V^{us}. c) de Char. *ab Alb. in marg. suppl.* d) *seq.* de Cara::anzia *(duabus litteris erasis) iam in loco raso scriptum, delet.* e) *spatium nomini inserendo vacat.* f) *sic h. l. c.* g) *seq.* fm *delet.* h) *reliqua pars maior paginae* 178. *rectae vacat.* i) *in marg.:* Papa Adrianus V^{us}. k) *uncis inclusa in marg. ab Alb. suppl.* l) Andriani, *priore* n *expuncto corr.* Adriani *c.* m) *reliqua pars maior paginae* 178. *versae vacat.* n) *in marg.:* Papa Iohanes XXI^{us}.

1) *De quo vide Acta SS. Ian. II, p.* 210 *sq. Cf. Necr. maioris ecclesiae Cremon., 'Archivio storico Lombardo' VII* (1880), *p.* 568: MCCLXXI. *(i. e.* 1272. *nostrae computationis)* die Lune XVIII. intrante Ianuario frater Facius, auri et argenti optimus fabricator, natione Veronensis, Cremone ab adolescentia sua nutritus, de hoc seculo, in quo per quinquaginta annos et plus magnam et arduam fecerat penitentiam, in senectute bona migravit ad Dominum. Cuius corpus post obitum suum secunda die in ecclesia maiori Cremone . . . fuit . . . sepultum *etc. Albertus quae de Facio habet ex alio necrologio, in quo dies sepulturae adnotatus fuisse videtur, eum assumpsisse conicio.*
2) *Tarantasia vel Tharantasia, ut Martin. Oppav. habet.*

Mart. Opp. vacante inperio, qui sedit m. VIII, d. I, et cessavit papatus m. VI et d. VII. Hic pontifex Iohanes, Petrus ante dictus, in diversis scientiis famosus, primo Tuschulanensis episcopus, tandem Romanus pontifex efficitur; qui scientialem florem et pontificalem dignitatem mox[a] quadam stolliditate deformabat, adeo ut naturali industria pro parte carere videretur. In hoc tamen quam plurimum laudabilis fuit, quod se tam pauperibus quam divitibus comunem exhibuit, multos egentes studium litterarum amplectentes fovit et in beneficiis ecclesiasticis promovit; et cum sibi vite spatium in annos plurimos extendi crederet et hoc etiam coram alliis assereret, subito cum camera nova, quam pro se Viterbii circa pallatium construxerat, solus corruit et inter ligna et lapides collisus sexto die post casum, sacramentis ecclesiasticis omnibus perceptis, expiravit et ibidem in ecclesia sancti Laurentii est sepultus.

1277. *Ian. 25.* Anno[b] Domini MCCLXXVII. die XXV. Ian.[1] fuit[c] conflictus dominorum de la Turre, qui dicitur Ripalta de Dexio. Et tunc[d] temporis pars illorum de la Turre fuit expulsa de Mediolano. Et pars capitaneorum et valvassorum obtinuit et dominari cepit in Mediolano. Multeque novitates facte fuerunt[e].

*f. 179'. 1277. *Anno Domini M°CCLXXVII[f], [indictione[g] VI[a] [2]] Nicolaus III[us] [de[g] domo Ursinorum] papa Romanus, [dictus[h] Iohanes], ex patre . . . . .[i], successit Iohani XXI. *Nov. 25.* pape vacante inperio, [creatus[k] in festo sancte Kateline[l], qui sedit annis duobus, m. VIIII[or], d. VIII][m].

*f. 180' (CLVII'). 1281. *Anno[n] domini nostri Yesu Christi ab incarnatione MCCLXXXI. Martinus IIII[us] papa, [dictus[o] Symon canonicus Tronensis[p]], natione Galicus . . . . .[i], ex patre . . . . .[i], successit Nicholao pape tercio inperiali sede vacante, qui sedit annis [IIII[q], m. I, d. III[3], et cessavit d. V]. Iste proprio nomine vocabatur Canis[4], in festo *Febr. 22.* chatedre sancti Petri[r].

a) morum *Martin.* b) *haec alio atramento ab Alb. post add.* c) *seq.* cons *delet.* d) *seq.* p *delet.* e) *reliqua pars maior paginae* 179. *rectae vacat.* f) M°CCLXXVIII. *radendo corr.* M°CCLXXVII. — *In marg.:* Papa Nicolaus III[us]. g) *uncis inclusa alio atramento subfusco ab Alb. superscr.* h) *haec posterius quam reliqua superscripta alio atramento ab Alb. superscr.* i) *spatium nomini inserendo vacat.* k) *uncis inclusa atramento subfusco ab Alb. post add.* l) *sic c.* m) *reliqua pars paginae* 179. *versae et pagina* 180. *(CLVII). recta vacant.* n) *littera* A *minio supplenda deest. Sequentia multo post folia* 175. *(CLII)* — 179. *(CLVI). scripta sunt.* o) *uncis inclusa alio atramento in marg. ab Alb. suppl.* p) *sic* (tronen̄) *pro* Turonensis *c.* q) IIII — et *in spatio vacuo relicto,* cess. d. V *in marg. alio atramento ab Alb. suppl.* r) *sic desinit hic locus, post hunc vacantibus fere* 4½ *versibus; supple* electus est.

1) *Potius die Ian.* 21. *Cf. Alberti Milioli Liber de temp. c.* 291, *SS. XXXI, p.* 550, *et quae ibidem n.* 3. *adnotata sunt.* 2) *A.* 1277. *fuit indictio V.* 3) *Potius diebus VI.* 4) *Nomen recte supra l.* 27. *dictum est. De hoc cognomine alibi nihil legi.*

Anno vero supradicto, scilicet M°CCLXXXI[1], in- 1282. dictione X[a], die Veneris penultimo Ianuarii dominus[a] *Ian.* 30. Bosius de Dovaria, civis et nobillis civitatis Cremone, qui erat capitaneus[b] Guibelinorum, qui[c] dicebantur Tronchazufi, dicte civitatis et expulsus a dominatu et regimine dicte civitatis per partem Guelfam, que appelabatur pars Capeleta, intravit castrum Soncini diocesis dicte civitatis, expulsis inde totis Guelfis. Et eodem millesimo[d] die Lune secundo Febr.[2] intravit castrum *Febr.* 2. Romenghi dicte diocesis et fecit maximam guerram predicte Cremone. Anno vero M°CCLXXXII. dictus dominus[a] Bosius expulsus fuit de dictis castris[3], et sic *(Nov.* 11*)*. dicta castra venerunt ad mandata comunis Cremone. Et sic dominium civitatis Cremone remansit in manibus Guelforum Cremone usque ad adventum domini[a] Henrici inperatoris. Anno vero supradicto Otto de Vicecomitibus, 1283. civis et nobilis civitatis Mediolani, factus fuit archiepiscopus dicte civitatis[4], qui fuit principium totius dominationis illorum de sua progenie, qui migravit a seculo anno Domini[a] M°CCLXXXXI[e, 5]. 1295.

*Anno[f] ab incarnatione Domini M°CC°LXXXV[g], **f.* 181'. 1285. [secunda[h] die Aprillis] Honorius IIII[us] papa, natione *Apr.* 2. Romanus [de[i] domo Sabellorum, dictus Iacobus Sabella], ex patre . . . . .[k], [eligitur[l] in Perusio, qui] successit Martino pape quarto inperiali sede vacante, qui proprio nomine vocabatur . . . . .[k], sedit Rome in pontificatu annis [II[m], et cessavit papatus m. X et d. II[6]][n].

a) .d. *c.* b) cap̄ *c.* c) qui dic. Tronch. *statim ab Alb. in marg. eodem atramento suppl.* d) M⁰ *c.* e) *reliqua pars maior paginae* 180. *versae et pagina* 181. *recta vacant.* f) *littera* A *minio supplenda deest.* g) V *alio atramento in loco raso, in quo plura* I *scripta erant* (MCCLXXXIIII ?). h) *uncis inclusa alio atramento ab Alb. in marg. super. suppl.* i) *uncis inclusa post (alia manu?) in marg. suppl.,* dictus Iac. Sab. *posterius quam* de domo Sab. *addita.* k) *spatium nomini inserendo vacat.* l) *uncis inclusa alio atramento ab Alb. in marg. suppl.* m) II et cess. — d. II *in columna ab Alb. post suppl.* n) *post haec octo fere versus vacant.*

1) *A.* 1282. *secundum nostram computationem, sed more Cremonensi anni initium a Mart.* 25. *faciebatur, cum quo anno indictio X. convenit. Cf. Ann. Placent. Gib., SS. XVIII, p.* 574; *Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 424. 2) *Die Martis* 3. *Febr. hoc factum esse tradunt Ann. Placent. Gib. l. l. et hunc diem etiam Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 692, *ubi numerus diei corruptus, habere videntur.* 3) *Cf. Ann. Placent. Gib. l. l.; Salimbene f.* 422[c], *SS. XXXII, p.* 511; *Ann. Parm. mai. p.* 694. 4) *Hic iam a.* 1263. *archiepiscopus creatus, a.* 1283. *ineunte dominio civitatis Mediolanensis potitus est.* 5) *Obiit demum a.* 1295. *Aug.* 8. 6) *Non recti sunt hi numeri.*

1288. Anno vero ab incarnatione Domini M⁰CCLXXXVIII, indictione prima, dominus[a] Poncius de Ponçonibus, civis Cremonensis[b], creatus fuit in episcopum Cremonensem.

1289. *Mart. 16.* Anno Domini M⁰CCLXXXVIIII[or], die XVI. Marcii Melchmensor[1] soldanus Babilonie obsedit civitatem Tri-
Apr. 26. polim Syrie et cepit eam die Martis XXVI. Aprillis destruxitque eam ducta maxima captivitate utriusque sexus in Babilonem et facta strage orribili[c].

1290. *(Sept. 8).* Anno Domini M⁰CCLXXXX. dominus[a] marchio Montisferatri[d] in civitate Alexandrie, que vocatur Palea[2], captus et interclusus in quadam cavea, in qua mortuus
Iul. 15. est[3]; [et[e] eodem anno, die XV. Iullii[4] obiit dominus[a] Poncius Cremonensis[b] episcopus].

1291. Anno Domini M⁰CCLXXXXI. Melechleseras[5] fillius Melchmensor supradicti[f] soldanus Babilonie mortuo
Apr. 5. patre factus obsedit civitatem Acon die V. Aprillis et
Maii 18. cepit eam die Veneris XVIII. Magi, fonditus eam destruxit factaque hominum strage horrenda duxit captivitatem maximam utriusque sexus in Babilonem. Deinde civitatem Tirri et omnes allias civitates, munimina et castra et quicquid in tota Syria Christiani occupabant obtinuit et destruxit. Sola insula Cypri Christianis hodie remansit[g].

*f. 182.
1288. *Anno ab incarnatione Domini M⁰CCLXXXVIII, indictione secunda[6], die . . . . .[h] Nicholaus quartus, natione [Marchianus[i] de civitate Eschulana], ex patre[k] . . . . .[l], [dictus[m] Georgius[7] ordinis Minorum] successit Honorio pape IIII[to] inperiali sede vacante, [sedit[n] annis II, m. IIII[8]][o].

a) .d. *c.* b) cremoñ *c.* c) *post haec quatuor vel quinque versus vacant.* d) *sic c.* e) *uncis inclusa post ab Alb. in columna suppl.* f) supradictus *c.* g) *reliqua, plus tertia, pars paginae* 181. *versae vacat.* h) *spatium diei inserendo vacat.* i) march. *in columna,* de civ. Eschul. *in marg. post suppl.* k) *seq.* scto (?) *delet.* l) *spatium nomini inserendo vacat.* m) *seq.* Gergo Gero *(delet.)* dictus *(iterum, non delet.); haec uncis inclusa post (alia manu?) in marg. suppl.* n) *uncis inclusa post (alia manu?) in columna suppl.* o) *reliqua pars paginae* 182. *rectae vacat.*

1) *Malik el-Mansur Kelawun.* 2) *Cf. supra a.* 1168, *p.* 34, *l.* 35. *et p.* 36, *str.* 12. 3) *Wilhelmus V. obiit a.* 1292. *Febr.* 6. 4) *Die Iul.* 14. *a.* 1290. *secundum Necrologium ecclesiae maioris Cremonensis, 'Archivio storico Lombardo' VIII* (1881), *p.* 248. 5) *Malik el-Aschraf.* 6) *Potius prima ut supra l.* 2. 7) *Potius Ieronimus, Geronimus etiam ab Italis dictus, cuius formae initium deletum praecedit.* 8) *Potius plus quatuor annis.*

*Anno ab incarnatione Domini M°[CCLXXXXV.[a]][1] Celestinus papa, [dictus[b] frater Petrus de Morone], quintus, natione . . . . .[c], ex patre . . . . .[c], successit Honorio[2] . . .[d] pape inperiali sede vacante, qui sedit in pontificatu[e] [m.[f] V et d. VIII, et cessavit d. XI], qui proprio nomine vocabatur Petrus[g]. *f. 182'. 1294.

*Anno ab incarnatione Domini M°CC°LXXXX°V°, [indictione[f] nona, die tercio exeunte Decembri[3] fuit electus et consecratus die XXIIII. Ian.] Bonifacius papa VIII[us], qui proprio nomine vocabatur Benedictus, natione . . . . .[c], ex patre . . . . .[c], successit [Celestino[h]] pape; qui sedit annis octo, [m.[i] VIIII[or], d. XVIII] inperiali sede vacante. *f. 183'. Dec. 29. 1295. Ian. 24.

Cuius tempore, scilicet anno Domini M°CCLXXXXVI, dominus don Petrus de Curtis, civis Placentinus, monacus monasterii[k] sancti Laurentii[l] Cremonensis[m], factus fuit abbas monasterii[k] prelibati per mortem domini[n] Comitis abbatis condam dicti monasterii[k]; qui[4] satis male rexit monasterium[k], ex eo quod monacis claustralibus dicti monasterii[k] dedit salarium, unicuique per se, pro eorum alimentis et vestimentis contra regulam sancti Benedicti et canonicas scancciones[o].*. 1296.

[Eodem[p] vero anno, scilicet anno Domini M°CCLXXXXVI, dominus[n] Raynerius factus fuit episcopus Cremonensis[m]].

Anno autem suprascripto et M°[CCLXXXXVI.[q]] dominus Raynerius de . . . . .[c] factus fuit episcopus[r]

*) *Hoc loco sequuntur in columna deleta, quae infra recurrunt:* Anno vero M°CCLXXXXVII. dominus dux Austrie factus fuit rex Romanorum. 1298. Ex eo autem quod in locis deputatis non fuit coronatus[s] nec intravit cum virtute et maiestate, quia morte preventus est et vitam finivit, sic inter inperatores non est conputandus. 1308.

a) *numerus uncis inclusus alio atramento ab Alb. in columna suppl.* b) *uncis inclusa post (alia manu?) in marg. suppl.* c) *spatium nomini inserendo vacat.* d) *spatium numero inserendo vacat.* e) *seq.* annis *delet.* f) *uncis inclusa in columna ab Alb. post suppl.* g) *reliqua pars paginae* 182. *versae et pagina* 183. *recta vacant.* h) Honorio *delet. et (ab Alb.?) add.* Celestino. i) *uncis inclusa alio atramento ab Alb. in columna suppl.* k) mon̄ *c.* l) Laur̄ *c.* m) cremon̄ *c.* n) .d. *c.* o) *sic c.* p) *uncis inclusa alio atramento ab Alb. in marg. suppl., sed deleta, quia infra in columna leguntur.* q) *numerus uncis inclusus ab Alb. in marg. suppl.* r) *in marg.:* Nota de episcopo cremon̄. s) *seq.* ꝗ (qui) *delet.*

1) *Potius a.* 1294. 2) *Potius Nicolao IV.* 3) *Die Dec.* 24. *a.* 1294. *electus est.* 4) *Scil. Petrus de Curtis.*

1296. Cremonensis[a]; [et[b] eodem anno dominus Comes abbas[c.1]
Sancti Laurentii[d] Cremone diem clausit extremum die
Oct. 4. IIII[to] Octubr., qui bene rexit monasterium[e] suum].
1298. Anno vero ab incarnatione M°CCLXXXXVII. dominus Albertus dux Austrie factus fuit rex Romanorum.
Ex eo autem quod in locis deputatis[2] non fuit coronatus
nec intravit cum virtute et maiestate inperiali, pre-
1308. ventus morte vitam finivit. Ideo in numero inperatorum
non est conputandus.
1298. Millesimo CC°LXXXX°VIII°. Conpillatus[f] seu publicatus fuit liber iuris canonici qui appellatur[g] Sextus
a dicto summo pontifice Rome apud Sanctum Petrum
Mart. 3. quinto Nonas Martii pontificatus sui anno quarto[3].

Eodem vero anno dominus[h] Matheus de Vicecomitibus de Mediolano, inperialis vicarius[i], retento sibi
nomine vicariatus instituit dominum[h] Galeazium, eius
primogenitum, in capitaneum populi Mediolani. Et
1299. eodem quoque anno dominus[h] Raymondus de la Ture,
civis nobillis Mediolani, qui erat patriarcha Aquiligensis,
(Febr. 23*)*. [obiit[k]].
1298. Eodem[4] vero anno facta fuit pax generalis in
Briscia per dominum[h] episcopum Berrardum de Madiis
Mart. (25). de mense Marcii, vocatis ad patriam quatuor partibus
virorum civitatis Brixie et districtus diversis temporibus expulsis de Brixia et tunc extrinsecis et variis partibus sive locis residentibus, videlicet parte Ghibelinorum antiquorum, de qua fuerunt principales illi de Bochaciis, illi de Prandonibus, illi de Mandugasinis, illi de Sancto Gervasio sive de Fregamulis, illi de Agnellis, illi de Alberticullis[l], illi de Lanuce, illi de Turbiado, dominus[h] Lafranchinus de Lavellongo, illi de Federicis de Valcamonica et illi de Yseo ac multi allii populares et nobilles civitatis predicte et districtus. Item parte Bardellorum, de qua fuerunt principales et maiores illi de Buchis, illi de Calzavelliis, illi de Concessio, illi de Pregnachis[m], illi de Mayrano, illi de Lechapestis, dominus[h] Berrolinus

a) cremoñ *c.* b) *uncis inclusa in marg. ab Alb. suppl.* c) abbas *(vel* abbtis*)* *c.* d) Laur̄ *c.* e) moñ *c.* f) Conpillatum *corr.* Conpillat9u *c.* g) appellatus *corr.* appellatur *c.* h) .d. *c.* i) vicar̃ *c.* k) obiit *om. c.* l) albertucullis *corr.* alberticullis *c.* m) pr *ex parte macula atramenti tectum non certo legitur, sed ut scripsi habet etiam Iac. Malvecius l. l. c.* 122.

1) *Hic etiam fuit de gente Bezanorum; cf. praef. nostram.* 2) *Cf. supra p.* 4. 5. *et p.* 10. 3) *Cf. Potthast nr.* 24631. 4) *Ad sequentia cf. Iac. Malvecius dist. VIII, c.* 122. 123, *Muratori, SS. XIV, col.* 961 *sq.; Fed. Odorici, 'Storie Bresciane' VI, p.* 253 *sqq.*

de Cazago et multi allii nobilles et populares civitatis et districtus. Item partem[a] Grifforum, de qua fuerunt ipsi principalles et aliqui Confanoniorum[b] cum domino[c] Goytio de Foro, illi de Roriugo et aliqui Ugonum, scilicet dominus[c] Riçardus et fratres eius, ac dominus[c] Rizardus de Orianis et pauci allii. Item parte domini[c] Gratiadei de Calvixano[d] iudicis[e] et plures[a] populares. Ad quarum omnium partium expulsionem fuerunt infrascripti omnes, qui tunc appelabantur Guelfi, videlicet illi de Flamegis, illi de Gambara, illi de Madiis, illi de Brusadis, illi de Tagentinis, illi de Sallis, illi de Lavellongo, multi illorum de Cazago, illi de Palazo, illi de Porzano, multi illorum de Ugonibus, illi de Gusiago[f], illi de Pontecharalli, illi de Calcaria, illi de Salodo, illi de Martilego, *illi de *f. 184. Guaytanis et multi allii nobiles et populares tunc temporis non parve condiccionis existentes. Qua pace solempniter per dictas partes iurata fuit constitutus per 1298. ipsas partes dictus dominus[c] episcopus Berrardus in gubernatorem et dominum quinque annis duraturum[g] ipsius civitatis et districtus[1]. Et antequam ipse terminus quinque annorum fuerit finitus, scilicet M°CCC° tercio, 1303. transmissus fuit ad confines Tervixium dominus[c] Tebaldus de Brusatis[h] absque ullo insultu armorum; et post hoc ad paucos dies arma sumpserunt Guelfi, set non omnes, et inconsulto modo et inordinato, ex quo nichil facere potuerunt, ymo acceserunt[a] illi de Griffis et de Confanoneriis, scilicet dominus[c] Coradinus et eius fratres, dominus[c] Goycius de Foro, dominus[c] Rizardus de Ugonibus et eius fratres et aliqui allii ad domum domini[c] Ghirardi de Gambara, et ibi deposuerunt tamquam victi arma sua et Brixiam dispersim exiverunt atque districtum; quorum aliqui Pergamum iverunt, aliqui Cremonam et aliqui Mediolanum, et sic extra suam patriam alienis terris permanserunt VII annis, videlicet usque ad introitum Mediolani factum per dominum[c] Henricum in- 1310. peratorem[2]. Nam ante adventum dicti inperatoris omnes civitates Lombardie in manibus et forcia erant et diu steterant partis Guelfe preter Veronam et Mantuam.

a) *sic c.* b) *sic hoc loco c.; cf. infra l.* 27. c) .d. *c.* d) *sic aut* taluixano *legi potest in c.* e) Iud̄. *c.* f) Gufiago *legi posset in c.* g) durat'm *c.* h) *sic hoc loco, cf. supra l.* 10.

1) *Hoc iam die Mart.* 5. *vel* 6. *factum esse tradit Iac. Malvecius l. l. c.* 123. 2) *A.* 1310.

1303? Eodem vero anno dominus[a] don Ghirardus de Bezanis, civis Cremonensis[b], factus et creatus fuit abbas monasterii[c] sancti Laurentii Cremonensis[b] per mortem condam domini[a] don Petri abbatis dicti monasterii[c].

1302. [Anno[d] vero eiusdem[e] rex Karolus Sine-terra supradictus[1] rediit in Francia, quia rex Francie[2] illo tempore maximum habuit dampnum de millitibus et alliis, et *(Iul. 11)*. comes de Artese[3] tunc obiit, et prelium[4] fuit in Flandria].

1298. Anno Domini ab incarnatione millesimo CCLXXXXVIII, pontificatus eius anno quarto, conpilatus fuit liber sexti super decretales[5].

1301. . . . . . .[f] cognominis[g] Sine-terra[6], frater regis Frantie, venit Rome de mandato domini pape. Deinde *(Nov. 1)*. ivit Tusciam et accepit Florentiam. Unde multi cives mortui fuerunt et depredati, parentela de[h] Circlis expulsi et mortui fuerunt, et alie civitates de Tuscia insultate et posite in guerram; et dominus Albertus de *(Sept. 3)*. la Scalla obiit.

1300. Anno[i] Domini M°CCC°, indictione XIII[a], usque ad sanctum Petrum fuit Rome indulgentia omnium peccatorum omnibus peccatoribus, qui visitabant limina appostolorum Petri et Pauli continuando in Urbe XV diebus, et quasi totus populus Christianus ivit acceptam[k] indulgentiam. Hoc anno terra sancta Iherusalem exempta fuit de manibus Sarracenorum per Tartaros et per allios reges Armenie[7] et Cipri[8].

1302. Anno[l] vero ab incarnatione Domini [M]CCCII.[m] de *Iun. (15)*. mense Iunii dominus[a] Matheus[n] de Vicecomitibus deperdidit[o] dominium Mediolani et expulsus[p] fuit cum aliquibus suis propinquis, agnatis[q] ipsis existentibus in exercitu ad partem de Melzo comitatus Mediolani, et tunc nobiles

a) .d. *c.* b) cremoñ *c.* c) moñ *c.* d) *uncis inclusa post ab Alb. minoribus litteris inter praecedentia et sequentia scripta sunt.* e) *sic c.* f) *haec in marg. super. sinistra ab Alb. scripta sunt, cuius loci initium a bibliopego abscisum est.* g) cognoms *signo compendii absciso c.* h) *seq.* ar (?) *delet.* i) *sequentia in marg. interiore (sinistra) ab Alb. suppl.* k) *sic* (accepta}) *c. pro* accepturus. l) *haec in exteriore (dextra) marg. ab Alb. suppl.* m) M *om. c.* n) *haec aqua vel alio humore laesa sunt, ut quaedam non certo certius legi possint, ut* Ma. o) erdidit *non certo certius legitur.* p) ulsus *incertum.* q) a *et* n *incerta.*

1) *Nihil supra dictum est de Karolo I. comite Valesiae (non rege). Patet haec scripta esse post locum infra l.* 13. *sequentem. Qui Karolus a.* 1302. *Nov. ex Italia in Franciam rediit.* 2) *Philippus IV.* 3) *Robertus II.* 4) *Curtracense a.* 1302. *Iul.* 11. 5) *Haec vide iam supra p.* 66. 6) *Karolus I. comes Valesiae supra dictus.* 7) *Haithonem II.* 8) *Henricum II.*

et potentes Lonbardie induxerunt[a] dominos de la Ture, 1302.
venire et intrare fecerunt civitatem Mediolani; et sic (Iun. 16).
status civitatis Mediolani fuit mutatus[b].

Anno[c] Domini M⁰CCCIII, indictione prima, do- 1303.
minus papa Bonifacius fuit captus et detentus de man- (Sept. 7).
dato regis Francie per Sarram de Columpna et suos
conplices et stando sub fida custodia pre dolore et tri-
sticia vitam finivit. Et in dicto mense[1] electus fuit (Oct. 11).
dominus Benedictus, qui vocabatur Nicholaus.

*Anno[d] ab incarnatione Domini M⁰CCCIII, indic- *f. 184'.
tione prima, de mense Octubr. Benedictus papa XI[us], Oct. (22).
natione Tarvisinus [de[e] civitate Tervixii], qui primo
fuerat cardinalis, qui proprio nomine vocabatur Nicholaus,
[ordinis[e] Predicatorum magister], successit Bonifatio VIII⁰
pape inperiali sede vacante. Cui pape Benedicto multi
ambaxatores iverunt Romam de multis civitatibus[f] Ytalie
pro honore dicti domini[g] pape. [Peruxii[h] papa moritur 1304. (Iul. 7).
et[i] ecclesia fratrum Predicatorum Peruxii seppelitur][k].

Anno Domini M⁰CCCIIII[or] dominus Bertolameus
de la Schala, capitaneus Verone, obiit de mense Martii, Mart. (8).
et dominus Alboynus, eius frater, electus fuit capitaneus
generalis Verone[l. 2].

*Anno[m] ab incarnatione Domini M⁰CCCV. Clemens *f. 185. 1305.
papa quintus, natione Vascho, ex patre . . . .[n], qui
proprio nomine vocabatur [Beltrandus[o]], successit Boni-
facio[3] inperiali sede vacante. Hic papa Clemens sedit
in pontificatu annis [XI[p. 4], primo fuit archiepiscopus
Burdegalensis, cepit in vigilia pasce pentecostes. Iste con- Iun. 5.
stituit inperatorem Henricum].

Anno[q] Domini M⁰CCCV, indictione III[a 5], dominus 1306.

a) erunt *certo legi nequit.* b) *post haec dimidia pagina vacat.* c) *haec in ima pagina* 184. *recta post ab Alb. suppl.* d) A *minio supplendum deest;* nno — M⁰ *atramento aquoso,* CCCIII — seppelitur *atramento nigro scripta sunt.* e) *uncis inclusa in marg. post suppl.* f) *seq.* Lonbardie *delet.* g) . d . *c.* h) *uncis inclusa post ab Alb. addita.* i) *supple* in. k) *post haec quinque versus vacant.* l) *post haec maior pars paginae* 184. *versae vacat.* m) A *minio supplendum deest.* n) *spatium nomini inserendo vacat.* o) Beltr. *in spatio vacuo relicto ab Alb. suppl.* p) XI *et deinde alio atramento* primo — Henricum *post in spatio vacuo relicto ab Alb. addita.* q) *haec posterius quam reliqua huius paginae, sed prius quam uncis inclusa l.* 27—29, *ut videtur, scripta sunt.*

1) *Nullus mensis praedictus est, infra l.* 11. *recte* de mense Octubr. 2) *Cf. Syll. potest. Veron., 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 405 *sq.* 3) *Perperam pro Benedicto XI.* 4) *Potius non plenis novem annis.* 5) *Potius quarta. Mense Ian. anni* 1305. *quidem erat indictio tertia, sed quarta secundum nostram computationem, secundum quam haec ad a.* 1306. *spectant.*

1306. Ian. 26. marchio Estensis[1] amisit Mutinam et Regium die VI⁰ exeunte Ian.[2].

1308. Anno vero ab incarnatione Domini M⁰CCCVI.[3] dominus Guido de la Ture factus fuit civitatis et comitatus Mediolani dominus generalis.

1307. (Aug. Sept.) Eodem autem millesimo[4] territorium Cremonense[a] fuit derobatum per Brixienses, quorum Brisiensium erat dominus[b] Berrardus de Madiis episcopus, dicte civitatis dominus generalis.

1307. Sept. Anno Domini M⁰CCC⁰VII. de mense Septembr.[c·5] dominus[b] Tebaldus de Brusatis una cum Griffis, Confanoneriis, domino[b] Rizardo de Ugonibus et eius fratribus ad terram de Gaydo transeundo per Fontanellam cum auxilio lige Guelforum Lonbardie, maxime Cremonensium. Et homines dicte terre absque armorum strepitu ipsas gentes susceperunt; non erat tunc ulla fortalicia Gaydi, et ibi dicte gentes sex diebus moram fecerunt. Deinde sine ulla expulsione et fuga redierunt Cremonam, de qua reversione inculpati fuerunt aliqui Cremonenses. Quo facto condempnati fuerunt comune et ipsius terre Gaydi homines in X milibus[6] librarum bone monete Brixiensis[d] per dominium dicte civitatis Brixie, et ipsa condempnatio valde cito a dictis hominibus exacta fuit[e].

1308. Anno Domini M⁰CCCVIII. dominus Castonus de la Ture factus fuit archiepiscopus Mediolani. Eodem
Oct. 18. 16. autem millesimo[f], die XVIII. Octubr., in festo sancti Galli[7] migravit de hoc seculo dominus[b] Berrardus de Madiis, episcopus et dominus generalis civitatis Brixie, et dominus[b] Mafeus de Madiis, eius frater, in pleno conscilio electus fuit in capitaneum et dominum Brixie et districtus, cuius dominium duravit duobus annis, et eius bonum fuit dominium. Eodem vero millesimo[f], die
1309. Ian. 2. II⁰ Ian. dominus[b] don Ghirardus[8], abbas monasterii[g]

a) cremoñ *c.* b) . d . *c.* c) setpb̄r *c.* d) brix̄ *c.* e) *seq.* Eode (!) *c.* f) M⁰ *c.* g) moñ *c.*

1) *Azzo IV. (VIII.).* 2) *Regium demum sequente die (Ian.* 27*). Cf. Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 735; *Chron. Estense, Muratori, SS. XV, col.* 354; *Riccobald. Ferrar., ib. IX, col.* 255. 3) *A.* 1308. *Ian. et Oct. demum.* 4) *A.* 1307. *potius; cf. Ann. Parm. mai. p.* 741 *sq.* 5) *Ann. Parm. mai. p.* 743. *hoc mense Decembri factum esse tradunt. Ad haec cf. Iac. Malvec. VIII,* 126, *Muratori, SS. XIV, col.* 963 *sq.* 6) in XX^M librarum Brixiensium *Ann. Parm. mai. l. l.* 7) *Dies s. Galli est Oct.* 16, *non* 18. *Odorici l. l. VI, p.* 278. *Berardum die Oct.* 16. *mortuum esse dicit teste recentiore allato.* 8) *Qui Geraldus nominatur in litteris p.* 71, *n.* 1. *laudatis.*

sancti Laurentii Cremonensis[a], interfectus fuit per asa- 1309.
sinos domini[b] Gregorii de Summo[c] ad Lacumschurum[1].
Loco cuius institutus fuit dominus[b] don Abraminus de
Bezanis in abbatem dicti monasterii[d].

Hoc[e] anno, indictione VI[a], dominus Azo marchio 1308.
Estensis obiit in terra de Este Paduani districtus die
penultimo Ian.[2] Dominus Frescus, fillius[3] condam dicti *Ian.* 30.
domini[b] marchionis, cum adiutorio Bononiensium accepit
dominium Ferrarie et acquisivit omnes[f] terras, Rudigium,
Arquadam de saltu, Costam, Fratam, et expulsit dominum
Francischum[4] marchionem cum gente sua. Eodem vero
anno dictus dominus[b] Francischus marchio sic expulsus
de Ferraria cum auxilio Paduanorum intravit Ferrariam
armata manu, ibi existentibus legatis domini[b] pape cum
Venetis et alliis Ferrariensibus, retinentes Veneti castrum
Tealdum; tandem subito dominus[b] Francischus marchio
cum Paduanis expulsus fuit, unde Veneti habuerunt dominium
Ferrarie et ibi posuerunt potestatem[g] de Venetiis;
quare fuerunt excomunicati, quam[h] spreverunt, nec dimiserunt
dictam civitatem.

Anno[i] Domini M°CCCVIIII°r dominus papa misit 1309.
legatum suum[5] ad excomunicandum Venetos pro captione[k] Ferrarie, sic quod omnes religiosi de Venetiis recesserunt, et cum auxilio Paduanorum[l] tandem post multas occisiones et mortalitates hinc inde factas dominus[b] Francischus marchio cum auxilio predictorum intravit Ferrariam, et dominus[b] papa quendam nepotem suum Ferrarie missit pro potestate; et predicata fuit crus[m] contra Venetos, qua de causa Veneti passi fuerunt magnum dampnum in rebus et personis.

Anno Domini M°CCC°XIII, pontificatus dicti domini[b] Clementis pape quinti anno VIII°, civitas Yherusalem capta fuit ab infidelibus[6], pro qua captione cele-

a) Laur̄ cremon̄ *c.* b) .d. *c.* c) *seq.* Loco cui *delet.* d) mon̄ *c.* e) *quae in pagina* 185[r]. *sequuntur omnia post ab Alberto suppleta sunt, et haec* Hoc anno — dictam civitatem *(l. 20) post ea quae sequuntur de a.* 1313, *l.* 31 — *p.* 72, *l.* 2, *illa enim minoribus litteris inter praecedentia et locum anni* 1313. *scripta sunt ac deficiente spatio ex parte in margine.* f) oīs *non certo legitur in c.* g) *seq.* aue(?) *delet.* h) *sic c. (scil.* excommunicationem*).* i) *haec* (— rebus et personis *l.* 30) *in marg. interiore (sinistra) ab Alb. post suppl.* k) cāptiōe *c.* l) pad' *c.* m) *i. e.* crux.

1) *Cf. litteras Clementis V. papae datas a.* 1310. *Mart.* 25; *Sommi-Picenardi, 'La famiglia Sommi' p.* 25, *nr.* 17, *in quibus Cinellus de Summo canonicus dicitur is, qui abbatem occidendum curaverit.* 2) *Chron. Estense l. l. col.* 360: die ultimo mensis Ianuarii de nocte *anni* 1308 *(non* 1309*).* 3) *Illegitimus.* 4) *Fratrem Azzonis IV. (VIII.) marchionis.* 5) *Arnaldum de Pellagrua card. diac. S. Mariae in Porticu.* 6) *Minime.*

1311. bratum fuit concilium universale in civitate Vienensi pro
Oct. 1. recuperatione dicte civitatis*. In[a] dicto concilio, ubi
1312. ipse erat presens, die Kall. Octubr. cassavit ordinem militie Templi[1]; qui ordo in una die per totum mondum dicitur fuisse expulsus, quod nullus penitus remansit in dicto ordine, et hoc dicitur fuisse factum ad sugestionem domini[b] Filipi regis Francie, inpositis ipsis Templariis heresibus et blasphemiis diversis contra Deum et catholicam fidem[c], nec[d] tamen audiri non[e] potuerunt aliquo modo debito ordine iuris, set papa ipsos non auditos dampnavit pro suo arbitrio contra voluntatem concilii et bona eorum vendidit Hospitalariis. Hac cassatione audita soldanus Babilonie Egipti maximam solempnitatem cum principibus suis et toto populo fecit, gracias reddens Magomet prophete suo, qui tantum beneficium eis dedit mediante papa Christianorum, quale non erat memoria recepisse Sarracenos per Magomet a longissimis temporibus. Non multo[f] post rex Francie prefatus, dum esset in venatione[g], ab uno apro de equo deiectus est
1314. *(Nov. 29).* et [mortuus[h]][2], nec aper umquam in posterum aparuit; papa[i] dicitur repentina morte interiisse . . . .[k] de nocte cerei cadentes super eius corpus magnam partem corporis conbusserunt. Hoc inveni scriptum[l] in quadam istoria satis autentica[3].

1313. Eodem vero scilicet millesimo dominus[b] Egidiolus de Bonseriis, civis Cremonensis[m], factus fuit episcopus
1317. Cremonensis[m]. [Cui[n] successit anno Domini M°CCC°XVI.[4]

1311. *Oct.* 1. 1312. *Apr.* 6. *) *In marg. haec alia manu scripta sunt, quae difficillime leguntur:* Nota, quod anno Domini M°CCCXI. die Kall. Octubr., et terminatum fuit anno sequenti VI. die Aprillis, et sic duravit ultra sex menses, ut habetur in Cle[mentinis] *de censibus,* c.[o] *Cum sit*[5] in glo. Vide . .[p] etiam in novella Q. *de elect.*[q], c. *Nemo* in glo. II. *quantitas.*

a) *sequentia* (— satis autentica *l.* 24) *in marg. dextra alio atramento ab Alb. suppl.* b) . d . *c.* c) *in marg.:* Nota de casatione militie Templi. d) *seq.* tm *delet.* e) non *delendum.* f) ulto *certo legi nequit, haec enim in marg. scripta valde attrita sunt.* g) natione *certo legi nequit.* h) *hoc verbum detritum legi nequit.* i) pa *legi nequit.* k) *aliquot verba partim detrita, partim a bibliopego abscisa sunt.* l) scrip *legi nequit.* m) cremoñ *c.* n) *uncis inclusa linea perducta deleta. — In marg.:* Nota de episcopo Cremoñ. o) *seq.* ad *delet.* p) *littera legi nequit.* q) elect. *legi nequit.*

1) *Litterae, quibus ordo Templariorum cassatus est, datae sunt a.* 1312. *Mart.* 22. *K. W.* 2) *Idem multi auctores falso tradunt. Cf. L. Lacabane, 'Bibl. de l'école des chartes' III, p.* 1 *sqq.* 3) *De parte corporis papae combusta refert etiam Franc. Pipin. IV,* 49, *Muratori, SS. IX, col.* 751. 4) *Demum a.* 1317. *Aug.* 1. *electio Egidioli de Bonseriis a Iohanne XXII. papa cassata est.* 5) *L. III, tit.* 13, *c.* 1.

dominus[a] Egidius de Madalbertis, civis Cremonensis[b], 1317. in episcopum Cremonensem[b, 1]].

Anno[c] Domini M⁰CCCXIIII^or, indictione XII, die 1314. XXI. Aprillis[2] dominus[a] papa diem clausit extremum[d]. *Apr. 21.*

*Anno[e] ab incarnatione domini nostri Yhesu Christi **f. 186.* M⁰CCC⁰VIII. Henricus sextus[f], comes de Lucimburgo, 1308. Alamanus electus fuit in inperatorem Romanorum, qui successit Frederico inperatore[g] secundo pontificatu domini[a] Clementis pape quinti, qui regnavit apud Romanos annis X[3].

Anno[h] Domini M⁰CCCVIIII^or [4], indictione VII^a, die 1310. primo Aug.[5] ambaxatores domini Henrici electi inpera- *Aug. 1.* toris venerunt Padue cum litteris dicti inperatoris, qui petierunt, quod dictus dominus[a] volebat venire in Padua, et allia multa dixerunt de exaltatione inperatoris; quibus responsum fuit per comune Padue, quod sibi placebat de sua electione, coronatione, exaltatione et omni honore suo. Set civitas Padue est in pacifico et tranquillo statu, unde non est necesse, quod idem dominus[a] inperator veniat ad pacificandum eam, secundum quod in suis litteris continetur, quia timent de suo adventu, recordantes de adventu domini inperatoris Frederici, quid fecit, quia dimisit suum vicarium[i] perfidum Hezelinum[6], qui eam destruxit, et Vicentiam conbussit. 'Ideo nolumus eum venire'.

Anno[k] Domini M⁰CCCX. Veronenses et Mantoani 1312. acceperunt Mutinam, et dominus Francischus marchio factus fuit capitaneus generalis Ferrarie.

Anno vero Domini M⁰CCCX. dictus dominus[a] inpera- 1310. tor desendens[l] de Alamania venit primo ad civitatem

a) . d . *c.* b) cremoñ *c.* c) *haec in marg. inferiore ab Alb. suppl.* d) *pagina* 185ᵛ. *vacat.* e) A *minio pingendum deest.* f) sextus *ab Alb. superscr.* g) *sic c.* h) *haec* (— nolumus eum venire *l.* 25) *post praecedentia et sequentia* (Anno vero Domini M⁰CCCX. *etc. l.* 29 *sqq.) inter utrumque locum post ab Alb. addita.* i) vicar̄ *c.* k) *haec in marg. ab Alb. suppl.* l) *sic c. pro* descendens, *ut persaepe scriptum est.*

1) *Cf. infra f.* 189', *p.* 86. 2) *Potius die* 20. *April.* 3) *Non plenis quinque annis.* 4) *A.* 1310. *potius.* 5) *Hist. Cortus. I,* 11, *Muratori, SS. XII, col.* 778, *tradit episcopum Constantiensem legatum* de mense Iulii *Paduam advenisse. Et demum die Iul.* 30. *legati Mutinam venerunt, teste Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 101, *ad quam civitatem Padua iverunt.* 6) *Vide relationem legatorum, LL. Const. IV,* 1, *p.* 330, *nr.* 24, *in qua quidem dictum est Paduanos Ezzelini mentionem fecisse, nihil vero de eo, quod Henricum regem ad ipsos advenire noluissent.*

1310. Dec. (23). Asti, deinde secus festum nativitatis Domini Mediolanum [intravit[a] et ibi fuit coronatus per archiepiscopum Mediolani[1] corrona ferrea
1311. in ecclesia sancti Ambrosii
Ian. 6. in festo epifanie], et cum

Anno[b] Domini M°CCCXI, indictione VIIII[a], dictus inperator fuit coronatus per archiepiscopum Mediolani corona ferrea in ecclesia sancti Ambroxii in Munza[2] in festo epifanie.

eo venerunt quam plures de Mediolano et alliis civitatibus Lonbardie exules, in quibus erant principales dominus[c] Matheus de Vicecomitibus et fillii eius cum parte sua de Mediolano, dominus[c] Tebaldus de Brusadis Brixiensis cum parte sua, de Cremona dominus[c] Manfredinus[d] de Pelavicinis cum parte sua, et multi allii nobilles et populares civitatum Lombardie exules. Et tunc in Mediolano cum gentibus suis, baronibus et principibus Alamanie, Francie et Lonbardie existens reconciliavit omnes exules predictos et privatos patriis suis, prononciando concordiam et pacem civitatibus et terris, quibus voluit. Set Cumis et Pergamo, Verone et Mantue iusticiam non servavit. Et dictus dominus[c] inperator ibidem parvo tempore residendo civitatum quasi omnium Lonbardie habuit potestatem et transmisit ad eas suos vicarios. Nam ante adventum[e] dicti domini[c] inperatoris omnes civitates Lonbardie in manibus et forcia erant et diu steterant partis Guelfe preter Veronam et Mantuam[3]. Erat quidem dominus[c] Guido de la Ture tunc capitaneus et dominus generalis civitatis Mediolani et comitatus et ex quadam deceptione sibi facta per illos de Vicecomitibus expulsus per gentes dicti domini[c] inperatoris de Mediolano fuit cum paucis sequacibus, videlicet cum eius filliis et illis de domo sua et certis civibus, suis amicis*,
Febr. 12. [die[f] XII. Febr. Anno autem suprascripto, scilicet

*) *Sequitur in textu linea perducta deletum:* Et eo autem tempore Cremonenses, quibus preerant dominus[c] Sopramontus de Amatis. *Cf. infra p.* 75, *l.* 16 *sqq.*

a) *uncis inclusa in marg. ab Alb. suppl.* b) *haec inferius in marg. sinistra ab Alb. suppl.* c) . d . *c.* d) Marchisinus *in textu delet., et in marg. ab Alb. corr.* Manfredinus. e) ad aduentum *c.* f) *uncis inclusa in marg. dextra ab Alb. suppl.*

1) *Castonum de Turre.* 2) *Immo Mediolani, ut Albert. loco columnae* 1. *et etiam supra p.* 5, *n.* † *scripsit.* 3) *Eadem supra p.* 67, *l.* 36—38. *dicta sunt.*

M^{0}CCC^{0}X^{0}, die XX. Febr.[1] dominus[a] Fachetus[b] de Canosia marchio[2], vicarius dicti domini[a] inperatoris, qui gubernabat civitatem Cremone[c] pro dicto domino[a] inperatore, fuit expulsus de dicta civitate per nobilles et popullares dicte civitatis]. 1311. *Febr.* 20.

In M^{0}CCC^{0}XI. dominus[a] Matheus de Vicecomitibus tamquam vicarius dicti domini[a] inperatoris incepit regere civitatem et comitatum Mediolani per unum mensem tantum. [Eodem[d] millesimo[e], die XXIIII^{or} Aprillis dominus[a] inperator habuit Castrum-Leonem et castrum Pizileonis[3]]. Et hoc facto eodem millesimo[f] prefatus dominus[a] inperator die XXVII. Aprillis[4] equitavit cum paratu multarum gentium Cremonam[5], ex eo quod Cremonenses prefati depellerant[g] rectorem[6], qui erat Cremone pro dicto domino[a] inperatore, et signa fecerant inhobediencie versus eumdem. Nobilles autem qui preerant civitati Cremone tunc erant dominus[a] Supramontus de Amatis cum illis de domo sua, illi de Burgo, dominus[a] Poncinus de Ponzonibus, dominus[a] Gulielmus de Cavalcabobus, dominus[a] Gregorius de Summo, illi de Pizenardis. Et quando ipse inperator fuit propinqus[g] Cremone ad quatuor milliaria, exiverunt ipsam civitatem XXIIII^{or} de maioribus et sapientioribus civibus Cremone. Inter quos fuit dictus dominus[a] Supramontus de Amatis, qui erat capitaneus[h] totius populi Cremone, et post eum universaliter totus populus dicte civitatis; et quando Cremonenses predicti fuerunt ad iactum baliste dicto inperatori vicini, in lutum maximum eorum corigiis ad colla sua positis et flexis genibus se proiecerunt clamantesque cum toto eius populo ad ipsum inperatorem

Apr. 24. *Apr.* 27.

a) . d . *c.* b) he *certo legi nequit.* c) cremoñ *c.* d) *uncis inclusa in marg. interiore (sinistra) ab Alb. suppl.* e) m^{0} *c.* f) M^{0} *c.* g) *sic c.* h) cap̄ *c.*

1) die sabbati, die 18. mensis Febr. *Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 102, *sed dies sabbati a.* 1311. *fuit Febr.* 20. *Die Febr.* 25. *hoc factum esse tradit Sagacius de Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 21. 2) *In catalogo vicariorum, LL. Const. IV,* 1, *p.* 534, *nr.* 579, *Franciscus marchio de Cauresano dicitur vicarius Cremonensis.* 3) *Die* 26. *Apr. constituti sunt procuratores Pizileonis castri, qui imperatori fidelitatem iurarent; Bonaini, Acta Henrici VII. I, p.* 177 *sq., nr.* 112. 4) *Die* 26. *April. potius, ut tradunt Ioh. de Bazzano l. l. p.* 103. *et Fragm. Cremon., SS. XVIII, p.* 808, *et Sagacius de Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 22. 5) *Ad sequentia cf. Iac. Malvec. IX,* 4, *l. l. col.* 967; *etiam Chron. Est., Muratori, SS. XV, col.* 372; *Ioh. de Bazzano l. l. p.* 103, *etc.* 6) *Cf. supra l.* 1 *sqq.*

1311. atque postulantes 'misericordiam, misericordiam'[1]. Ipse autem inperator ab allia[a] parte vie transivit versus pre- *f. 186'. dictos misericordiam *clamantes, eius faciem non volvendo, et equitavit versus Cremonam, in luto relictis dictis XXIIII[or] magnis civibus. Qui XXIIII[or] cives, inter quos fuit dictus dominus[b] Supramontus de Amatis, fuerunt de mandato inperatoris inmediate ligati et conducti ad diversos carceres districtus Cremone, et dictus dominus[b] Supramontus ligatus conductus fuit et positus in carceribus in quadam rocha Castri-Leonis districtus Cremone; qui carceribus crudeliter omnes quasi vitam in parvo tempore finierunt[2]. Et plures maiorum Cremone, qui erant indomiti et reliquis alliis maioribus minus prudentes, scilicet domini Gullielmus et Iacobus et fratres de Cavalcabobus et dominus[b] Poncinus de Ponçonibus, Gregorius de Summo, Iacopinus de Persico, Lionardus de Piçenardis, cum multis alliis civibus Cremone tunc aparuerunt sapientiores, ex eo quia exiverunt Cremonam nolentes[c] obedire mandatis ipsius inperatoris, et equitaverunt Vitalianam quasi omnes predicti[d.3]. Prefatus dominus[b] inperator de hiis civibus nobilibus sic captis et carceratis non contentus dictam civitatem explanari[e] facere voluit atque incepit. Set precibus aliquorum nobilium, principum et baronum Lonbardorum et maxime Papiensium suum propositum mitigavit. Hoc facto prefatus vero inperator habito Cremone dominio, dominus[b] Tebaldus de Bruxadis, civis et nobillis Brixie et conpater dicti domini[b] inperatoris, qui factus erat dominus[b] dicte civitatis vicariatus nomine pro ipso domino[b] in- *(Febr. 24).* peratore[4], dictam civitatem domino inperatori[f] rebellavit *Ps. 135, 20.* et se opposuit. Unde dominus[b] inperator cum *manu* *Maio.* forti *et brachio excelso* eodem millesimo de mense Madii per Soncinum et Urceas transeundo Brixiam equitavit, sine mora[g] et ibi pars magna civitatum Lonbardie ad obsidendum dictam civitatem Brixie se posuerunt. [Erat[h]

a) *seq.* uia *delet.* b) . d . *c.* c) nolentes *alio atramento ab Alb. in marg. suppl.* d) *seq.* Prof *delet.* e) *seq.* u *delet.* f) *seq.* reue *delet.* g) *sic distinctum in c. ut scripsi.* h) *uncis inclusa in marg. exteriore (dextra) non multo post ab Alb. suppl.*

1) *Cf. Nic. de Butrinto ed. Heyck p.* 22; *Ioh. de Cermenate ed. L. A. Ferrai p.* 74—76. 2) *Cf. Nic. de Butrinto l. l. p.* 29—31. 3) *Cf. Iac. Malvec. IX,* 23, *l. l. col.* 977. *K. W.* 4) *Vicarius Heinrici VII. fuit Albertus de Roroliono de Castrobarco, LL. Const. IV,* 1, *p.* 534, *nr.* 579; *Iac. Malvec. IX,* 3, *l. l. col.* 966 *sq.*

quidem dicta civitas muris et turribus fortiter clausa 1311. usque ad angulum, ubi oritur aqua fontis[a] Sancti Salvatoris[1], ita quod burgi Sancti Andree et Sancti Mafei in huiusmodi clausura erant conprehensi; et in sumitate montis Sancti Floriani fortillicia quedam erat, a qua fortillicia usque ad angullum erat spacium mirabiliter stacatum et bene clausum et similiter spatium dicti montis a sero parte a dicta sumitate usque ad pusterlam; pro defensione cuius fortallicie[b] scaramutie crudelles multum fiebant super ipsum montem; et super alterum montem versus mane, qui vocatur de Gorsini, ad oppositum intrinsequorum[b] fortillicie morabantur Brisienses extrinseci cum toto suo conatu]. In quo exercitu captus (Iun. 14). fuit ad unam scaramuziam dictus dominus[c] Tebaldus de Bruxadis, dominus[c] et capitaneus dicte civitatis, quem[b] dictus inperator dividi fecit corpus eius in quatuor partibus[2], deinde manganare fecit intra civitatem predictam dictas partes[d] corporis dicti domini[c] Tebaldi. Post paucos dies ad consimile badaluchum[e] scharamuzando captus fuit quidam nepos inperatoris[3] et conductus in civitate predicta et clamore populi fuit decoriatus et divisus per plures partes, deinde proietus[f] cum quodam mangano sub tenda seu paviono dicti inperatoris fuit. Post vero multas crudelitates et intollerabilles malicias et mortalitates hinc inde perpetratas et factas — tamen ipsa civitate obsessa circumquaque — post IIII^or menses[g] et die XXIIII^or Septembr.[h] in manibus dicti inperatoris Sept. 24. cum certis pactis se posuerunt per IIII^or cardinales editis[i] et ordinatis, quorum pactorum precipiendi arbitrium in voluntate sua de voluntate partium ipsi cardinales retinuerunt[4]. Et sic dictus dominus[c] inperator dominium habuit civitatis Brixie. Dictus namque inperator existens cum baronibus et gentibus suis in Brixia

a) fonti9 *c.* b) *sic h. l. c.* c) . d . *c.* d) *seq.* sui *delet.* e) badaluchum *c., quod fortasse* bandaluchum *legendum est.* f) *sic c. pro* proiectus. g) *seq.* et dies *delet.* h) setpbr *c.* i) *i. e.* edictis.

1) *Qui oritur ante portam orientalem quondam 'Torrelunga', iam 'porta Venezia' dictam; Am. Amati, 'Dizionario corographico dell' Italia' I, p.* 1013. 2) *Vide sententiam imperatoris datam a.* 1311. *Iun.* 20, *LL. Const. IV,* 1, *p.* 622 *sq., nr.* 653. 3) *Cf. Chron. Est. l. l. col.* 373 *(fabulose):* quidam nepos dicti imperatoris captus fuit a civibus, et assaverunt et comederunt eum; *Iac. Malvec. IX,* 12. 13, *l. l. col.* 971 *sq. Walrami fratris imperatoris vulnerati et mortui Albertus non meminit.* 4) *Sententiam latam vide LL. Const. IV,* 1, *p.* 658 *sq., nr.* 689.

1311. iussit precipitari muros in terram totius civitatis circumquaque cum omnibus portis preter portam Sancti Iohannis et Sancti Andree et Rebuffoni. Ideo quia regie porte vocantur predicte[1]. Postmodum vero eodem millesimo
Oct. 4. die IIII^{to} Octubr. predictus dominus[a] inperator remeavit Cremonam, scilicet in festo sancti Francisci[2]. In maiori ecclesia Cremonensi[b] et in ecclesia fratrum Minorum dicte civitatis lata fuit sententia a dicto domino[a] inperatore et publicata per dominum[a] Ostiensem cardinalem[3] et dominum[a] archiepiscopum Ravenatum[c. 4] et guardianum fratrum Minorum Cremone[b] de deliberatione
*f. 187. carceratorum, qui tunc *erant carcerati in civitate et castellis dicte civitatis Cremone et alibi[5]; que non fuit
(Oct. 6). in aliquo observata. Deinde equitavit Placentiam, et sic remansit dominium civitatis Cremone in manibus domini[a] Galeazii et alliorum Gubellinorum[c] Cremone.
(Oct. 21). Deinde dictus inperator Ianuam equitavit, facto precepto LXX viris civibus civitatis Brixie, nobillibus maximis et popularibus, quod ipsum inperatorem sub pena vite quocumque iret sequerentur[d]. Et sic secuti eum fuerunt usque Ianuam et ibi existentes de vicino motu ipsius inperatoris sencierunt[c] versus Romam volentis accedere. Unde una die de Ianua omnes Brixienses concorditer recesserunt, nulla obtenta licentia a dicto inperatore, et reversi sunt ad partes Parme[e] aut Placentie aut Terdone diversis modis et viis[f. 6]. Et predictorum quedam pars applicuit Vitalianam, ubi Cremonenses multi erant congregati[7], et quedam pars, non tamen[g] palam, venerunt versus Brixiam et versus riperiam lacus Guarde; non audebant manifeste conparere alicubi districtu[h] Brixie. Eodem autem millesimo[i] dominus abbas Iverardus de Confanoneriis monasterii[k] sancti[c]

a) . d . *c.* b) cremoñ *c.* c) *sic c.* d) sequeretur *c.* e) *seq.* pme *delet.* f) (uii *delet.*) uuiis *c.* g) tm̄ (tantum) *c.* h) *sic (non* in distr.*) c.* i) M^{o} *c.* k) moñ *c.*

1) *Eadem fere dicit Iac. Malvec. IX,* 18, *col.* 975. 2) *Hunc diem etiam Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 106, *habet; sed Iac. Malvec. IX,* 19, *col.* 976: secunda die mensis Octobris. *Etiam die Oct.* 3. *Heinricus Soncini fuit: LL. Const. IV,* 1, *p.* 667 *sq., nr.* 694. *Unde verum esse videtur quod habet Guerinus Placent. ed. B. Pallastrelli, Chronica tria Placentina p.* 365: Cremonam die 4. Octubris aplicuit, dehinc die 6. Placentiam ingressus. 3) *Nicolaum Alberti.* 4) *Rainaldum.* 5) *Cf. Albertin. Mussat., Hist. Aug. II,* 9, *Muratori, SS. X, col.* 395. 6) *Cf. Iac. Malvec. IX,* 19, *col.* 975 *sq.* 7) *Cf. supra p.* 76.

Euphemie civitatis Brixie reversus[a] a Ianua tamquam 1311. fugitivus[1], et inmediate omnes Guelfi et Gibellini Brixie fuerunt ad arma super plateam ante faciem ecclesie *(Dec. 16).* sancti Petri de dom. Dominus Manuel[2] marchio Malaspine vicarius inperatoris existens non prohibere potuit predictorum zambellum. Capitaneus[b] namque Gibellinorum erat dominus[c] Fredericus de Madiis, episcopus Brixiensis[d], valens et probus in armis. Et dictus dominus[c] abbas una cum Nigro de Bruxatis[e] et Iostachio de Griffis preerat Guelfis, scilicet toto[f] populo Brixie. Finaliter expulsi fuerunt de platea omnes Gibellini predicti et ad pontem de Torzanis ultra Carziam se duxerunt, et ibi facientes tractari de concordia et pace cum rostis et alliis defensionibus se fortifficaverunt. Secunda die *(Dec. 17).* gentes in maxima quantitate Brixiam applicuerunt a partibus Pergami[3], Mediolani et Cremone atque a castris districtus Brixie transmisse et intraverunt civitatem, quia non erat adhuc clausuris reffacta. Sentientes autem Guibellini prefati, qui erant ad pontem de Torzanis, ad plateam comunis dictas gentes attingere, sumpta audatia ad ipsam plateam redierunt; et tunc Guelfi videntes ipsas gentes extraneas atingere[g] et exclamare versus predictos 'a la mort', non valentes resistere dictarum gentium insultui in fugam se posuerunt, eundo pro maiori parte versus pusterlam pro accedendo ad montem beate Magdalene. De quibus Guelfis conflictis pauci mortui fuerunt, set multi capti et carcerati domibus singularium personarum Brixie, et multi conducti ad partes fuerunt, unde venerant gentes suprascripte, pro faciendo eos redimi. Fuit namque ipsa civitas universaliter tota spoliata et robata, cuius robatio duravit XV diebus continue die noctuque, conducendo ad partes dictarum gentium omnia spolia cara cum equis et personis, postea cum plaustris pro conducendo banchas, scrineos, leterias, confinos et vasa plurima ad dictas partes, etiam extra districtum Brixie. Et hoc fuit ante nativitatem[h] Domini ad VIII dies vel circha[4], scilicet M°CCC°XI°. Et sic remansit

a) *supple* est. b) Cap̄ *c.* c) . d . *c.* d) brix̄ *c.* e) *seq. maiuscula quaedam littera ignota, quae delenda esse videtur.* f) *sic c.* g) *sic h. l. c.* h) nat̄ *c.*

1) *Ad sequentia cf. Iac. Malvec. IX*, 23, *col.* 976 *sq., tum vero Dönniges, Acta Henrici VII. II, p.* 24 *sqq., nr.* 5. 2) *Maroel vel Moroellus potius dictus.* 3) *Cf. Albertin. Mussat. l. l. V*, 2, *col.* 402. 4) *Dicit rebellionem Guelforum Dec.* 16. *ortam.*

1311. dominium Brixie in manibus Guibellinorum, et Guelfi carentes receptaculo dispersim de una terra sine[a] fortillicia ad alliam amicorum accedebant occulte, et non tantum Brixie, set etiam totius Lonbardie vel quasi.

*f. 187'. *Eodem etiam anno maxima caritudo fuit in Cremona et in alliis certis contratis victualium, sic quod valebat starium frumenti sold. XL, et ad tantum devenit, quod homines euntes per civitatem adherebant muris et pre fame moriebantur.

[Anno[b] Domini MºCCCXI, indictione VIIIIª, civitas Vicentie accepta[1] fuit sub protectione comunis Padue auxilio Veronensium[c] et Mantuanorum. Eodem anno dictus dominus[d] inperator habuit Padue dominium. Deinde ivit Romam causa incoronandi se. Deinde Ia-
(Dec. 14). nuam, ubi obiit domina inperatrix[2]].

1312. Anno autem Domini MºCCCºXI.[e] post festum nativitatis Domini ad parum[f] tempus, scilicet die [Mer-
Ian. 12. 13. curii[g] XII. Ianuarii, in die] sancti Ylarii[3] intraverunt Cremonam illi Guelfi de Cremona, qui se reducti fuerant[h] cum Cavalcabobus, Ponzonibus, Pizenardis[i] et alliis paucis Cremonensibus[k] Vitaliane tempore quo exiverant Cremonam[4], quando dominus[d] inperator ipsam intravit cum gentibus suis. Et hoc modo: [Dum[l] ipsi Guelfi revertentes de Bononia, ubi orta fuit seditio prima inter illos de Cavalcabobus et illos de Amatis, Ponzonibus, Picenardis[i] et illis[m] de Burgo cum alliis Cremonensibus[n], que pars hodie Maltraversia dicitur[o] — que divisio fuit destructio totius partis Guelfe[p] totius Lonbardie —, intraverunt castrum Casalis-maioris districtus Cremone. Deinde] equitaverunt a casu versus Cremonam, scilicet dominus Gullielmus[5] et Iacobus de Cavalcabobus, dominus[d] Poncinus de Ponzonibus cum alliis de domo sua

a) *sic c. (non* siue). b) *uncis inclusa in marg. exteriore (sinistra) ab Alb. suppl.* c) veroñ *c.* d) . d . *c.* e) MºCCCºXII. *radendo corr.* MºCCCºXI. *c.* — *In marg.:* Nota de Cremona. f) *sic* (parū) *c., forte Alb.* paruum *scribere voluit.* g) (X *delet.*) mercurii — in die *ab Alb. in marg. post suppl.* h) *sic c. pro* reduxerant. i) *sic h. l. c.* k) cremon. *in marg. ab Alb. suppl.* l) *uncis inclusa in marg. interiore (dextra) ab Alb. suppl.* m) *sic c.* n) cremoñ *c.* o) dr̄ (dicitur) *ab Alb. superscr.* p) *seq.* tamen *delet.*

1) *i. e. soluta, liberata a protectione Paduae.* 2) *Margareta, quae obiit die Dec.* 14. *Cf. supra p.* 78, *l.* 17—23, *ubi imperator Ianua Romam ivisse recte dicitur.* 3) *Dies Mercurii a.* 1312. *quidem fuit Ian.* 12, *sed dies Hilarii papae est Ian.* 13, *et hoc die Guelfos Cremonam cepisse tradunt Ioh. de Bazzano l. l. p.* 106 *sq. et Sagacius de Gazata l. l. col.* 24. 4) *Cf. supra p.* 76, *l.* 19. 20. 5) *de Cavalcabobus marchio.*

et certis alliis paucis Cremonensibus, qui secum erant. 1312. Et dominus Coradinus de Confanoneriis cum certis Brixiensibus secum existentibus et cum certis expulsis de Crema, quorum numerus non fuit ultra LXX armigeros, set secum erat multa quantitas peditum; — qui equitantes versus Cremonam animo tantum extrahendi gentes illas post se, que tunc erant Cremone, quasdam mulieres invenerunt, que veniebant a civitate predicta, que ipsis millitibus dixerunt: 'Caveatis vobis, quia gentes Cremone equitaverunt versus Puteum-Barontium'. Tunc ipsi extrinseci Cremone subito sumpto conscilio equitaverunt recte Cremonam et eandem absque repulsa viriliter intraverunt [1]. Et cuncurentes [a] per civitatem ipsam, quousque ad plateam comunis [b] fuerunt, et ibi maximum prelium fuit; set tandem victoria habita optinuerunt dominium dicte civitatis Cremone, expulso domino [c] Galeazio sive domino [c] Azone, eius fillio, de Vicecomitibus de Mediolano, dominis et regentibus ipsam civitatem pro domino [c] inperatore Henrico. Gentes autem Guibellinorum, que versus Puteum-Barontium equitaverant, habito novo de amissione civitatis Cremone per modum naratum, ad castra suorum amicorum se reduxerunt.

[Anno [d] Domini supradicto, die XVI. Martii domi- *Mart.* 16. nus [c] Gulielmus de Cavalcabobus cum [e] domino [c] Venturino et duobus suis filliis de Fonduliis de Soncino et cum certis alliis militibus Cremone intraverunt castrum Soncini, et facto introitu, et [a] ex quodam tractatu illi [f] de Barbobus fecerunt asentire [2] domino [c] inperatori; qui dominus [c] inperator dictum castrum donavit comiti Guarnerio [3], ut ipsum liberaret a manibus Guelforum [4]. Unde dictus comes veniens cum maxima comitiva intravit (*Mart.* 17). castrum predictum, et finaliter dictus dominus [c] Gulielmus fuit ibi interfectus, et dicti dominus [c] Venturinus cum duobus suis fuerunt laqueo suspensi [5]].

a) *sic c.* b) *seq.* ubi *delet.* c) . d . *c.* d) *uncis inclusa in marg. interiore (dextra) ab Alb. suppl.* e) *seq.* a(?) *delet.* f) *sic c.; lege* illos.

1) *Ad praecedentia cf. Iac. Malvec. IX,* 24, *col.* 977, *tum etiam Ioh. de Cermenate c.* 43, *l. l. p.* 99 *sq.; Fragm. Cremon., SS. XVIII, p.* 808, *ubi haec die* 12. *Sept. facta esse miro errore dicuntur.* 2) *i. e. recedere a, Italice* assentare (assentarsi). *A.* 1311. *Oct.* 3. *enim Henricus hoc castrum liberatum* in cameram suam et imperii *receperat, LL. Const. IV,* 1, *p.* 667 *sq., nr.* 694. 3) *De Homberg, capitaneo Henrici regis in Lombardia.* 4) *Quod castrum antea a Guelfis non tenebatur.* 5) *Cf. Ioh. de Cermenate c.* 46—48, *ed. Ferrai p.* 102—106: *Ioh. de Bazzano l. l. p.* 107, *qui diem pugnae tradit.*

1312. Post dictum civitatis Cremone introitum ad paucos dies non habentes Guelfi Brixienses[a] receptaculum ullum in districtu Brixie manifestum intraverunt locum Sancti Petri in monte, et tunc ville circumvicine dicti loci et circumstantes ceperunt audactius[b] ipsis Guelfis dicto loco congregatis favorem prestare rerum et personarum. Ex quo dicti Guelfi de montibus condesendentes[c] magnam guerram faciebant illis locis et villis, que recusabant favorem prestare. Dicto anno, videlicet circha medium *Febr.* mensis Februarii, intraverunt Asulam[1] et tunc exules omnes ad guerram faciendam apti et dispositi civitatum Parme, Regii, Placentie, Laudis, Creme et Pergami ac totius territorii Brixiensis; favebat enim totis viribus dictis Guelfis dominus[d] Passarinus de Bonacorsis, capitaneus et generalis dominus civitatis Mantue, occulte tamen. Et illo tempore congregate per mercatores Lonbardie erant magne et multe mercimonie diverse condictionis[b] in civitate Mantue, volentes transire ad partes omnes versus sero, scilicet Mediolanum, Pergamum, Cumas etc., et ipsis merchatoribus prebuit idem dominus[d] Pasarinus[e] societatem magnam gentium cum equabus et conductores dictarum mercimoniarum pro reddendo dictos mercatores securos. Intrinseci autem Asule Guelfi congregato toto suo posse gentium pro agrediendo et aufferendo dictas mercimonias accesserunt ad partem, per quam transire debebant predicte mercimonie, iusta[f] hospitale vocatum Lachade, et ibi Guelfi predicti agressi fuerunt dictos mercatores et eorum mercimoniarum conductores; et sic conflictis gentibus, que tueri debebant res dictorum mercatorum, et captis multis mercatoribus et magnam[b] partem[b] bibulcorum[b], conducte fuerunt ipse mercimonie cum plaustris et bobus Asulam. De quarum mercimoniarum precio equis et armis predicti se munierunt; tunc hoc facto guerram magnam fecerunt 1313. undique pedester et equester concurentes, et finaliter in *(Oct. 6 – Dec. 16).* capite de mensibus XXII pacem et concordiam fecerunt cum multis parentelis Guelfi cum Ghibelinis[g] in Gusiago[2], ubi congregata erat pars[h] extrinseca Guelforum, con-

a) *in marg.:* Nota de Brixiensibus. b) *sic c.* c) ꝯdesendentibus *statim ab Alb. corr.* condesendentes. d) . d . *c.* e) *sic h. l. c.* f) *i. e.* iuxta. g) *seq.* etcꝫ prout infra dicetur *delet.* h) pax *c.*

1) *Cf. Iac. Malvec. IX,* 25, *l. l. col.* 977 *sq.* 2) *Cf. Iac. Malvec. IX,* 25. 26, *l. l. col.* 978 *sq.; Odorici, 'Storie Bresciane' VI, p.* 322 *sqq.*

iunctis locis et villis totius Francie-curte et superatis 1313.
multum intrinsecis; que pax facta fuit de Gubelinis ad
Guelfos et e converso, et acceptus fuit concorditer per
utramque partem dominus[a] Iohanes de Lucino Cumanus
in potestatem Brixie per unum annum duraturum[b]. Et
hec pax duravit mensibus XXVIII tantum, scilicet uno 1314.
anno prius sub ipso domino[a] Iohane de Lucino et uno
anno sub domino Albrico de Polenta et IIII[or] mensibus 1315.
sub domino Gualteroto marchione de Monticulo marchie
Anchonitane; quibus IIII[or] mensibus finitis expulsi fue- 1316.
runt Guibellini de Brixia[1].

⌈Anno[c] Domini M°CCCXIIII, indictione XII, do- 1314.
minus Robertus rex Neapolitanus erat civitatis Cremone
dominus generalis, cuius regis vicarius in dicta civitate
dominus[a] Bertolinus de la Ture[2]⌉.

*Anno Domini M°CCC°XV° die VII°[d] Decembr. *f. 188. 1315.
nobilis vir dominus[a] Iacobus de Cavalcabobus marchio Dec. 7.
concorditer a populo Cremonensi electus fuit[e] in do-
minum et rectorem civitatis Cremone[3]; de qua electione
dominus Poncinus de Ponzonibus, licet esset cognatus
dicti domini[a] Iacobi, indignatus una[f] cum alliis nobil-
libus dicte civitatis recessit de Cremona et intravit[g]
castrum Soncini et allia castra diocesis Cremonensis[h]
revellavit[i, 4]. Sic ex illa die incepit divisio[k] et destructio
nobillium partis Guelfe Cremone et non tantum civi-
tatis Cremone, set etiam totius Lonbardie. Unde illud
evangelicum: *Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur,* Luc. 11, 17.
et domus supra domum cadet; et submisit[5] se Gubellinis
expulsis civitatum Lonbardie et maximam guerram fecit
civitati Cremone.

Anno vero Domini M°CCC°XVI. primo mensis 1316. Febr. 1.
Febr.[l], tractatu multis diebus durato, intraverunt Cre-
monenses civitatem Brixie[6] per portam Torlongne una

a) .d. *c.* b) *scil.* potestatem. c) *uncis inclusa alio atramento in marg. inferiore ab Alb. post suppl.* d) *seq.* setpb̄r *delet.* e) electus fuit *bis scriptum, alterum delet. — In marg.:* Nota de discordia Cremonensium. f) unaa *c.* g) *seq.* soncinū *delet.* h) cremon̄ *c.* i) *sic c. pro* rebellavit. k) diuisiōem et destructiōem *corr.* diuisio et destructio *c.* l) *in marg.:* Nota de Brixiensibus.

1) *A.* 1316. *Febr.* 1; *vide infra l.* 31 *sqq.* 2) *Cf. L. Astegiano, Cod. dipl. Cremon. II, p.* 207. 3) *Cf. Sagacius de Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 28 *sq.* 4) *Cf. Albertin. Mussat. VII,* 20; *Muratori, SS. X, col.* 677. 5) *Scil. pars Poncini, dicta Maltraversia.* 6) *Cf. Ioh. de Bazzano l. l. p.* 120 *sq., qui diem hoc loco traditum habet; Chron. Estense, Muratori, SS. XV, col.* 379; *Albertin. Mussat. VII,* 21, *col.* 678 *sq.*; *'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 330.

1316. Febr. 1. cum maxima comitiva peditum riperie lacus Guarde et Franciecurte et aliqui Parmenses secum hora medie noctis. In quo puncto Gubellini cum stipendiariis omnibus reduxerunt se ad plateam comunis, et Guelfi ad dictam portam pro accipiendo intus dictas gentes; quibus intratis, accesserunt viriliter ad ipsam plateam, resistentia predictorum Gibellinorum parum durante; ad introitum dicte platee conflicti fuerunt dicti Guibelini et expulsi de platea et de partibus omnibus dicte civitatis et reduxerunt se ad terras et loca Ysei, Palazolli, Clararum, Roche-franche, Urcearum et Quinzani et ad terras abbatie Leni et Calvisani[1].

1316. Maii 31. Eodem vero millesimo[a], ultimo Madii[b] dominus Iacobus de Cavalcabobus repudiavit dominium civitatis Cremone in domino Guberto de Corigia[2]. Et eodem
Iun. 23. millesimo[a] in vigilia sancti Iohannis Baptiste[c, 3] gentes domini Cani[d] de la Schalla et domini Passarini de Bonacorsiis, domini[e] Mantue, una cum domino[f] Poncino de Ponzonibus et cum multis alliis malis Cremonensibus intraverunt districtum civitatis Cremone et derobaverunt districtum predictum multum et enormiter; occaxione dictarum spoliarum monasterium sancti Laurentii Cremonense[g] passum est maximum dapnum[d], ignem ponendo in domibus ruralibus. Eodem autem millesimo[a], die
Oct. 24. XXIIII[or h] Octubris dicte gentes recesserunt ab obsi-
(Aug.). dione[i] dicte civitatis[4], et post pauco tempore pax facta et firmata fuit inter Cremonenses intrinsecos et extrinsecos, que appellata fuit paxeta; que male fuit observata. Et tempore istius pacis in comuni concordio utriusque partis factus fuit rector et administrator dicte civitatis, qui tunc vocabatur abbas populi Cremone, do-

a) M° *c.* b) *in marg.:* Nota de Cremonensibus. c) batpe *c.* d) *sic c.* e) dñs *corr.* dñi *c.* f) . d . *c.* g) cremoñ *c.* h) *seq.* Iunii *delet.* i) ossidione *corr.* obsidione *c.*

1) *Cf. Iac. Malvec. IX,* 29, *col.* 981 *sq.* 2) *Cf. Chron. Estense l. l. col.* 379; *Albertin. Mussat. VII,* 20, *l. l. col.* 678; *'Cron. di Bologna' l. l.; Chron. Parmense ed. Bonazzi (Rerum Ital. SS. ed. nova IX,* 9*) p.* 145; *Sagacius de Gazata col.* 29; *'Ist. di Parma', Muratori, SS. XII, col.* 733. 3) *Die Iun.* 29. *hoc factum esse tradit Ioh. de Bazzano p.* 122. *Cf. Albertin. Mussat. VII,* 19, *l. l. col.* 676; *Sagacius col.* 29. 4) *Mirum quam falsa haec. Iam Iul.* 1. *Canis de Scala et Passarinus recesserunt e territorio Cremonensi (cf. n.* h*), iam mense Aug. pax facta est inter hos et Cremonenses Guelfos et Cremonenses Gibellinos expulsos; cf. Fragm. Cremon., SS. XVIII, p.* 808, *de qua pace etiam aliquot praedictorum auctorum referunt.*

minus[a] Egidiolus de Piperariis, civis Cremonensis[b], et tunc reversus est dominus[a] Poncinus cum parte sua Cremone.

Anno Domini M°CCC°XVII. dominus Iacobus de 1317. Cavalcabobus et dominus[a] Aloysius cum alliis de domo sua, consentiente inter allios dominus[a] Gregorius[c] de Summo cum certis alliis Cremonensibus[b], die XVI. Madii[1] *Maii* 16. cum auxilio quorumdam aliquorum[d] nobillium civitatum Lonbardie manu armata intraverunt plateam comunis Cremone, existente domino[a] Egidiolo prefato super arengherio cum intentione removendi predictos a furore, super quo arengherio fuit interfectus a gentibus dictorum de Cavalcabobus. Deinde dictus dominus[a] Aloysius interfecit dominum[a] Leonardum de Picenardis[e], cognatum eius, et Bacharinum de Piçenardis[e] et dominum Giricum de Pedecanis et dominum[a] Egidiolum de Alamanis et certos allios Cremonenses; a quo furore tamquam cautus dominus[a] Poncinus de Ponzonibus[f] cum aliquibus fugam aripuit extra civitatem predictam. Set statim, quasi incontinenti, die XX. Madii dominus[a] *Maii* 20. Philiberius Barbubus[g] de castro Soncini dedit castrum predictum dicto domino[a] Poncino et amicis suis. Deinde habuit castrum Castrileonis et sociavit se cum Gubellinis et fecit magnam guerram civitati predicte, de[h] expulsis de dicto castro Soncini tota parte Guelfa.

*Anno Domini ab incarnatione M°CCC°XVII. die **f. 188'.* 1313. XV. Iunii[2] dominus[a] Henricus inperator ad castrum *(Aug. 24).* . . . . .[i·3] in Tuscia a quodam fratre Minore, prout fertur, volente dictum inperatorem de corpore Christi potionata hostia et non consecrata[k], veneno recepto interiit[l].

*Anno[m] Domini ab incarnatione M°CCC°XVI. [die[n] **f. 189'.* 1316. VII° Aug. fuit electus et coronatus fuit atque bene- *Aug.* 7. dictus] die V. Septembr.[o] Iohanes papa XXII[us], natione *Sept.* 5. . . . . .[i], ex patre . . . . .[i], successit Clementi pape

a) . d . *c.* b) cremoñ *c.* c) *sic c.* d) *sic c., forte Alb.* aliorum *scribere voluit.* e) *sic h. l. c.* f) *seq.* fu *delet.* g) de Barb. *legendum; cf. supra p.* 81, *l.* 28. h) *sic c.; aut delendum aut* et *forte emendandum.* i) *spatium nomini inserendo vacat.* k) interimere *vel simile verbum supplendum.* l) *reliqua pars maior paginae* 188. *versae et pagina* 189. *recta vacant.* m) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* n) *uncis inclusa alio atramento aquoso in marg. superiore ab Alb. post suppl.* o) setpƀr *c.*

1) *Eundem diem habet Fragm. Cremon., SS. XVIII, p.* 808. 2) *Henricus imperator a.* 1313. *die Aug.* 24. *defunctus est.* 3) *Bonconventum.*

1316. quinti[a] Henrico inperatore inperante, qui proprio nomine vocabatur Iacobus [de Caturco[b]]. Hic Iohanes papa fuit homo industriosus et mondus, symoniam fugans, iustitiam amans, scientia magnus, statura pussillus, con t e m ptu[c] magnanimus[1]. Eodem vero anno dominus[d] Egidius de Madalbertis[e], civis Cremonensis, creatus fuit episcopus dicte civitatis[2]. ⌈Hic[f] nissus fuit toto cordis afectu contra tyrampnos⌋.

1313. (Aug. 24.) Anno Domini M⁰CCC⁰XVII. die XV. Iunii dominus[d] Henricus inperator viam universe carnis ingressus est[3].

1317. Eodem anno dominus[d] Canis de la Schala, dominus[d] Verone, venit ad obsidionem civitatis Brixie et Gaydi et optinuit dominium dicti Gaydi et omnium terrarum plani Brixie, exceptis castris Pontivici et Asule. et hoc Apr. fuit de mense Aprilli[4].

Anno vero M⁰CCC⁰XVII. ut supra, pontificatus dicti domini[d] Iohanis[g] anno secundo, publicate fuerunt Oct. 7. Avinioni Nonis Octobr. constitutiones editas[a] per dictum condam dominum[d] Clementem papam quintum, quia eius vita fuit brevis, quia morte ante publicationem dictarum constitutionum preventus. Ideo dominus[d] Iohanes papa XXII^us, successor eius, dictas constitutiones publicavit, et liber dictarum constitutionum vocatur Clementine.

Nov. 5. Eodem[h] vero M⁰[CCC⁰XVII.][i] die V. Novembr. quidam Cremonenses[k] extrinseci, amici illorum de Cavalcabobus, existentes [numero[l] CC vel circa] in castro Robechi districtus Cremone, intraverunt terram Olmenete dicti districtus et circumdederunt quandam turim illorum de Zuchellis volentes capere quendam Nicholinum de Burgo cum XXVIIII⁰ peditibus; finaliter capta fuit

a) *sic c.* b) de Cat. *in marg. ab Alb. suppl.* c) conceptu *Ioh. Andr.* d) . d . *c.* e) *in marg.:* Nota de episcopo Cremoñ. f) *uncis inclusa alia manu (non Alberti), ut videtur, suppl. — Post haec spatium trium versuum vacat.* g) *seq.* pu *delet.* h) *haec —* reversus est Cremonam *(p. 87, l. 14) post sequentem locum a.* 1318. *(p. 87, l. 15—20) scripta sunt in c., sed ad haec in marg. adscripta* supra in tali signo D-, *quod quidem signum post* Clementine *non invenitur, sed in marg. signum rubricae* ₵. i) CCC⁰XVII. *in marg. ab Alb. suppl.* k) cremoñ *c.* l) *uncis inclusa in marg. ab Alb. suppl. paululo superius quam* existentes, *quo versus finitur, nullo signo apposito, quo indicetur, ubi haec inserenda sint.*

1) *Haec exscripta sunt ex Iohannis Andreae praefatione in Clementinas, Baluzius, Vitae paparum Avenion. I, p.* 689. *K. W.* 2) *Sed teste Conrado Eubel, Hierarchia catholica p.* 222, *demum a.* 1318. *Iul.* 18. *a Iohanne XXII. papa confirmatus est. De eo vide iam supra p.* 72 *sq.* 3) *Eadem falsa iam supra p.* 85, *l.* 26 *sqq.* 4) *Cf. Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 122 *sq., qui mense Maio Canem hanc expeditionem fecisse dicit; Ferretus Vicent., Muratori, SS. IX, col.* 1171; *Iac. Malvec. IX,* 39, *col.* 984; *Spangenberg, 'Cangrande della Scala' I, p.* 123.

dicta turis cum illis hominibus, qui erant in dicta turi, 1317. et dictam turim conbusserunt. Hoc audiens dominus[a] Poncinus, dominus Cremone, cum tota sua gente equitavit ad dictam terram obviam dictis gentibus ebriosis, et pro maiori parte fuerunt interfecti et alios[b] capti, sic quod in illa die pars Guelforum habuit maximum conflictum et dapnum[b]. Item eodem millesimo[c] dictus dominus[a] Poncinus de Ponzonibus die XVIII. Novembr. *Nov.* 18. intravit castrum Sancti Bassiani districtus Cremone. Item eodem millesimo[c] dictus dominus[a] Poncinus intravit terram Polixini Sancti Viti[d] districtus Cremone, et interfecti fuerunt circa CC homines illius terre, et fuit spoliata[e] omnibus rebus. Deinde posuerunt eam igni, et cum maxima victoria reversus est Cremonam.

Anno[f] vero M°CCC°XVIII. die quarto Aprillis[1] 1318. *Apr.* 4. (9). dominus[a] Poncinus de Ponzonibus cum alliis Gubellinis et Maltraversiis propter peccata regentium mirabiliter Cremonam intravit, expulsis illis de Cavalcabobus cum domino[a] Guberto de Corigio et cum tota parte Guelfa; et sic illa die mutatus fuit status civitatis Cremone.

Anno Domini M°CCCXVIIII[or] dominus Gubertus 1319. *(Oct.)*. de Corigio cum auxillio et favore domini[a] regis Roberti cum gentibus Bononiensibus et Tuscie in servitio partis Guelfe totius Lonbardie et cum auxilio etiam sancte matris ecclesie habuit dominium Brixie[g] una cum vicario dicti domini[a] regis, qui vocabatur dominus[a] Iohanes de Aquablancha, et habito dominio dicte civitatis equitavit ad castrum Gaydi, post VIII dies habuit castrum Gaydi, captis in eodem et reductis ad carceres Brissie[g] multis nobillibus et popularibus viris Guibellinorum Briscie[g]. In quibus carceribus steterunt predicti VII annis, mensibus VIIII[or] et diebus X[2]. Item eodem millesimo[c] de mense Novembr.[3] dictus dominus[a] Gubertus cum *Nov.* (23). auxillio suprascriptorum, sancte matris ecclesie et do-

a) . d . c. b) *sic c.* c) M° *c.* d) sci Viti *in marg. ab Alb. suppl.* e) *seq.* ma *delet.* f) *cf. supra p.* 86, *n.* h. — *In marg.:* Nota de Cremon. g) *sic h. l. c.*

1) die dominico 9. Aprilis *hoc factum esse Ioh. de Bazzano l. l. p.* 130. *et Sagacius de Gazata l. l. col.* 30. *tradunt.* 2) *Cf. Iac. Malvec. IX,* 52, *col.* 992 *sq.* 3) Die Veneris XXIII. Novembris et nocte precedente *hoc factum esse tradit Chron. Parm. l. l. p.* 160 *sq., quocum convenit Guerinus, Chronica tria Placentina p.* 409 *(Nov.* 23*), non multum differt Sagacius de Gazata col.* 31 *(Nov.* 22*); Ioh. de Mussis, Muratori, SS. XVI, col.* 492, *et Ioh. Agazzari (ed. A. Bonora, Parmae* 1862*) p.* 38. *Nov.* 24. *Cf. Iac. Malvec. IX,* 53, *col.* 993.

*f. 190. mini[a] regis Roberti una[b] *cum domino[a] Iacobo de Cavalcabobus et cum domino[a] Simonino de la Ture intraverunt a duabus partibus civitatem Cremone, expulsis inde[c] domino[a] Poncino et alliis Maltraversiis et Guibellinis.

1321. Sept. 1. Item $\mathrm{M^{o}CCC^{o}XX}$. die primo mensis Septembr.[d] dominus[a] Galeazius de Vicecomitibus, dominus et capitaneus generalis civitatis Mediolani, una cum domino[a] Poncino de Ponzonibus cum tota sua parte et cum Guibellinis Cremone, cum toto suo perforcio venit ad obsidionem Cremone[1] et castra metavit se[e] ubi nunc est monasterium[f] sancti Iohanis de Pipia in suburbio dicte civitatis, et ibi fecit fieri bastitam unam, que vocabatur Venzeghera; et finaliter dictam civitatem ob- 1322. Ian. 12. tinuit per vim die XII. Ian.[g, 2]; set dominatus est dictam civitatem per $\mathrm{VIIII^{or}}$ menses preter illud territorium, quod possidebat dominus[a] Passarinus[h], dominus[a] Mantue, in districtu Cremonensi[i], quod territorium vocabatur Comitatus, expulsis inde domino[a] Iacobo de Cavalcabobus et domino Guberto de Corigio cum tota parte 1319. (Nov. 23). Guelfa. Eodem autem millesimo[k] dictus dominus[a] Gubertus de Corigio et dominus[a] Iacobus[l] de Cavalcabobus et tota illa pars Guelfa intraverunt Cremonam[m], expulsis foras domino[a] Galeazio et domino[a] Ponzino suprascriptis cum tota parte sua Guibelina[3]. Et tunc 1319. (Dec.) [nobilles[n] tantum et Guelfi] Brixienses recusaverunt in recessu recipere dictum dominum[a] Iohanem de Aquablanca vicarium civitatis Brixie pro domino[a] rege Roberto, set loco eius receperunt dominum[o] Symonem

a) . d . *c.* b) unaa *c. ut supra p.* 83, *n.* f. c) *seq. littera* p *incepta, non perfecta, deleta.* d) setpb̃r *c.* e) in *delet., et ab Alb. superscr.* se. f) moñ *c.* g) *seq.* et *delet.* h) *seq.* ꝗ (quod) *delet.* i) cremon *c.* k) m⁰ *c.* l) *ad duos versus qui incipiunt* Ia]cobus *et finiuntur verbis* parte sua guibelina. Et tunc *ab Alb. alio atramento post adscriptum:* Vacat. m) *seq. littera* J *deleta.* n) nob. tm̃ et guelfi *in marg. ab Alb. post suppl.* o) *seq.* Iohem tempestam *delet.*

1) *Cf. Guerinus l. l. p.* 414 *sq.* 2) Die sabbati XXIII. Ianuarii *Ioh. de Bazzano l. l. p.* 139, *XVII. Ian. Guerinus l. l. p.* 417 *et Ioh. de Mussis col.* 493. *et Ioh. Agazzari p.* 39: in festo s. Savini (Sabini), *die XVIII. Ian. Sagacius l. l. col.* 32, *die Ian.* 5. *Ioh. Villani IX*, 127 (130) *Cremonam captam esse dicunt.* 3) *Conicio hoc loco iterum relatum esse de civitate a.* 1319. *Nov.* 23. *a parte Guelfa capta, quod iam supra p.* 87, *l.* 32 *sqq. narratum est; unde haec Albertus delevisse videtur (n.* l*). Nihil relatum reperi de hac civitate a.* 1322. *iterum capta, et Guibertus de Corrigia iam a.* 1321. *Iul.* 26. *mortuus est (infra p.* 90, *l.* 13 *sqq.). Tunc quidem (a.* 1319*) non Galeazius civitati dominatus est.*

Tempestam, militem dicti domini[a] regis, in suum rectorem [1].

Item eodem millesimo[b] de mensibus Iullii et Augusti exercitus domini[a] Mathei de Vicecomitibus et comunis Mediolani ivit ad obsidionem civitatis Vercellarum contra partem Guelfam et contra dominum[a] Philipum de Valosio[c], qui dominus Philipus erat nepos[2] domini[a] regis Francie et postea[3] per obitum dicti regis Francie factus fuit rex Francorum. De quo exercitu durante prefatus dominus[a] Philipus, qui erat in Verzellis cum nobilli exercitu de Francia et ultramontibus, recessit et equitavit cum suo exercitu ad partes Francie. 1320. *Iul. Aug.*

Anno Domini M⁰CCC⁰XXI. Dominus potestas Mediolani[4] cum suo exercitu de mense Iun.[5] optinuit et intravit dictam civitatem Vercellarum. Capti et detenti fuerunt dominus[a] Symon et Francischus de Corobiano de Vercellis et aliqui allii et conducti fuerunt Mediolani in carceribus, ubi vitam finierunt. 1321. *Iun.*

Item eodem millesimo[b] reverendus in Christo pater dominus[a] Bertrandus del Pogeto, cardinalis tituli Hostiensis et Veretrensis[c, 6] et legatus pro sancta Romana ecclesia et pro domino[a] summo pontifice domino[a] Iohane pape[c] XXII⁰ in partibus Lonbardie, existens Placentie cum suo exercitu et commitiva maxima armatorum et pugnatorum per fluvium Adue castramentatus est super comitatum civitatis Mediolani in burgo porte Cumane iusta[d] civitatem Mediolani, ubi steterunt per XXX dies cum intrinsecis Mediolanensibus continue scharamuzando. Et in dicto millesimo[b] dominus[a] patriarcha[7] Paganus de la Ture Mediolanensis cum tota domo sua, cum[e] IIII^or^ centum millitibus optimis et ellectis causa eundi cum cruciferratis super territorium Mediolani; et illo anno fuit publicatum crucis signaculum adversus dominum[a] Matheum de Vicecomitibus et eius fillios, qui tunc temporis 1322.

a) . d . c. b) m⁰ c. c) *sic c.* d) *cf. supra p.* 82, *l.* 26. e) et *delet., ab Alb. superscr.* cū.

1) *Quod iam a.* 1319. *factum esse videtur, postquam civitas Cremonensis Nov.* 23. *capta est (supra p.* 87 *sq.). Vide epistolam Roberti regis ad Brixienses datam a.* 1320. *Ian.* 28, *quam exhibet Iac. Malvecius IX,* 54, *col.* 994. 2) *Consobrinus potius Philippi V. (*1317—1322*) et Karoli IV. (*1322—1327*) regum.* 3) *A.* 1327. 4) *Matheus de Vicecomitibus.* 5) *Sagacius col.* 32: de mense Aprilis. 6) *Tunc erat presbyter tituli S. Marcelli, demum a.* 1327. *episcopus Ostiensis et Velletrensis creatus est.* 7) *Aquilegiensis.*

1322. Mediolanum gubernabat. Cui domino[a] Matheo favorem
gentium et victualium dabant Cumani, Pergamenses,
Laudenses, Novarienses et Vercellenses. Eodem vero
(Apr. 10). anno dux Henricus[1] domus Austrie venit Brixie de mandato dicti domini[a] pape cum duobus millibus millitum,
qui de intentione ipsius domini[a] pape et Guelforum
Brixie nichil fecit, eo quod coruptus fuit a Guibellinis
precibus et denariis, sic quod remeavit ad partes pro-
**f. 190′. (Maio).* prias redeundo *per Veronam. Simulavit se velle contra
Mediolanenses accedere, et tamen dominium Brixie voluit accipere; set sensus Guelforum prevaluit, ita quod
positus fuit extra civitatem Brixie verbis et factis so-
1321. fisticatis. Et eodem millesimo dominus[a] Gubertus de
Iul. 25. Corigio migravit de hoc mondo in festo sancti Iacobi
de Iullio[2]. In quo festo natus est nec non de Parma
ultimo fuit expulsus[3].

1322. Anno Domini M°CCC°XXII. [dominus[b] Aycardus
archiepiscopus Mediolanensis[c] erat, et eodem millesimo[d]]
dominus[a] Matheus de Vicecomitibus, generalis et capita-
Iun. 26. neus Mediolani, die sabbati XXVI. Iunii[4] viam universe
carnis aripuit in monasterio Charsenzago et secrete fuit
Iun. 28. sepultus propter interdictum ecclesie. Et die XXVIII.
Iunii[5] dominus Galeaz Vicecomes, eius primogenitus, in
conscilio generali comunis Mediolani factus fuit capitaneus generalis civitatis et comitatus Mediolani. Postea
Nov. 8. vero die Lune VIII. Novembr.[6] et eodem millesimo[d] in
mane factus est motus armorum in Mediolano, quia dominus[e] Symon de Crivellis, Franciscus de Garbagnate
iuris peritus et aliqui allii nobilles civitatis Mediolani
una cum stipendiariis comunis Mediolani ceperunt arma

a) . d . *c.* b) *uncis inclusa (.* d . *c.) in marg. ab Alb. suppl.* c) mediolan *c.* d) M° *c.* e) ꞁdꞁ *c.*

1) *Dux Carinthiae, frater Friderici regis electi.* 2) *Die Iul.* 26. *a.* 1321, *ut tradunt Chron. Parm. p.* 163. *et Sagacius col.* 32; *Iul.* 20. *Chron. Veron., Muratori, SS. VIII, col.* 643. 3) *A.* 1316: *cf. Chron. Parm. p.* 146; *Albertini Mussati l. VIII, ed. (re vera non edidit, sed corrupit et vitiavit) L. Padrin (Venezia* 1903*) p.* 4. 4) *Eundem rerum diem habent Guerinus l. l. p.* 419. *et Galvan. Flamma, Manip. florum c.* 361, *Muratori, SS. XI, col.* 728, *aliis alium diem indicantibus; cf. Spangenberg, 'Cangrande della Scala' II, p.* 27, *n.* 1. 5) *Eundem diem tradunt Galvan. Flamma, Manip. fl. c.* 361, *l. l. col.* 728, *et Ioh. Villani IX,* 154 (156), *qui quidem eodem die Matheum mortuum esse falso dicit. Aliter Boninc. Morigia III,* 2, *Muratori, SS. XII, col.* 1119. 6) *De hoc die multi auctores consentiunt.*

contra dominum[a] Galeazium de Vicecomitibus et eius 1322. fratres, et ipsi Vicecomites expulsi fuerunt et se reduxerunt ad civitatem Laude, de qua civitate domini erant illi de Visterinis. Postea vero die sabbati Decembr. XI°[1] *Dec.* 11. et eodem millesimo[b] supradictus dominus[a] Galeaz de Vicecomitibus et eius fratres cum auxilio amicorum suorum et cum stipendiariis comunis Mediolani rediverunt et intraverunt civitatem Mediolani. Et predicti nobilles et cives, qui eos expulerant, fugam aripierunt[c] cum eorum familliis extra civitatem Mediolani. Et postea die Martis XXVIIII°r Decembr.[2] suprascriptus dominus[a] *Dec.* 28. 29. Galeaz factus fuit protector et defensor civitatis et comitatus Mediolani.

Anno Domini M°CCC°XXIII. die Veneris mensis 1323. *Febr.* 25. Febr.[3] in mane gentes sancte matris ecclesie et aliqui cives Mediolani cum magno exercitu, qui erant in Caravazio et partibus circumstantibus, qui venerant a partibus Parme et Placentie, transiverunt citra Aduam. In quo transitu nobilis milex dominus[a] Marchus de Vicecomitibus cum exercitu Mediolanensi[d] se opposuit ad resistendum taliter, quod prelium magnum fuit inter eos. In quo prelio interfecti fuerunt dominus[a] Petrus de Rufrignascho, officialis ecclesie, dominus[a] Franciscus de Garbagnate iuris peritus et dominus[a] Symon de Crivellis milex; tandem obtinuerunt gentes ecclesie et statim festinanter Modoetiam intraverunt[4]; et sic guerra *(Febr.* 27*).* maxima inchoata fuit inter gentes ecclesie et eorum secutores pro parte una et dominus[e] Galeazius[c] et Marchus[c] et fratres eorum de Vicecomitibus et eorum secutores et amicos pro altera. Postea vero die[f] XV. *Mart.* 15. Marcii multi nobilles cives Mediolani de parte illorum de la Turre cum eorum amicis et secutoribus venerunt Modoetiam pro serviendo ecclesie et se reducendo Mediolanum, si potuissent; et sic guerra magna inchoata

a) . d . *c.* b) M° *c.* c) *sic c.* d) mediolañ *c.* e) *sic* (dñs) *c.* f) *seq.* nono *delet.*

1) *Eundem diem habent Sagazius de Gazata col.* 34, *Ioh. Villani IX,* 182 (184) *(cum varia lectione* 12. di Dec.*), Guerinus p.* 422; *alium diem tradunt Galvan. Flamma c.* 361, *col.* 729 *(Nov.* 10*) et Boninc. Morigia III,* 14, *col.* 1129 *(Nov.* 9*).* 2) *Dies Dec.* 29. *a.* 1322. *fuit dies Mercurii; Ioh. Villani IX,* 182 (184) *dicit die Dec.* 29. *hoc factum esse.* 3) *Die Veneris* 25. *Febr. hoc factum esse quatuor alii auctores referunt.* 4) *Diem huius facti (Febr.* 27*) tradit Ioh. Villani IX,* 189 (191).

1323. *Iun. 9.* fuit et pessima. Postea vero die Iovis nono Iunii no-
billis vir dominus[a] Bertoldus comes de Magistretim,
dictus de Riffen[b, 1], Alamanus, tamquam vicarius domini[a]
regis Romanorum venit in civitate Mediolani cum ali-
quibus gentibus pro defensione civitatis et comitatus Me-
diolani a gentibus ecclesie et rebellibus inperii. Postea[2]
Aug. 16. vero die XVI. Augusti exercitus ecclesie et illorum de
la Ture et suorum amicorum et sequacium, qui erant
in Modoetia, exiverunt Modoetiam et hospitati fuerunt
Aug. 17. ad locum de Sexto; et postea die sequenti venerunt in
suburbiis porte Cumane in mansione fratrum sancti
Aug. 22. Spiritus. Deinde die XXII. Augusti dominus[a] Galeaz
Vicecomes cum suo exercitu exivit civitatem Mediolani
et venit ad hospitandum ad monasterium[c] de sancto
Aug. 23. Victore in suburbiis porte Verçelline, et die XXIII. eius-
**f. 191.* dem mensis exercitus ecclesie *recessit et reliquid man-
sionem sancti Spiritus et reduxit se Modoetiam profuga,
quia scorta[3] magna victualium, que conducebatur a terris
Seprii, fuit conflicta et robata per gentes prefati domini[a]
1324. *(Febr. 28).* Galeazii. Eodem anno[4] capti fuerunt dominus[a] Ray-
mondus de Cordona, seneschalcus domini[a] regis Roberti.
Raymondus de Granata, Raymondus de Vallibus et multi
allii, qui erant caporales gentium ecclesie, in quodam
prelio facto inter gentes ecclesie et gentes predicti do-
mini[a] Galeazii.

1326. *(Mart. Apr.)* Anno Domini[a] M°CCCXXVI. dominus[a] Azo de
Vicecomitibus, fillius domini[a] Galeazii, cum gentibus suis
venit ad terram de Roado et allias terras Francie-curte
in districtu Brixiensi[d] tractatu quorumdam civium Brixi-
ensium[d], qui dominus[a] easdem multum dampnificavit et
alibi conburri fecit[5]. Item eodem millesimo[e] dominus[a]
1314. Lodovicus dux Bavarie Alamanus per electores in in-

a) .d. *c.* b) *sic c.* c) mon̄ *c.* d) brixien̄ *c.* e) M° *c.*

1) *B. de Marstetten, dictus de Neifen, a Ludowico rege missus; cf. Ioh. Victor. V,* 5, *Böhmer, Fontes I, p.* 396: *Boninc. Morigia III,* 21, *col.* 1133; *Ioh. Villani IX,* 211 (212). 2) *Sequentia de rebus mense Augusto gestis solus, quod sciam, Albertus narrat, quae difficile, ut videtur, coniungi possunt cum iis quae reliqui scriptores tradunt.* 3) *Est verbum Italicum* scorta, *'bedeckter Transport'.* 4) *Diem pugnae Febr.* 28. *tradit Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 143; *Febr.* 29. *Ioh. Villani IX,* 238 (239) (a di ultimo di Febraio); *Febr.* 16. *Boninc. Morigia III,* 23, *l. l. col.* 1135. 5) *Cf. Iac. Malvec. IX,* 62, *col.* 998; *Ioh. Villani IX,* 344 (349).

peratorem electus fuit[1] contra voluntatem domini pape; 1314.
quia[a] caruit benedictione et coronatione inperiali, [ideo[b]
merito inperator non debuit appelari nec in cathalogo
inperatorum nominari]. Et eodem[c] millesimo[d] dictus 1327.
dominus[e] Lodovicus venit Mediolanum cum gentibus (Maii 17).
suis, cum quo fuerunt omnes Guibellini tirampni totius
Lombardie et Tuscie; et facto dicto parlamento, una[f]
die, dum ipse dominus[e] Lodovicus esset in prandio,
potionari voluit[g] cum vino veneno in sciffo mixto a
pincerna eius, qui fuit dominus[e] Stephaninus de Vicecomitibus[2]; perpendens autem dominus[e] Lodovicus de
huiusmodi falsitate fecit incontinenti dictum dominum[e]
Stephaninum[h] cum dicto sciffo bibere vinum sic potionatum et ante conspectum eius detineri, quo usque venenum potatum fecit operationem suam, et sic vitam
incontinenti et absque mora vitam[i] finivit[3]. Deinde
dominus[e] Lodovicus capi fecit dominum[e] Galeacium[k] (Iul. 5).
cum fratribus suis[4], filliis condam domini[e] Mafei, et incarcerari preter dominum[e] Marchum[l].

Anno autem M⁰CCC⁰XXVII. dominus[m] frater Ugo- 1327.
linus de ordine Predicatorum factus et electus fuit in episcopum Cremonensem[n], qui fuit Parmensis et satis bene episcopatum pro guerris et condictionibus[o] subsecutis quasi consumptum ad bonum statum reduxit.

[Anno[p] Domini M⁰CCCXXXVII. Dominus Pasarinus 1328.
de Bonacorsis, Mantue dominus[e] generalis, per illos de Gonzagha cum auxilio domini[e] Canis de la Schala interfectus est. Et captus fuit Francischus fillius eius cum abbate Sancti Benedicti de Padolirone[5], naturali fillio

a) Ideo *delet. et ab Alb. corr.* quia, *quod fecit, cum sequentia uncis inclusa insereret.* b) *uncis inclusa ab Alb. post in marg. suppl.* c) et Eodem *c.* d) M⁰ *c.* e) . d . *c.* f) una:, *littera (*a? *cf. supra p.* 88, *n.* b*) erasa c.* g) *seq.* ueneno *delet.* h) *seq.* de *delet.* i) *sic iterum c.* k) *sic h. l. c.* l) *seq.* Postea *delet.* m) d' *c.* — *In marg.:* Nota de episcopo Cremoū. n) cremoū *c.* o) *sic c.* p) *uncis inclusa in marg. ab Alb. post suppl., non apposito signo, quo indicetur, ubi haec inserenda sint.*

1) *Etiam infra f.* 196. *Albertus Karolum IV. eo anno regem electum esse opinatus est, quo in Italiam venit, cum Ludowicus iam a.* 1314. *rex electus supra p.* 92, *l.* 4. *dictus sit.* 2) *Frater minor Galeazii.* 3) *Sagacius de Gazata a.* 1329, *col.* 42, *Boninc. Morigia III,* 37, *col.* 1150, *Cont. Bavara III. c.* 7, *MG. 'Deutsche Chron.' II, p.* 344 *sq., quaedam de eodem conatu veneficii tradunt; cf. A. Chroust, 'Der Römerzug Ludwigs d. B.' (Gotha* 1887*) p.* 250. 4) *Iohanne et Luchino.* 5) *Muratori, SS. XI, col.* 116, *in Chron. Bonif. Morani haec habet:* perempto ipso d. Passarino, Franciscum et abbatem Sancti Andreae, eiusdem d. Passarini filios, ... nobilibus de la Mirandula tradiderunt *etc., quae non leguntur in Chron. Bonif. Morani edito 'Cronache Modenesi' I,*

1328. condam domini[a] Botesselle[1], et filliis duobus[2] condam domini[a] Botironi de Bonacorsis, et conducti fuerunt ad Castellarium, extractis carnibus Francischo de persona
Aug. (16). sua, et[b] hoc de mense Augusti[3]. Et abinde citra predicti de Gonzaga gubernaverunt civitatem Mantue, conducentes de die in diem ad mortem multos cives Mantue nobillium et popularium].

1328. Anno vero[c] M°CCC°XXVIII. dictus dominus[a] Lodovicus de Baveria dux dicto et facto et contra Deum et iusticiam[d] in civitate Pissarum[4] quendam fratrem
(Maii 12). Petrum de Corbera ordinis Minorum in antipapam creavit[e] favore populi Romani; qui frater Petrus ab hereticis vocabatur Nicholaus quintus, et apud eum plures cardinales ordinati fuerunt[f], inter quos fuerunt dominus[a] Iohanes de Vicecomitibus[5], qui postea[6] fuit archiepiscopus Mediolanensis[g], et episcopus Veneciarum[7], et allii quam plures prelati. Deinde dictus antipapa[h] privavit dominum[a] Iohanem[i] verum papam XXII[m] de papatu tamquam hereticus[k] nec non et allios episcopos et abbates et allios prelatos cassavit de episcopatibus suis et monasteriis, nolentes sibi adherere nec obedire. Inter allios cassavit predictum fratrem Ugolinum, episcopum Cremonensem[l], et privavit — loco cuius insti-
1329. *(Ian. 5).* tutus fuit[8] quidam frater Dondinus in episcopum Cremonensem[l] — necnon[m] dominum[a] don Abraminum abbatem monasterii[n] sancti Laurentii Cremonensis[o] et dominum[a] don Ghirardum abbatem Sancti Thome eiusdem

a) .d. *c.* b) *seq.* d *delet.* c) *seq.* M°CCC°L *delet.* d) *seq.* pissis *delet.* e) *seq.* q (qui) *delet.* f) *seq.* vȝ (videlicet) *delet.* g) mediolañ *c.* h) *seq.* in ciuitatibus *delet.* i) *seq.* pa *delet.* k) *sic c.* l) cremoñ *c.* m) *seq. littera deleta.* n) moñ *c.* o) cremoñ *c.* — *Sequitur littera quaedam maiuscula ut supra p.* 79, *n.* e, *quae nescio quid significet.*

nescio an Muratori ex historiis Prisciani Ferrar. assumpserit, neque tamen haec inveniuntur in excerptis ex historiis Prisciani 'Cronache Modenesi' I, p. 353—376. 1) *Fratres Passarini (Rainaldi) fuerunt Bottessella (Guido) et Butironus (Bonaventura).* 2) *Guidone et Pinamonte.* 3) *Die Aug.* 16. *scilicet Passarinus occisus et Mantua ab illis de Gonzaga et sociis capta est.* 4) *Immo Romae. Pisis Nicolaus V. antipapa Iohannem Vicecomitem cardinalem creavit, qua re Albertus in errorem videtur esse ductus.* 5) *Qui demum a.* 1329. *Ian.* 19. *cardinalis creatus est; cf. Ioh. Villani X,* 115 (118); *K. Eubel in 'Hist. Jahrbuch' XII, p.* 296. 6) *A.* 1342. 7) *Iacobus de Prato.* 8) *A.* 1329. *Ian.* 5; *cf. K. Eubel in 'Hist. Jahrbuch' XII, p.* 305. *Ioh. Villani X,* 31 (32). *falso dicit iam a.* 1327. *Ludowicum regem episcopum Cremonensem creasse. Dondinus erat frater ordinis Minorum et capellanus Ludowici regis.*

civitatis, et dicta duo monasteria unita fuerunt cum episcopio Cremonensi[a] per dictum antipapam, sic quod maximum scisma positum fuit in ecclesia Romana et in populo Christiano, et dicta donatio et unio facte fuerunt eodem millesimo[b] et die IIII^{to} Idus Ian. 1329. *Ian.* 10.

Anno autem Domini M^{o}CCCXXVIIII^{or} dictus dominus[c] Lodovicus dux Baverie, qui se dicebat inperatorem, venit Cremonam[1] et habuit dominium civitatis Cremone per dominum[c] Poncinum de Ponzonibus; et die sabbati nono Octubr.[d, 2] *et eodem millesimo[b] dominus[c] Boracius[3] cum gentibus dicti ducis, qui tunc erat capitaneus Cremonensis[a] et potestas, equitavit ad castrum Questri. In quo castro erat dominus[c] abbas Sancti Laurentii cum familiis suis; et preliando ceperunt dictum castrum et conbusserunt dictum locum et derobaverunt spolliis maximis. Deinde ceperunt et ligaverunt[e] dictum abbatem et omnes allios, quos capere potuerunt, et conduxerunt ad civitatem Cremone in maximum vituperium ordinis clericalis, pro eo quod[f] obedire nolebat dictus abbas antipape suo. Deinde maximis tormentis eum affligebant, tandem conduxerunt eum Parmam[g, 4], et ibi per aliquot dies in carceribus conmorantem[h]. Deinde volebant eum interficere, set gratia Dei fuit precibus beati Laurentii, quod dictus abbas custodes vigilantes carceris, set loqui non valentes[i] — gratia Dei extractus fuit de dicto carcere a duobus fratribus ordinis sancte Marie. Deinde ivit dictus abbas usque Placentiam ad dominum[c] Bertrandum, legatum in partibus Lonbardie pro domino[c] Iohanne papa XXII^{0}. Et sic dictus abbas a manibus inimicorum liberatus est per gratiam Dei. Post captionem dicti castri Questri inmediate equitaverunt ad castrum Robechi destrictus[k] Cremone, quod castrum detinebatur *Oct.* 9. **f.* 191'.

a) cremoñ *c.* b) M^{o} *c.* c) . d . *c.* d) ocubr *c.* e) *seq.* eum *delet.* f) *seq.* obob *delet.* g) p^{a}mam *c.* h) *sic c.;* commoratus est *Alb. scribere debuisset.* i) *sic c., quibusdam verbis deficientibus.* k) *sic c.*

1) *A.* 1329. *Ludowicus mense Aprili exeunte et mense Octobri Cremonae fuit.* 2) *Oct.* 9. *fuit a.* 1329. *dies Lunae, sabbatum Oct.* 7. *Secundum Ann. Parm. mai. p.* 773. *(Chron. Parm. ed. Bonazzi p.* 200*) imperator inter Oct.* 14 — 18. *Cremonam venisse videtur; sed vide A. Chroust l. l. p.* 237*, n.* 6. 3) *Boraccius comes de Gangalando dicitur a L. Astegiano, Codex dipl. Cremonae II, p.* 210. *Sed quis iste fuit, certe natione Germanus?* 4) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 772. *(Chron. Parm. p.* 199*):* die Iovis 12. mensis Octobris . . . mariscalcus et gentes Bavari sive imperatoris venerunt Parmam.

1329. per illos de Cavalcabobus et partis Guelfe, volentes
capere dictum castrum cum hominibus habitantibus in
dicto castro. Set fortitudo et probitas virorum habitantium in dicto castro prevaluit illis gentibus sic, quod
recesserunt[a] nichil inde lucri portantes. Eodem autem
millesimo[b] dictus dominus Lodovicus recessit de dicta
civitate Cremonensi[c] dimitendo dominium dicte civitatis
domino[d] Poncino de Ponzonibus et post modicum tempus[1]
1327. ivit Romam conducendo secum fillios domini[d] Mathei
de Vicecomitibus, qui erant incarcerati[e], et dimisit atque
1328. relaxavit eos in manibus ducis[f, 2] de Castracanibus[g],
capitanei civitatis Lucane, conducendo secum fillios dicti
ducis, ut fraudem facere sibi non posset[3]; finaliter dictus
(Maii 22). dominus[d] Lodovicus dux Bavarie fuit incoronatus ab
isto antipapa in Roma et ibi stetit circa unum annum.
1329. Anno et millesimo[b] suprascripto dominus[d] Canis
de la Schalla, dominus civitatis Verone, capta civitate
Trevisina[h, 4] migravit de hoc mondo, et dominis Alberto
et Mastino fratribus dicte civitatis Trivisii[h], Padue,
Vicentie et Verone remansit dominium, et hoc de mense
Iul. 22. Iullii in festo sancte Maghdalene[5].
1330. Anno autem ab incarnatione Domini M^{0}CCC^{0}XXVIIII^{or}
dominus Mastinus[6] cum exercitu suo Gavardum, Pantegullas et Gaydum venit et optinuit omnia loca plani
Brixie preter Asulam et Pontevicum. Et predicta fuerunt
Maio. Iun. de mense Madii et Iunii, relicta in dicto Gaydo potestate[7].
(Nov). Eodem autem millesimo[b] Brixienses[i] Guelfi transmiserunt
ambaxatores IIII^{or} [8] Tridentum pro dando et offerendo

a) *seq.* inde *delet.* b) M^0 *c.* c) cremoñ *c.* d) . d . *c.* e) *seq.* usque *delet.* f) *seq.* cascrac *delet.* g) casoacanibus *(secundum* a *incertum) c.* h) *sic h. l. c.* i) *seq.* trai *delet.*

1) *Abhinc Albertus res a.* 1327. *et* 1328. *gestas tradit, in errorem ductus eo, quod Ludowicus rex etiam a.* 1327. *mense Augusto Cremonae fuisset, quod e memoria Alberti elapsum esse videtur.* 2) *Castrucii. Filios Mathei rex precibus Castrucii, ut videtur, commotus dimisit, qui postea a.* 1328. *ad Castrucium iverunt.* 3) *Hoc falsum. Ipse Castrucius regem Romam proficiscentem secutus est.* 4) *Quam die Iul.* 18. *a.* 1329. *intravit.* 5) *Hoc videlicet die obiit Canis-grandis; cf. H. Spangenberg, 'Cangrande della Scala' II, p.* 128. 6) *de Scala, dominus Veronae.* 7) *Cf. Iac. Malvecius IX,* 67, *col.* 1000; *Hist. Cortus. V,* 1, *col.* 855; *Ioh. Villani X,* 161 (162); *Chron. Veron., Muratori, SS. VIII, col.* 647, *quod tradit Mastinum die* 9. *Iunii et iterum die Sept.* 2. *eiusdem anni in territorium Brixiense profectum esse.* 8) *Quos nominat Iac. Malvecius IX,* 71, *col.* 1002; *cf. ibid. IX,* 70, *col.* 1001 *sq.*

civitatem Brixie domino regi Iohani Boemie, qui tunc 1330. ibi erat. Et ante quam idem dominus[a] rex venisset Brixiam, ex parte dicti domini[a] Mastini restituta fuerunt omnia dicta castra ipsi domino regi[1]. [Postea[b] venit quidam eius vicarius ad terram Gaydi. Cui vicario iurata fuit fidelitas per dominum[a] abbatem de Leno[2] et sindicos omnium terrarum abbatie et multarum alliarum terrarum planiciei Brixie].

Eodem autem millesimo[c] navicula sancti Petri modicum naufragata, id est sancta mater ecclesia, restituta est ad unionem pacis et caritatis, id est ad[d] sanctissimum dominum[a] Iohanem papam XXII, verum et purum summum pontificem sancte Romane ecclesie, capto et detento in Pissis dicto[e] fratre Petro antipapa et conducto Avinioni ad dominum[a] summum pontificem, *(Aug.).* recepturo in remissione suorum[f] peccatorum penitentiam salutarem. Et inter allias penas dicto fratri Petro illatas[g] duae[h] fuerunt, quarum una fuit, quia predicavit publice erorem suum quam pluries, deinde equitavit per totam civitatem Avinioni clamando et portando in manibus ambabus duos campanellos: 'Si quis vult et desiderat[i] proditorem sancte matris ecclesie, *de domibus foras **f. 192.* exeant[h]', et sic fecit quam pluries in diebus solempnibus[3]. Finaliter in palatio domini[a] pape positus fuit in carceribus, ubi suam vitam finivit.

Anno autem M⁰CCC⁰XXX⁰ dictus dominus[a] Lodovicus dux Baverie, qui appelabatur inperator Romanus, reversus est in Alamania, ubi miserabiliter vitam finivit[4].

Eodem autem millesimo[k] ipse dominus[a] rex Boemie venit Brixie et habuit dominium dicte civitatis in festivitatibus nativitatis[l] Domini[5], et ibi vocatis ad gremium *Dec.* 25. suum omnibus Guibellinis Brixie. Inmediate de mense Febr. et eodem millesimo[c] habuit de plano dominium 1331. *Febr.*

a) . d . *c.* b) *uncis inclusa in interiore (dextera) marg. ab Alb. suppl.* c) M⁰ *c.* d) *seq.* d *delet.* e) dc̄us (dictus), s *erasum c.* f) *seq. iam hoc loco* penitentiam *delet. c.* g) *seq.* una fu *delet.* h) *sic c.* i) *supple* videre. k) M⁰ *c.; seq.* de mense febr *delet.* l) nat̄ *c.*

1) *Cf. Hist. Cortus. l. l.* 2) *Aicardum; cf. Fr. A. Zaccaria, 'Dell' antichissima badia di Leno' (Venezia* 1767*) p.* 41 *sq.* 3) *Cf. K. Müller, 'Der Kampf Ludwigs d. B. mit der römischen Curie' I, p.* 225 *sq.* 4) *Demum a.* 1347. *De iis, quae Ludowicus in Germania gesserit, Albertus nihil omnino compertum habuisse videtur.* 5) *De die cf. L. Pöppelmann in 'Archiv f. Oesterreich. Geschichte' XXXV* (1865)*, p.* 264*, n.* 1.

1331. civitatis Cremone[1] et civitatis Pergami, et venerunt ad
ipsum regem omnes domini civitatum Lonbardie investi-
gando precipue condictionem dicti regis; cum quo do-
mino[a] rege[b] et in sua comitiva venerunt dominus[a] Ugo-
linus supradictus episcopus Cremonensis[c] et abbates
suprascripti Sanctorum Laurentii et Tome Cremonenses[c]
et multi allii religiosi, qui erant expulsi de beneficiis
suis per antipapam. Inter quos quidam frater Gardanus
ordinis Predicatorum[d] de Persico, inquisitor pro sancta
Romana ecclesia heretice pravitatis, et cepit propriis
manibus dictum Dondinum antiepiscopum Cremonensem[c]
et conduci fecit Placentie ad dominum[a] legatum[2]; qui
fuit ibi in carceribus mancipatus[3]. Idem dominus[a] rex
privillegiavit monasterium[e] sancti Laurentii, abbate don
Abramino dicti monasterii[e]. Anno a nativitate[f] Domini
Febr. 25. M⁰CCCXXXI. die XXV. Febr. Deinde posite[g] quasi
1333. (*Iul.*). omnes civitates in bona pace, equitavit Lucam[4] pro
liberando ipsam a manibus Florentinorum, postmodum
eam reliquid in manibus dominorum de Rubeis de Parma
ex venditione[5] et reversus est Parmam, et dictus do-
minus[a] rex civitatem Cremone reliquid in recessu suo
domino[a] Poncino de Ponzonibus gubernandam et custo-
diendam.

1332. *Iun.* 15. Anno Domini M⁰CCC⁰XXXII. die XV. Iunii[6] do-
minus[h] Marsilius de Cararia Paduanus cum gentibus do-
mini[a] Mastini de la Schala favore quorumdam nobillium
Brixie, videlicet Brussadorum, Grifforum, illorum de
Sallis et Ugonum et partis Guibellinorum duorum virorum,
Tebaldi de Mezanis et Raynaldi Confanonerii[i] —, et excluse

a) . d . *c.* b) *seq.* s *delet.* c) cremoñ *c.* d) *seq.* in *delet.* e) moñ *c.* f) naī *c.* g) posites, s *delet. c.* h) . D . *c.* i) *supple fere:* cepit (*vel* intravit) Brixiam civitatem.

1) *Sagacius de Gazata col.* 45. *dicit Pergamum die Ian.* 12, *Cremonam se regi iam die Ian.* 26. *dedidisse; cf. Pöppelmann l. l. p.* 282, *n.* 3. *Quia Iohannes rex die Febr.* 25. *privilegium dedit (infra l.* 14*), Albertus hoc mense Febr. factum esse scripsisse videtur.* 2) *Bertrandum de Pogeto supra p.* 89. 95. *dictum.* 3) *Etiam a.* 1332. *Ian.* 3. *in carceribus Placentinis erat; cf. K. Eubel in 'Hist. Jahrbuch' XII, p.* 305. 4) *Anno* 1331. *Iohannes non Lucam irit, qua quidem civitate, civibus se ei dedentibus, tunc potitus est, demum a.* 1333. *Iul. Lucam profectus est.* 5) *Cf. Ioh. Villani X,* 227 (228). 6) *Eundem diem tradit Iac. Malvecius IX,* 74, *col.* 1004; *diem Iun.* 14. *Ioh. Villani X,* 203 (204); *Iun.* 16. *Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' I, p.* 197; *falso diem Iun.* 7. *Chron. Veron., Muratori, SS. VIII, col.* 647; *cf. Pöppelmann l. l. p.* 357, *n.* 2.

fuerunt gentes dicti domini[a] regis et maiores omnes 1332. Guibellinorum Brixie dicte civitatis. Cuius domini Mastini duravit dominium quinque annis, tribus mensibus et tribus septimanis[b].

Anno Domini M^{0}CCC^{0}XXXIIII^{or}. Gentes domini[a] 1334. (Apr.). Azonis de Vicecomitibus de Mediolano et domini Mastini de la Schalla cum alliis suis amicis fuerunt ad obsidionem civitatis Cremone, domino[a] existente Poncino de Ponzonibus. Finaliter eodem millesimo[c] de mense Iullii dictus Iul. (15). dominus[a] Azo habuit dominium dicte civitatis[1]; qui dominus[a] Azo privillegiavit monasterium[d] sancti Laurentii de Cremona supplicante domino[a] don Abramino, tunc dicti monasterii[d] abbate, anno Domini . . . . . .[e].

Eodem autem millesimo[c], die quarto Decembr. Dec. 4. dominus Iohanes papa XXII^{us} diem suum clausit extremum[f].

*Anno[g] Domini ab incarnatione M^{0}CCC^{0}XXX^{0}V^{0}[h], *f. 193. 1334. [indictione[i] III^{a}], die Martis XX^{0} Decembr. Benedictus Dec. 20. papa XII^{us}, natione . . . . .[k], ex patre . . . . .[k], qui proprio nomine vocabatur . . . . .[k], ordinis [Cisternensis[l] sancti Bernardi], successit Iohani pape XXII, inperiali sede vacante[2] creatus fuit in papam apostolicum. Hic papa fecit constitutiones ordinum monachorum nigrorum 1336. pontificatus eius anno secundo[m].

Anno Domini M^{0}CCC^{0}XXXVII. die Octubr. VIII. 1337. Oct. 8. Octubr.[n][3] dominus[o] Azo de Vicecomitibus, dominus[a] Mediolani, habuit dominium civitatis Brixie favore domini[a] Conradi de Buchis, abbatis Sancti Faustini, Egidioli de Ugonibus, Guillielmini de Lavellongo, Zilioli de Palazolo, Rizardi de Trubecho et Oprandi de Gusiago

a) . d . *c.* b) *seq.* Et in capite dicti temporis intrauerunt *delet.* c) M^{0} *c.* d) mon̄ *c.* e) *reliqua, fere quarta, pars versus vacat.* f) *reliqua, fere tertia, pars paginae* 192. *rectae et pagina* 192. *versa vacant.* g) *littera initialis A minio pingenda deest.* h) V *alio atramento nigro in loco raso.* i) ind. III^{a} *alio atramento ab Alb. post suppl.* k) *spatium nomini inserendo vacat.* l) albi *delet., et in marg. ab Alb. post suppl.* cistern̄ sc̄i Bernardi. m) *post haec spatium quatuor fere versuum vacat.* n) *sic iterum c.* o) D. *c.*

1) *Cf. Chron. Parm. p.* 230 *sq.* 234; *Galv. Flamma, Manip. fl. c.* 375. *et de gestis Azonis, Muratori, SS. XI, col.* 737. *XII, col.* 1008; *Ioh. Villani XI,* 8; *Sag. de Gazata col.* 50; *Chron. Est. col.* 398. 2) *Cf. supra p.* 97, *n.* 4. 3) *Eundem diem habent Ioh. Villani XI,* 72 (73) *et Hist. Cortus. VII,* 6, *Muratori, SS. XII, col.* 886: *Sag. de Gazata col.* 53: *Oct.* 6; *Chron. Veron., Muratori, SS. VIII, col.* 651: *Oct.* 5; *Chron. Est. col.* 404: *Oct.* 10; *cf. Galv. Flamma, De gestis Azonis col.* 1019.

atque universitatis Franciecurte et Valtropie ac cuiusdam[a] allii.

1338. Anno Domini M^{o}CCC^{o}XXX°VIII° tanta copia locustarum venit, que prohibebat terre claritatem solis, quarum adventus fuit a lacu Garde veniendo per transversum teritorii Brixie, maxime in planicie, que, si se ponebant in campis bladorum sive in pratis, in instanti omnia consumebant, ac si nonquam natum fuisset quicquam in campis; que locuste etiam venerunt[b] super teri-
1339. torium Cremonense[c]. Item in M^{o}CCC^{o}XXX°VIIII^{or} similiter multitudo locustarum ac etiam maior in dicta parte districtus Brixie crevit in tantum, quod dabatur unum quarterium[d] frumenti aut certa quantitas denariorum cuilibet designanti unam quartam locustarum, et fiebant per comunia, ubi huiusmodi persecutio regnabat, fovee in campis et locis incultis fiebant[e], quibus seppellirentur dicte locuste, que reperiebantur in terra, et ita dense, quod omnes se tangebant, velud in pratis se tanguntur[a] herbe; quod idem accidit super territorium Cremone.

Anno Domini M^{o}CCC^{o}XXX°VIIII^{or}. Venit dominus[f] Loderisius de Vicecomitibus de Mediolano[g] una cum Vincentio de Suardis ad terram de Lonado cum tribus millibus barbutarum; que gentes fuerunt separate[1] a Bewolenta districtus Padue, et intraverunt comitatum
Ian. (Febr. 9). Mediolani de mense Ianuarii[2] et fuerunt ad prelium cum gentibus domini[f] Azonis in partibus Parabiati[h];
(Febr. 21). quo prelio una die victor fuit dictus dominus[f] Loderisius, secunda vero die[3] dominus[f] Luchinus de Vicecomitibus obtinuit campum, et captus idem dominus[f] Loderisius fuit. Post quod prelium in dicta contrata terminatum, conflictis gentibus ipsius domini[f] Loderici[i], dictus dominus[f] Loderisius[k] et in carceribus retentus fuit in

a) *sic c.* b) *seq.* in *delet.* c) cremon̄ *c.* d) quart̄ *c.* e) *sic iterum c.* f) . d . *c.* g) *seq.* cu *delet.* h) *sic c. (non* parabiaci*).* i) *sic h. l. c.* k) ductus *supplendum esse videtur.*

1) *I. e. profectae; quam vim etiam hodie Italice 'separarsi' habet.* 2) *Potius die Febr.* 9; *Galv. Flamma, De rebus gestis Azonis col.* 1022. 3) *Non sequente, sed eodem die (Febr.* 21*) Luchinus victus est et redintegrato proelio vicit, postquam primo mane eiusdem diei Loderisius aliquot copias Mediolanenses in villa Parabiago oppressit; Galv. Flamma l. l. col.* 1024 *sqq.; Hist. Cortus. VII,* 20, *l. l. col.* 899 *sq.; Ioh. Villani XI,* 96 (97).

castro Sancti Columbani diocessis[a] Laudis usque ad 1339.
*mortem[b] domini[c] Luchini, et tunc[1] fuit ipse liberatus *f. 193'.
de carceribus per dominum[c] Iohanem de Vicecomitibus,
archiepiscopum Mediolani[2].

Anno Domini M⁰CCC⁰XL. circha medium mensem 1339. Aug. (16).
Augusti dominus[c] Azo de Vicecomitibus, dominus[c]
generalis Mediolani, Laudis, Cremone, Brixie, Placentie
et reliquarum civitatum suo dominio pertinentium,
migravit de hoc seculo, cuius dominium valde fuit bonum et comune; et inmediate facti sunt domini generales
domini Iohanes archiepiscopus Mediolani et Luchinus,
fillii condam domini[c] Mafei et fratres de Vicecomitibus[d].

*Anno[e] ab incarnatione Domini M⁰CCC⁰XLIII. die *f. 194. 1342.
VII⁰ Madii Clemens papa sextus, proprio nomine voca- Maii 7.
batur . . . . .[f], natione . . . . .[g], ex patre . . . . .[g],
ordinis . . . . .[g], successit Benedicto pape XII⁰ inperiali
sede vacante[3]. Hic fuit largus, benignus et gratiosus[h].

Anno[i] Domini M⁰CCC⁰XLVI. die ultimo Augusti 1346. Aug. 31.
dominus[c] don Abraminus de Bezanis, abbas monasterii[k]
sancti Laurentii Cremonensis[l], de hoc seculo migravit,
cuius dominium valde fuit bonum et utile monasterio[k]
predicto. Cui[m] inmediate electus fuit dominus[c] don
Iohaninus de Comitibus in abbatem dicti monasterii[k],
monacus et prior prioratus sancti Victoris Cremonensis[l],
qui subest dicto monasterio[k, 4]; qui don Iohaninus factus
abbas Avinioni die II⁰ Marcii et eodem millesimo[n] 1347. Mart. 2.
vitam finivit. Deinde successit quidam nomine don
Petrus, monacus monasterii sancti Andree Avinionensis[o]
diocesis[5], de Lucho castri Aramoni diocesis . . . . .[g],
qui separavit vitam monacorum suorum a mensa sua
contra Deum et iusticiam et regulam[p] nec non canonicas
scanctiones[q].

Anno Domini M⁰CCC⁰XLVII. ex voto facto ficticie 1347. (Maio).
per dominam[c] Ysabellam, uxorem domini[c] Luchini de

a) dicessis *c.* b) *seq.* da *delet.* c) . d . *c.* d) *reliqua pars maxima paginae* 193. *versae vacat.* e) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* f) *spatium nomini inserendo vacat; seq. littera* s *deleta.* g) *spatium nomini inserendo vacat.* h) *spatium quinque vel sex versuum vacat.* i) *in marg.:* De abbatibus mon̄ sancti Laur̄ Cremone. k) mon̄ *c.* l) cremon̄ *c.* m) *sic c.* n) M⁰ *c.* o) auinion dicesis *c.* p) *seq.* 7 (et) *delet.* q) *sic c. ut supra p.* 65, *l.* 22.

1) *A.* 1349; *cf. Hist. Cortus. l. l. col.* 929. 2) *Qui demum a.* 1342. *archiepiscopus Mediolanensis creatus est, a.* 1339. *episcopus Novariensis erat.* 3) *Albertus credidisse videtur Ludowicum tunc iam mortem obiisse; cf. supra p.* 97, *n.* 4. 99. 4) *Cf. supra p.* 10. 5) *In monte Andaonensi prope Avinionem.*

1347. Vicecomitibus gubernantis tunc Mediolanum et plures allias civitates, de voluntate et deliberatione ipsius domini[a] Luchini equitavit Venetias[b] cum comitiva multorum virorum nobilium et multarum dominarum dicti Mediolani et alliarum civitatum, secum deferendo ymaginem unam argenteam ad similitudinem cuiusdam infantis, eius fillii; que domina cum eiusdem societate transeundo per Brissiam, Veronam, Vicentiam et Paduam mirabilli sumptu et apparatu fuit recepta, maxime per illos de la Schalla[1]. In quo itinere talia negotia et opera venerea[c] et dissoluta conmissa fuerunt, que difficilimum et inhonestum esset presentibus scribi; et reversa est predicta Mediolanum per Mantuam et Cremonam atque Laudam.

1348. Item in M°CCC°XLVIII. recuperatum fuit per Brixienses et Cremonenses[d] teritorium Brixiense[e] ultra Clisim a Butizolis inferius et[f] Cremonenses teritorium Cremone quodquod dicebatur Comitatus[2] a Plebe Sancti Iacobi usque Mantuam[g], usque tunc tenebatur retentum et occupatum per dominum[a] Mantue a M°CCCXXXVII. citra, videlicet usque ad milessimum suprascriptum. Et sic fecerunt Cremonenses de dicta parte sui teritorii usque tunc eisdem[h] retenti per dictum dominum[i] Mantue.

1348/9. Anno et millesimo[k] supradicto et in M°CCCXLVIIII°r[l] fuit mortalitas per universum orbem ultra et citra marre in personis validis et iuvenibus magis quam in senibus et debillibus, in locis sanis quam in viciosis et in fumis[m]. Nascebatur namque subito morientibus ac idem periculum evadentibus in inguine quedam tumefactio cum dolore vel sanguinis sputatio, de quibus non liberabatur de centum unus; et si unus ibat aliquem visitatum habentem huiusmodi morbum, sine mora et ipse moriebatur; propter quod pater non audebat fillium egrotum visitare[3]

a) .d. *c.* b) *seq.* transeundo per Cremonam *delet.* c) uenera *c.* d) *seq. iterum* recuperatum *delet. c.;* et Cremon. *hoc loco delendum, ut videtur.* e) brixiē *c.* f) *supple* per. g) *supple* quod. h) *seq.* te (?) *delet.* i) dn̄ium (dominium) *c.* k) M° *c.* l) M°[CCC°L *delet.*] CCCXLVIIII°r *c.* m) *sic c. (non* infumis*); nescio an sit* fumus *verbum adiectivum, quod substantivum pro fimo alibi usurpatur.*

1) *Cf. Chron. Est. l. l. col.* 434—436: *Hist. Cortus. IX,* 10, *col.* 922. 2) *Quod iam Passarinus de Bonacolsis dominus Mantuae tenuerat (cf. supra p.* 88*), a.* 1329. *Nov.* 11. *a Ludowico imperatore Loisio de Gonzaga concessum est, quod idem cum dominio Mantuae acceperat; Böhmer, Reg. Imp. sel. p.* 501, *nr.* 732. 3) *Cf. R. Hoeniger, 'Der schwarze Tod' (Berlin* 1882*) p.* 4, *n.* 1.

nec fillius *patrem, et sic de singulis; et multe civitates et ville facte sunt vacue et omnino inhabitate. De codicellis[1] quidem multi liberabantur, set de sputatione sanguinis nullus. *f. 194'.

Mº autem[a] CCCXLVIIII^{or} circa finem mensis Ianuarii dominus Luchinus de Vicecomitibus, dominus generalis Mediolani, Brixie, Cremone et alliarum multarum civitatum, de hoc seculo migravit. Cuius dominium fuit hominibus Lonbardie purum et iustum; et domino Iohani, fratri eius, archiepiscopo Mediolani[b], totum dominium illarum civitatum remansit. 1349. *Ian.* (25).

Anno Domini MºCCCºL. per renontiationem domini[c] fratris Ugolini, episcopi Cremonensis[d], successit allter[e] dominus[c] Ugolinus de Adigheriis de Parma, canonicus secularis, in episcopum Cremonensem[f, 2]. 1349.

*Anno[g] Domini ab incarnatione MºCCCºLIII.[3] Inocentius papa VI, natione . . . . .[h], ex patre . . . . .[h], ordinis . . . . .[h, 4], qui proprio nomine vocabatur . . . . .[h], successit domino[c] Clementi pape sexti[e] inperiali sede vacante. Hic[i] *f. 195. 1352.

Anno[k] Domini MºCCCLIII. die XXVI. Augusti[5] tam seva tempestas grandinavit de nocte, quod omnes tegulas domorum fregit, mactavit boves et allia diversa animalia et volatilia interfecit, quod vix homines utriusque sexus evadere potuerunt in domibus suis mortem. 1353. *Aug.* 26.

Anno Domini MºCCCºLIIII^{or} die XVIII. Febr. accepta fuit civitas Verone domino Cani et fratribus suis, filliis condam domini[c] Mastini, per dominum[c] Fregnanum, naturalem filium condam dicti domini[c] Mastini, cum adiutorio dominorum de Gonzaga et gentium suarum, domino Cane existente in Alamania. Finaliter dictus dominus[c] Canis cum gentibus domini[c] Padue[6] 1354. *Febr.* 18.

a) *seq.* CC *delet.* b) *seq.* 2 (et?) *c.* c) . d . *c.* d) cremoñ *c.* e) *sic c.* f) *reliqua maxima pars paginae* 194. *versae vacat.* g) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* h) *spatium nomini inserendo vacat.* i) *spatium quatuor versuum vacat.* k) *haec (— l.* 25*) in spatio vacuo relicto posterius quam reliqua huius paginae scripta sunt.*

1) *Quod verbum hoc loco usurpatum esse videtur pro ulcusculo, carbunculo.* 2) *Qui iam a.* 1349. *Oct.* 23. *a Clemente VI. papa episcopus creatus est; Eubel, Hierarchia catholica p.* 222. 3) *Iam a.* 1352. *Dec.* 18. *Innocentius VI. electus est.* 4) *Nulli ordini addictus fuit.* 5) *Cf. Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 72; *Chron. Estense col.* 476. *hoc die Aug.* 27. *factum esse tradit. De grandine die Maii* 7. *Cremonae deiecta tradit Matth. Villani III,* 65. 6) *Iacobini de Carraria.*

1354. Febr. 25. octava die[a] —, magna cede subsecuta multipliciter de illis, qui dicto domino[b] Fergnano[c] et Mantuanis suum prebuerunt asensum; et die, quo ipsa civitas recuperata fuit[1], dominus[b] Azo de Corigia equitavit Ferrariam nollens interesse proditorio huiusmodi negotio. Capti fuerunt in recuperatione dicte civitatis Verone dominus Feltrinus, Ugolinus[2], Coradus et Fredericus[3] ac allii plures domus de Gonzaga cum VIII^{0} centum peditibus gentium suarum populli Mantue.

Oct. (5). Eodem autem millesimo[d] de mense Octubr. dominus[b] archiepiscopus Iohanes de Vicecomitibus,[e] Mediolani et alliarum civitatum Lonbardie, de hoc seculo migravit, et remansit dominium dominis Mafeo, Bernabovi et Galeatio, fratribus et filliis condam domini[b] Stephani de Vicecomitibus. Qui divisserunt inter se inmediate ipsam civitatem Mediolani et allias civitates eorum dominio pertinentes. [Successit[f] in archiepiscopatu dominus[b] Robertus[g] Mediolano].

Oct. Eodem millesimo[d] et mense venit comes Landus[4] cum maxima societate gentium diversarum partium, equitum et peditum ad partes Regii, deinde venit Lonadum de mense Octubr., que societas longo tempore steterat in regione Apulie et Abrucii in offensione et dampnis regis Lodovici[5] et eiusdem partium. Et toto illo tempore, quo eadem societas permansit in Lonbardia, fuit expensis marchionum Extensium[6], domini Iohanis de Ollegio, Bononie domini generalis, et dominorum Mantue[7].

1360. Huius[h] temporibus, scilicet anno Domini M^{0}CCC^{0}LX[i], dominus[b] Egidius Yspanus, episcopus cardinalis tituli . . . . .[k, 8], legatus pro sancta Romana ecclesia in partibus
(Mart. 17/18). Romandiole[l], habuit dominium civitatis Bononie[9], que

a) *supple fere* cepit *(vel* recuperavit*)* civitatem. *Mirum etiam, quod hoc loco non dictum sit de Fregnano interfecto.* b) . d . *c.* c) *sic hoc loco c.* d) M^{0} *c.* e) *supple* dominus. f) *uncis inclusa in marg. interiore (sinistra) ab Alb. suppl., nullo signo adposito, quo indicetur, quo loco haec inserenda sint.* g) Robertu^{9} *c.* h) *sequentia omnia paginae* 195. *rectae multo post praecedentia in spatio vacuo relicto ab Alb. scripta sunt.* i) M^{0}CCC^{0}L. *corr.* M^{0}CCC^{0}LX, *ut videtur.* k) *spatium unius sillabae vacat.* l) *seq.* que ci *delet.*

1) *Potius die, quo Verona a Fregnano capta est, ut tradunt Hist. Cortus. X,* 10, *col.* 939. *et Matth. Villani III,* 99. *et Gazata col.* 73. 2) *Filius Feltrini.* 3) *Frater Feltrini.* 4) *Conradus de Landau.* 5) *Regis Neapolitani, mariti Iohannae reginae.* 6) *Opizonis III. et filiorum eius Aldovrandini III. et Nicolai II.* 7) *de Gonzaga.* 8) *Sabinensis.* 9) *Cf. L. Sighinolfi, 'La signoria di Giovanni da Oleggio in Bologna' (Bibl. stor. Bolognese nr.* 10*) (Bologna* 1905*) p.* 225 *sqq.*

occupabatur per dominum[a] Iohanem de Olegio de[b] 1360. Vicecomitibus de[c] Mediolano, et dictus dominus[a] Iohanes factus fuit nomine ecclesie marchio marchie Anconitane nec non dominum[d] civitatis Firmane, et allias honorantias et prerogativas seu comoda inpendendo; qua occasione prelati et rectores ecclesiarum existentes sub dominio dominorum Bernabovis et Galeazii de Vicecomitibus multa incomoda substinuerunt tam in taleis et inpositionibus, dictis clericis inponendo et dictos clericos incarcerando in magnum vituperium sancte matris ecclesie, sic quod multa guerra et pessima incepta est inter dominum[a] Bernabovem et ecclesiam.

Anno Domini supradicto per mortem domini[a] Ugolini condam episcopi Cremonensis[e], qui tamquam desperatus suspendit se laqueo in episcopatu suo, successit dominus[a] frater Petrus de Capellis Mediolanensis[f] 1361. de ordine Predicatorum, qui fuit persecutor monasterii[g] sancti Laurentii Cremonensis[e], in episcopum Cremonensem[h].

*Anno[i] Domini ab incarnatione Domini[k] *f. 196. M°CCC°LIIII°r [1] Karolus [quartus[l] inperator], fillius domini[a] Iohanis, condam regis Boemie, per electores concorditer ad imperium in inperatorem est electus, qui 1346. successit Henrico inperatore[m] sexto pontificatu domini[a] Inocentii pape sexti[n]. Anno vero eiusdem[o] dictus inperator volendo[p] coronari tribus coronis, scilicet pallea[2], ferrea et aurea, prout decet inperatorem facere, venit Mantuam causa eundi Mediolanum causa coronandi corona 1354. (Nov. 10). ferrea ante festum nativitatis Domini cum modica co-

a) . d . *c.* b) *seq.* comitibus *delet.* c) duc *corr.* de *c.* d) *sic* (dñm) *c.* e) cremoñ *c.* f) mediolañ. *c.* g) mon *c.* h) cremoñ *c.* — *Pagina* 195. *versa vacat.* i) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* k) *sic iterum c.* l) quartus inp. *ab Alb. post superscr.* m) *sic c.*; *seq.* quinto *delet.* n) sexto *corr.* sexti *c.* o) *sic c.* p) *seq.* oi(?), *quod deletum esse videtur.*

1) *Quia hoc anno Karolus in Italiam venit, tunc demum eum regem electum esse Albertus opinatus est; cf. supra p.* 93, *n.* 1. 2) *Valde mirum, quod Albertus* pallea *scripserit, cum* argentea *(et hoc quidem secundo loco iuxta locos supra p.* 5. 10. *editos) potius scribere debuisset. In tractatu de coronatione imperatoris edito ab A. Werminghoff, 'Zeitschr. d. Savigny-Stiftung, Germ. Abth.' XXIV* (1893), *p.* 384, *legitur quidem (ibi corruptum):* quidam dicunt, quod *[imperator]* recipiat unam *[coronam]* de paleis, sed hoc est una truffa. *Istorie Pistolesi, Muratori, SS. XI, col.* 400, *de Henrico VII. fabulantur:* Lo imperadore giunse a Moncia e quivi prese la corona della paglia, com' è d'usanza. *Cf. Muratori, Anecdota II, p.* 308.

1354. mitiva; cum quo in societate erat dominus[a] patriarcha
Aquilegie[1], ipsius frater naturalis; transivit per Cre-
monam conventione facta cum dominis Mafeo, Bernabovi
et Galeazio, fratribus de Vicecomitibus, dominis generali-
bus Mediolani, Cremone, Placentie et alliarum civitatum
1355. *Ian.* 1. etc., die primo Ian. Et dum ipse dominus[a] inperator
existeret Mantue, fuit secum in coloquio comes Landus
supradictus[2]; quo coloquio terminato recessit[3] a partibus
Lonadi et reversus est cum eius societate ad partes Ro-
mandiolle. Deinde accessit ipse inperator Mediolanum
Ian. 6. et ibi in epifania Domini coronatus fuit corona ferrea,
et non remansit in Mediolano nisi VI diebus[4], et ivit
Pissas[b] redeundo per Cremonam[5], deinde Romam et ibi
(Apr. 5). per duos cardinales coronatus fuit corona aurea. Post-
modum reversus est Pisas[b], qui a civibus[c] Pisanis benigne
fuit receptus, et habuit letum introitum et tristum[d]
(Maii 20). exitum, quia positus fuit ignis in palatio, in quo manebat
dictus inperator; et nisi gratia Dei et providentia do-
mini[a] marchionis de Monteferrato[6] adfuisset, in dicto
palatio periculasset[e]. Pro quo furore fuit decapitatus[f]
(Maii 26). quidam nobillis de Gambacurtis[7], civis Pisarum. Deinde
(Iun.). ad partes Alamanie transeundo per Cremonam et di-
strictum Pergami cum eius coniuge[8] et parva comitiva.

1355. *Sept.* 28. Anno Domini M⁰CCC⁰LV. die Lune XXVIII. Sep-
tembr.[g] mortuus est dominus[a] Matheus de Vicecomitibus,
et dominium suarum civitatum remansit dominis Berna-
bovi et Galeatio, eius fratribus; quas civitates inter se
partiti fuerunt.

1356. Item in M⁰CCC⁰LVI. reversus est dictus comes
Landus ad partes Lombardie cum societate sua de mense

a) . d . *c.* b) *sic h. l. c.* c) qui ả quibus (= aliquibus?) *c.* d) *sic c.* e) *sic c.; seq.* q̣ (qui) *delet.* f) decapitá *c.* g) setpbr *c.*

1) *Nicolaus.* 2) *Matth. Villani IV,* 40: In questi dì all' entrata di gennaio il conte di Lando . . . . ., avendo un di lungamente parlamentato a solo coll' eletto imperatore; *quod colloquium igitur non factum esse videtur, cum Karolus Mantuae morabatur (Nov.* 10 — *Dec.* 28*), sed mense Ianuario ineunte, cum in territorio Cremonensi erat vel inde Mediolanum proficiscebatur.* 3) *Scil. Landus comes.* 4) *Ian.* 4—12. *(vel* 10*?); cf. G. Romano, 'Archivio stor. Lombardo', ser.* 3, *III (*1895*), p.* 89—96. 5) *Cum Karolus imperator coronatus a.* 1355. *medio mense Iunio Pisis in Germaniam rediret, Cremonae fuit. Cf. infra l.* 22. 6) *Iohannis II. Paleologi.* 7) *Tres de Gambacurtis, Franciscus, Lottus, Bartholomeus, decapitati sunt; Matth. Villani V,* 37; *Cron. di Pisa, Muratori, SS. XV, col.* 1032; *Hist. Cortus., ibid. XII, col.* 946; *Raff. Roncioni, 'Arch. stor. Ital.' VI,* 1, *p.* 834, *etc.* 8) *Anna de Schweidnitz.*

Octubr. ad petitionem et sumptum dominorum, videlicet 1356. Oct.
marchionum Ferrarie et dominorum Bononie et Mantue[1],
postea ivit Papiam, deinde intravit comitatum Mediolani,
deinde reversus est ad partes inferiores Lonbardie, de-
vastatis et consumptis multis[a] et multis[a] castris et villis
maximis in comitatu predicto Mediolani.

Anno Domini M°CCC°LVII. de mense Octubr. 1357. Oct.
Comes Artemanni cum dicta societate magna et ad pe-
ticionem et sumptum predictorum dominorum marchionum
Ferrarie et dominorum Bononie et Mantue iterum
accessit Papiam, deinde cum Papiensibus et marchione
Montisferrati[2] secum ligatis et confederatis intravit
comitatum Mediolani et multas terras destruxit, et dictus
marchio Montisferrati habuit civitates Astensis[a] et No- 1356.
varie[3] et plures terras Pedemontis, et ipsa magna societas
in partibus illis, videlicet Mediolani, Novarie et Verzel- 1357.
larum, conburendo, capiendo et devastando villas et castra
perseveravit[b] usque ad mensem Marcii M°CCCLVIII. 1358. Mart.
Fuit enim in dicta societate et ipsis partibus dominus[c]
Ugolinus de Gonzaga capitaneus principallis maxime
gentium lige sue, et gentes domini[c] Bernabovis dicto
tempore erant in seralio apud Mantuam devastantes et
spoliantes omnes villas dicti serallii[d]; quod seralium in-
traverunt de mense Augusti M°CCCLVII. gentes pre- 1357. Aug.
dicte domini[c] Bernabovis *et in[e] ipso seralio steterunt *f. 196'.
usque ad mensem Iunii curente in[a] M°CCCLVIII; et 1358. Iun.
redeunte ipsa societate per districtum Brisie versus 1357.
Mantuam, transacto flumine Clisis apud Montem-clarum,
dominus[c] Iohanes de Bosozoro, potestas Brixie, cum
gentibus multis ipsius domini[c] Bernabovis fuit obviam (Dec.).
eidem domino[c] Ugolino et eius comitive volendo resistere
transitui predictorum. Tandem superatis ipsis gentibus
domini[c] Bernabovis capti fuerunt dictus dominus[c] Iohanes
et Guirardolus de Pusterlla et plures allii cum amissione
VI^C equorum et conducti fuerunt Mantue in captivi-
tatem.

a) *sic c.* b) perst seuerauit, st *delet., c.* c) . d . c. d) *sic h. l. c.* e) *seq.* pp *delet.*

1) *Cf. supra p.* 104, *l.* 26 *sq. De rebus sequentibus vide Th. Menzel, 'Italienische Politik K. Karls IV.* 1355 — 1368'. *(Diss. Hall.* 1880*) p.* 26 *sq. K. W.* 2) *Iohanne II.* 3) *Civitas Novaria mense Nov. anni* 1356, *Astensis iam antea a marchione capta est.*

1358. *Iun.* 10. Anno Domini M^{o}CCC^{o}LVIII. X^{o} Iunii[1] facta fuit pax inter predictos dominos, et sic seralium fuit restitutum dominis Mantue, et civitas Novarie restituta fuit domino Galeazio cum multis castris, et carcerati utriusque partis omnes liberati fuerunt, et societas sepedicta ad partes Romandiole iterum est reversa. Fecit fieri dictus dominus[a] Bernabos unam foveam latitudinis et altitudinis mirabilem a castro Guardasoni diocesis Regine secus Lonciam[b] usque Patengullas districtus Brisie et in teritorio Cremonensi[c] alliam consimilem et mirabilem foveam fieri fecit.

1363. *(Ian.* 21*).* [Anno[d] Domini M^{o}CCC^{o}LXIII. dominus[a] rex Cipri[2] venit Cremonam, deinde ivit Mediolanum, finaliter Avinionem accessit occaxione petendi auxilium[3], conscilium et favorem contra[e] infidelles fidei Christiane].

1364. *Aug.* 23. [Anno[f] Domini M^{o}CCC^{o}LXIIII^{or} die[g] XXIII. Augusti tanta copia locustarum venit et in tanta quantitate, quod inducebant obscuritatem aeris et obfuscabant claritatem solis, tamen post paucos[h] recesserunt].

1369. [Anno[i] Domini M^{o}CCC^{o}LXVIIII^{or} dominus[a] rex
(Ian. 16*).* Cipri, magnanimus et fidellis Christianus, fuit interfectus a quodam suo fratre naturali tractatu[k] et conscilio dominorum infidelium et Christiane fidei inimicorum].

1365. Anno Domini . . . . .[l] dictus dominus[a] inperator ivit Avinionem ad dominum[a] Urbanum papam quintum
(Maio ex. Iun. in). et ibi habuit coloquium secum stando ibi per plures dies[4]. Deinde de Avinioni recessit dictus inperator, per Alaminea[m] regna ivit Boemiam.

1367. Anno Domini M^{o}CCC^{o}LXVI. dictus dominus papa per mare ivit Romam[4]. M^{o}CCC^{o}LXVIIII^{or} dominus[a]
1368. Bernabos de Vicecomitibus, dominus[a] Mediolani et cer-

a) . d . *c.* b) *sic c. pro* Leneiam. c) cremoñ *c.* d) *uncis inclusa in marg. (dextera) interiore post ab Alb. suppl., nullo signo adposito, quo indicetur, quo loco haec inserenda sint.* e) *seq.* ini *delet.* f) *uncis inclusa in marg. (sinistra) exteriore ab Alb. posterius quam praecedentia suppl., nullo signo adposito, quo indicetur, quo loco haec inserenda sint.* g) die XXIII. augi *ab Alb. superscr.* h) *supple* dies; *cf. infra p.* 109, *n.* h. i) *uncis inclusa in marg. (sinistra) exteriore alio atramento aquoso posterius quam praecedentia ab Alb. suppl., nullo signo adposito, quo indicetur, quo loco haec inserenda sint.* k) tractu *corr.* tractatu *c.* l) *spatium numero inserendo vacat.* m) *sic c.*

1) *Iam die Iun.* 8. *pax facta est; cf. Th. Menzel l. l. p.* 28, *n.* 3. *Die Iun.* 10. *de pace facta nuntius venit Mutinam (Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' I, p.* 289*) et Bononiam ('Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 448*).* 2) *Petrus I. de Lusignan.* 3) *Cf. Baluze, Vitae pap. Avenion. p.* 983. *K. W.* 4) *Eadem vide infra p.* 113.

tarum alliarum civitatum Lonbardie, intelligens de adventu in Lonbardia[a] dicti inperatoris, dubitans, ne veniret in preiuditium eius, de die . . .[b] Aprillis intravit territorium Mantue et cepit seralium Mantuanorum, et spoliatum fuit maximis spolliis[c], et edificavit ibi bastitam unam fortem ad obviandum adventum dicti inperatoris; et dum gentes dicti domini[d] Bernabovis in dicto seralio[e] existerent in maxima quantitate peditum et equitum, prelium habuerunt inter eos. Et finaliter Teotonici interfecerunt omnes peditos[f] et allios Lonbardos, tam mercatores quam stipendiarios[g], numero circha duo millia; qui inperator post dies[h] paucos navigio per Padum cum maxima quantitate pugnatorum et[i] venit Mantuam et fecit preliari dictam bastitam factam in dicto seralio per dominum[d] Bernabovem et non potuit habere neque capere per vim, set precibus et amore dictus dominus[d] Bernabos[k] rellaxavit et destrui fecit dictam bastitam [1]. Deinde gentes dicti inperatoris equitavit[f] super teritorium Verone [2], que civitas regebatur per dominum[d] Canem de la Schala, et ibi igne et ferro dictum teritorium devastari fecit et spoliari. Postea vero de Mantua recessit dictus dominus[d] inperator sine aliquo dampno facto dicto domino[d] Bernabovi, set coruptus peccunia ivit ad Montemfiesconum, ubi papa morabatur [3]; et dum ibi existeret, habuit dominium civitatis Pissarum et Lucane et fere totius Tuscie preter Florentiam. Postmodum Ianuenses se submiserunt, et multarum alliarum civitatum habuit dominium. Deinde dominus[d] papa equitavit de Montefiscono[l] Romam, et dum esset prope Romam per milliare unum, dominus[d] inperator pedester adestravit[f] tenendo frenum usque ad Sanctum Petrum [4].

[Right margin: 1368. — *Apr.* (5). — (*Iun.*). — (*Iul.*). — (*Iun. ex. Iul. in.*). — (*Oct.* 17). — (*Oct.* 21).]

Anno vero M⁰CCC⁰LXVIIII⁰ʳ civitas Pissarum conspirata est contra inperatorem existentem in Lucha; 1369. (*Apr.* 3/4).

a) *fortasse post corr.* lonbardiā *c.* b) *spatium numero inserendo vacat.* c) *seq.* et fe *delet.* d) . d . *c.* e) *seq.* exi *delet.* f) *sic c.* g) *seq.* fere *delet.* h) dies *in marg. ab Alb. suppl.* i) et *delendum.* k) *seq.* s *delet.* l) *sic h. l. c.*

1) *A.* 1368. *Aug.* 27. *pax inter imperatorem, qui tunc Mutinae, non Mantuae erat, et Vicecomites facta est; in qua pace Bernabos promisit se seralium Mantuanis redditurum esse; Reg. Imp. VIII, nr.* 4686*a.* 2) *Quae expeditio iam mense Iunio ex. et Iulio in. ante pacem cum Vicecomitibus ictam facta est; cf. Reg. Imp. VIII, 'Reichssachen' nr.* 483. 484. 3) *Hoc colloquium imperatoris et papae Viterbii factum est, quo Urbanus papa Monteflascone venerat; Reg. Imp. VIII, nr.* 4696*d. K. W.* 4) *Eadem infra f.* 199, *p.* 113. *narrata sunt.*

1369. (Maii 1). tandem coruptus peccunia dictam civitatem Pissarum Iul. in pace relaxavit et de mense Iullii recedens de Lucha[a] *f. 197. *et[b] aripuit iter et ivit usque Venetias[c, 1]; relaxavit autem et instituit suum vicarium dominum[d] . . . . .[e, 2], cardinalem tituli . . . . .[f], civitatis Luche. Deinde intravit marre[g] Adriaticum[3] et ivit Boemiam cum maximo pudore inperialis maiestatis, dimissa discordia inter dominos et magnatos[h] Lombardie maior[h], quam umquam fuerit.

Eodem anno dominus[d] Guido de Gonzagha, dominus[d] civitatis Mantue, relevavit seralium devastatum per dominum[d] Bernabovem cum auxilio dicti domini[d] Bernabovis et domini[d] marchionis Estensis[4].

Anno Domini supradicto fames valida[i] et caritudo victualium fuit in civitatibus dicti domini[d] Bernabovis, Dec. que[k] incepit eodem millesimo[l] de mense Decembr.[m] et 1370. Maio. perduravit usque per totum mensem Madii proxime subsequentis, sic quod valebat starium frumenti Cremone, quod starium est penssans[n] . . . . .[o], sol.[p] XXVIIII et sol.[p] XXXII et plus[q].

*f. 198'. 1362. *Anno[r] Domini ab incarnatione M°CCC°LXIII. Urbanus papa quintus, natione Francus de castro . . . . .[e, 5] diocesis Meldensis[6], ex patre . . . . .[e], ordinis nigri sancti Benedicti, qui proprio nomine vocabatur Gulielmus, abbas Sancti Victoris Marsilie civitatis, successit Inocentio pape sexto inperante domino[d] Karolo inperatore, qui sedit in papatu annis . . . . .[s]. Hic dum esset in partibus Apulie in legatione pro sancta Romana ecclesia tunc temporis vacante, et domini[d] cardinales essent Avinioni[t] in conclavi pro electione fienda de futuro pastore, et non valentes insimul concordare elegerunt istum abbatem absentem in summum pontificem, prout placuit Oct. 31. divine maiestati, in vigilia omnium sanctorum[7].

a) *seq.* n per mare *delet.* b) et *delendum.* c) *seq.* et ibi: *delet.* d) . d . *c.* e) *spatium nomini inserendo vacat.* f) *hoc loco non spatium vacuum remansit in c.* g) *seq.* et *delet.* h) *sic c.* i) *seq.* inp *delet.* k) *seq.* ꝑ (per) *delet.* l) M° *c.* m) decebr̄ *c.* n) penff *c.* o) *spatium vacat in c.* p) f *c.* q) *reliqua maior pars paginae* 197. *rectae et p.* 197. *versa et p.* 198. *recta vacant.* r) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* s) *spatium numero inserendo vacat.* t) *seq.* icoi (?) *delet.*

1) *Non Venetias ivit, sed in ostiis Padi fluvii navem intravit.* 2) *Guidonem de Bolonia card. episcopum Portuensem; quod die Iul.* 2. *factum est; Reg. Imp. VIII, nr.* 4771. 3) *Cf. 'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 488; *G. Warnecke, 'Der zweite Römerzug K. Karls IV.' (Diss. Ien.* 1881) *p.* 51. *K. W.* 4) *Nicolai II.* 5) *Grisac* 6) *Mimatensis potius.* 7) *Potius die Oct.* 28.

Eodem vero anno, die XXIIII^{or} Madii ego quidem Albertus de Bezanis, civis Cremonensis[a] et monacus monasterii[b] sancti Laurentii Cremonensis[a], creatus fui et institutus in abbatem monasterii[b] sancti Laurentii prelibati per Dei gratiam per mortem domini[c] don Petri[d], olim abbatis dicti monasterii. 1363? *Maii* 24.

[Anno[e] Domini M^{o}CCC^{o}LXIII, dum esset maxima guerra inter dominum[c] papam et dominum[c] Bernabovem de Vicecomitibus pro civitate Bononie, et cum dictus dominus[c] Bernabos esset cum gentibus suis ad obsidionem dicte civitatis cum certis nobilibus et de maioribus Lonbardie[f], subditis suis, inter quos fuerunt de Cremona dominus[c] Gulielmus marchio de Cavalcabobus, dominus[c] Iohanes de Ponzonibus et dominus[c] Nicholaus de Pelavicinis, quos[g] omnes universaliter, nemine evadente, a populo Bononiensi et alliis gentibus sancte matris ecclesie fuerunt capti[1] et in Bononia omnes conducti[h]; capitanei principales sancte matris ecclesie erant: dominus[c] Malatesta Ungarus et dominus[c] Comes[2] Yspanus, nepos dicti[3] domini[c] Egidii cardinalis et legati; quos[g] carceratos[g] aliqui conducti fuerunt Padue, aliqui Ferarie, aliqui alibi, prout erat conligatio predictorum dominorum]. 1363. *(Apr. 6).*

Eodem autem millesimo[i] pastores et prelati sancte matris ecclesie pessime tractabantur in partibus Lonbardie, videlicet in civitatibus domini[c] Bernabovis et Galeazii de Vicecomitibus, scilicet omnes redditus omnium ecclesiarum pro taleis per dictos dominos clericis inpositis aufferrendo, clericos et prelatos incarcerando in maximum dampnum et vituperium ordinis clericalis, et hoc fuit occaxione civitatis Bononie, et tandem anno Domini M^{o}CCC^{o}LXIII. supradicto facta fuit pax generalis inter dictum dominum[c] Bernabovem, Bononiam relaxando sancte matri ecclesie, prout tenebatur de iure, et[k] dictus[l] dominus[c] papa, dando et tribuendo dicto domino[c] Ber- 1364. *(Mart. 3. 13).*

a) cremoñ *c.* b) moñ *c.* c) . d . *c.* d) Petri *in marg. ab Alb. suppl.* e) *uncis inclusa in marg. (sinistra) exteriore ab Alb. post suppl., nullo adposito signo, quo indicetur, quo loco haec inserenda sint.* f) Lon *c.* g) *sic c.* h) *seq.* ꝑ (pro) *delet. c.* i) M^{0} *c.* k) *seq.* ecc^{a} (ecclesia) *delet.* l) *legendum:* dictum dominum papam.

1) *Cf. 'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 467 *sq.; Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' I, p.* 299; *Matth. Villani XI,* 44; *Chron. Estensis Cont. col.* 486. 2) *Blascus Fernandus de Belviso, rector marchiae Anconitanae, a Matheo Villani IX,* 75. 77. *dictus* Gomise. 3) *Qui dictus est supra f.* 195, *a.* 1360, *p.* 104.

1364. nabovi certam maximam quantitatem peccunie; qui dominus papa misit ibi pro custodia dicte civitatis Bononie dominum[a] Andruinum cardinalem tituli . . . . .[b, 1] et accipiendo tenutam et posessionem dicte civitatis pro sancta Romana ecclesia; et sic deinde clerici et prelati sub iurisdictione dicti domini[a] Bernabovis habuerunt bonam[c] et veram pacem*.

1365. (Dec.). Anno Domini M^{o}CCC^{o} . . . . .[d] dominus[a] Ambrosius, filius naturalis dicti domini[a] Bernabovis[e], collecta maxima multitudine[f] equitum et peditum armatorum accessit super teritorium Ianuensem[g] ad locum qui dicitur La Speza et ibi igne et ferro devastavit et spoliis omnino consumpsit[2]. Deinde[h] habita pecccunia[i] in quantitate[k] a Ianuensibus inde recessit. Postmodum equitavit in partibus Romandiole et Tuscie omnia igne et ferro devastando[l], cui nullus poterat sibi[m] resistere; demum equitavit super teritorium[n] Apulie et Calabrie et Terre Laboris devastando et consumendo terras et loca sancte matris ecclesie et regine Apulie[3], et omnia penitus ad nichilum reduxisset, nisi Deus previdisset[o], quia non reliquid[p] ullum malum inpunitum. Dominus[q] autem 1368. papa cum auxilio dicte domine[a] regine et alliorum dominorum suorum conligatorum[r] dedit[s] talem ordinem, (Sept.). quod una die gentes dicti domini[a] pape et predictorum dominorum agressi[t] fuerunt in quadam valle, quod non poterant fugere, gentes dicti domini[a] Ambrosii, et sic viriliter preliati fuerunt, quod penitus nullus fuit predictarum gentium[u] domini Ambrosii, qui posset evadere, quin caperetur aut mala morte moreretur[4]; et hoc mirabile miraculum divinum fuit, et multi postea ex dictis gentibus, allii laqueo fuerunt suspensi, aliqui in flumi-

*) *Sequitur:* Anno D. M^{o}CCC^{o}LX°VI. habito coloquio cum d. Karolo inperatore Avinioni *deletum; cf. infra p.* 113, *l.* 10.

a) . d . *c.* b) *spatium nomini inserendo vacat.* c) *seq.* 2 (et) *delet.* d) *spatium numero supplendo vacat.* e) *seq.* eū *delet.* f) multitudo *corr.* multitudine *c.* g) *sic c.; seq.* et *delet.* h) *seq.* hib' *delet.* i) *sic c.* k) *seq.* recessit *delet.* l) *seq.* s *delet.* m) sibi *delendum.* n) *seq.* ca *delet.* o) ꝓuidisset *corr.* p̄uidisset *c.* p) *sic c. pro* relinquit. q) . D . *c.* r) *seq.* una die ei *delet.* s) dederunt *corr.* dederit (?), *sequente* t' *rel* a', *c.* t) *sic c., lege* aggresse. u) *seq.* q (qui) *(corr.* d*?) delet.*

1) *Presbyterum S. Marcelli.* 2) *Cf. Georg. Stella, Ann. Genuenses, Muratori, SS. XVII, col.* 1097. 3) *Iohannae.* 4) *Cf. 'Cron. Sanese', Muratori, SS. XV, col.* 195*; ib. XXI, col.* 1035.

nibus precipitati, et finaliter de mille non remanserunt 1368.
X, quin mala morte punirentur.

[Anno[a] Domini M⁰CCCLXVIII. pastores et prelati
et allii rectores ecclesiarum sub dominio dominorum
Bernabovis et Galeazii de Vicecomitibus de Mediolano
male tractati fuerunt, ponendo taleas gravissimas dicto[b]
clero Cremonensi[c] ac inpossitiones, et hoc fuit eodem
millesimo[d] de mensibus Marcii et Aprillis]. *Mart. Apr.*

Anno Domini M⁰CCC⁰LXVII.[e] dominus[f] papa supra- 1367.
dictus habito prius coloquio *cum domino[f] Karolo in- *f. 199.
peratore Avinioni[1] per mare ivit[g] Ianuam, deinde Romam
cum magno navigio, invitis et contradicentibus quasi
omnibus cardinalibus, et ibi preordinavit et fecit certos
cardinales et[h]

Anno Domini M⁰CCC⁰LXVIIII^or^ dominus[f] inpe- 1368.
rator predictus recedendo de Mantua ivit Montem- (Oct. 17).
fisconum, ubi erat dominus[f] papa, et dominus[f] papa re-
preendit[i] eum, quod dimisisset se peccunia corumpi a
tyrampnis Lonbardis. Item eodem millesimo[d] dominus[f]
papa supradictus[k], dum quadam die equitaret a Monte-
fiscono[l] Rome et esset prope Romam unum milliare vel (Oct. 21).
circa, dictus inperator sociavit dictum dominum[f] papam
tenendo equum pro freno, destrando[i] usque ad Sanctum
Petrum[2]. Et circa idem tempus dictus dominus[f] papa
misit exercitum suum copiosum ad civitatem Perose[m],
duravit . . . .[n].

Anno vero eiusdem[i] de mense Decembr. maxima 1369. *Dec.*
conligatio facta fuit inter dominum papam cum suis
subditis ex una parte, Florentinos, Pisanos, Paduanos,
marchionem Estensem, Mantuanos atque Reginos et allios
quam plures magnates et dominos Romandiole et Tuscie
et Lonbardie et specialiter cum domina et nobilli do-
mina[f] Iohanna regina Neapolitana et Provincie ex al-
tera[o] contra et adversus nobilem et egregium dominum[f]
Bernabovem de Vicecomitibus, Mediolani, Laude, Cre-
mone, Parme, Brixie et Pergami dominum[f] generalem[3].

a) *uncis inclusa in marg. (sinistra) exteriore ab Alb. post suppl., non adposito signo, quo indicetur, quo loco haec inserenda sint.* b) *seq.* cre *delet., Alb.* cremoñ *scribere voluit.* c) cremoñ *c.* d) M⁰ *c.* e) VII *corr. ex* VIIII? *c.* f) . d . *c.* g) *seq.* venetia *delet.* h) *seq.* an *delet.* i) *sic c.* k) supra ĩ (?) *c.* l) *seq.* romam (?) *delet.* m) *seq.* s? et? *delet.* n) *spatium unius sillabae vacat.* o) *supple* parte.

1) *Cf. supra p.* 108. 2) *Eadem supra p.* 109. *relata sunt.* 3) *Cf. Sozom. Pistor., Muratori, SS. XVI, col.* 1086.

Quare clerici, prelati et allii relligiossi subiecti dicti domini[a] Bernabovis capti et incarcerati fuerunt, inponendo sibi talleas et inpositiones gravissimas et intollerabilles, ponendo eos in cipo et conpedibus, affligendo eos pane et aqua, sic quod pro solutione dicte talee eos oportuit eorum mobillia et inmobillia pignori obligare, et hoc
1370. *Ian.* 24. fuit eodem millesimo die XXIIII[or] Ian. Et quasi in-
1369. continenti dictus dominus[a] Bernabos cum maxima quantitate equitum et peditum[b] equitavit ad castrum . . . . .[c, 1] diocesis Lunensis volendo aripere civitatem Luche, que erat in custodia domini[a] cardinalis[2] tituli . . . . .[c] pro domino inperatore, set nichil inde honoris reportavit. Set in dicto castro per aliquos dies permansit, in tantum quod habuit dominium castri Sancti Yminiati ac alliorum quam plurium castrorum subditorum comunis Florentie; et ibi conflicte fuerunt gentes comunis Florentie in maxima quantitate equitum et peditum; quod dominium dictorum castrorum duravit quasi per sex menses, quia Florentini ea vi recuperaverunt.

Item eodem anno dominus inperator Constantinopolitanus nomine don Petrus[3] Romam venit ad summum pontificem cum maxima quantitate nobilium Grecorum penitens de erroribus suis, quos diu habuerunt Grecos[d] circa articulos fidei, et accepta instructione et informatione dictorum articulorum baptizatus[e] est more Romane ecclesie. Errores vero, in quibus errabant, sunt hii, videlicet:

Primo dicebant et tenebant, quod spiritus sanctus tantum a patre procedit et non a fillio.

Secundus est, quod non potuit neque debuit poni in simbolo *fillioque*.

Tercius est: dicunt, quod illi qui apposuerunt excomunicati sunt, quia contra preceptum Nicee[f] synodi hoc fecerunt.

Quartus est, quia dicunt se non vocatos fuisse ad dictum concilium, ideo dominus[a] papa illud apponere non potuit.

a) .d. *c.* b) *post haec spatium vacuum unius sillabae.* c) *spatium nomini inserendo vacat.* d) *sic c.; lege* Greci. e) batp̄atus *c.* f) *sic c. pro* Nicene.

1) *Sarzanam supplendum esse videtur, exercitu Bernabovis duce Iohanne Hackwood iam in territorio Florentino oppugnante Florentinos castrum S. Miniati obsidentes.* 2) *Guidonis de Bolonia episcopi Portuensis; cf. supra p.* 110. 3) *Potius Iohannes V. Paleologus. Cf. Ragnald., Ann. eccl. XVI, a.* 1369. § 1—5.

Quintus est, quod dominus[a] papa non habet potestatem universalem, set patriarcha Constantinopolitanus debet ei esse par et potestatem consimilem[b] in honore.

Sextus est, quod nullus salvatur, nisi baptizetur[c] baptismo Grecorum.

Septimus est, quod sacramentum altaris non debet fieri in azimo, set tantummodo in fermentato.

Octavus est, quod nullus vadit usque ad diem iudicii in paradisum, nisi beata virgo et anima latronis crucifixi cum domino nostro.

Nonus est, quod nullus vadit in purgatorium.

Decimus est, quod faciunt divortium contra preceptum evangelicum.

Quos erores multis temporibus tenuerunt, et nunc 1369. conponcti corde confitentes erores suos reversi sunt ad gremium et ad unitatem sancte matris ecclesie et fidei catholice, sine qua nemo potest salvare[d]. Deinde per dominum[a] summum pontificem preceptum et inhibitum est in[e] omnibus portubus et insulis marrinis, quod decetero nullus audeat vendere aut emere Grecos aliquos[f], ut prius omnibus licitum fuerat. Deinde post paucos menses dictus dominus[a] inperator cum benedictione papali anno Domini LXX. intravit mare Adriaticum et 1370. reversus est ad partes suas in pace [de[g] mense Iulii]. *Iul.*

*Item eodem millesimo dominus[a] Bernabos supra- **f.* 199'. dictus equitare fecit suas gentes in maxima quantitate pugnatorum — quarum capitanei erant quidam dominus[a] Iohanes de[h] Acuto Anglicus, Iohanes de Reten Alamanus — super teritorium Pisanorum ad instantiam domini[a] Iohanis de Lagnella, condam dicte civitatis domini ac ducis, et quia dicti Pisani erant in liga domini[a] pape et sequacium suorum, conburendo et depredando omnia, que aripere poteraut. Set tamen eam capere non potuerunt et inde recesserunt, quia pre nimia charitudine victualium[i], et versus Parmam redierunt. Deinde dicte gentes equitaverunt super teritorium Bononiensem[k] derobando et devastando omnia extrinseca que potuerunt. Allie vero gentes, que remanserant dicto domino[a] Bernabovi, equitaverunt super[l] teritorium civitatis Regii, cui preerat dominus[a] Feltrinus de Gonzagha,

a) .d. *c.* b) *supple* habere. c) batp̄etur batp̄mo *c.* d) *sic c. pro* salvari. e) et ī, ī (in) *delet. pro* et, *quod delendum erat.* f) aliquas *c.* g) de m. Iulii *alio atramento post ab Alb. add.* h) *seq.* c *delet.* i) *quaedam supplenda esse (ut* stare non potuerunt*) conicies.* k) *sic c.* l) *seq.* terti *delet.*

1370. et ibi dominus[a] Bernabos facere fieri incepit bastitam unam pro obsidendo dictam civitatem et fecit extirpare et evellere omnes arbores et devastare blada et allia campestria dicte civitatis. Set eodem millesimo die
Aug. 3. sabbati tercio Augusti[1] dominus[a] Feltrinus supradictus cum auxilio suorum amicorum[b] cepit dictas gentes dicti domini[a] Bernabovis[c], de quibus nullus evasit, quin esset captus aut interfectus, et cepit dictam bastitam cum omnibus munimentis, charis et bobus in maxima quantitate in maximum dampnum et vituperium dicti domini[a] Bernabovis.

Sept. Item anno supradicto, scilicet M°CCCLXX, de mense Septembr. dominus[a] papa una cum Florentinis et cum auxilio omnium suorum conligatorum misit maximum exercitum Parme[d], et ibi[e] steterunt per aliquod temporis derobando et[f] cetera mala faciendo. Set finaliter inde recesserunt et fecerunt bastitam unam seu castrum super teritorium Mutinense ad instantiam domini[a] Ferrarie[2] contra castrum Carpi, quod detinetur per quosdam nobilles de Pilliis.

Sept. Anno Domini M° suprascripto de mense Septembr.[g] civitas Perusina supposuit se iugo domini[a] pape et sancte matris ecclesie. Eisdem vero anno et mense, dum infirmaretur[3] ad castrum Montis-flasconi, inde recesit et intravit marre et navigavit usque ad civitatem Avinioni cum tota curia, relinquens ibi Rome unum cardinalem tituli . . . . .[h, 4], allium reliquit Anchone tituli . . . . .[h], tercium, videlicet fratrem suum, scilicet dominum[a] Astorgium[5] tituli Albanensis[i], ad custodiam civitatis Bononie.

Oct. 13. Eodem vero anno, die XIII. Octubr. dominus[a] Nicholaus de Pelavicinis existens in castro suo Busseti cum licentia domini[a] Bernabovis accessit cum maxima comitiva ad monasterium[k] Castioni diocesis Parmensis

a) .d. *c.* b) *seq.* e *delet.* c) *seq.* neminē *delet. Alb. scribere voluit* nemine evadente *ut supra p.* 111, *l.* 15. d) parme *bis scriptum, prius delet.* e) *seq.* sot (?) *delet.* f) *sequuntur binae litterae deletae.* g) setpƀr *c.* h) *spatium nomini inserendo vacat.* i) albañ *c.; seq.* bon *delet.* k) moñ *c.*

1) *Die Iul.* 24. *hoc factum esse tradit Sozom. Pistor. l. l. col.* 1090; *die Aug.* 20. *Chron. Est. Cont. l. l. col.* 492. 2) *Nicolai marchionis Estensis.* 3) *Scil. Urbanus V. papa, qui a.* 1370. *Aug.* 26. *Monteflascone recessit, Sept.* 24. *Avinionem venit; Reg. Imp. VIII, 'Päbste' nr.* 127 *a. c.* 4) *Petrum de Stagno card. presb. S. Mariae trans Tiberim, qui et legationem marchiae Anconitanae habuit.* 5) *Potius Anglicum Grimoaldi dictum.*

et in dicto monasterio[a] ignem apponi fecit, sic quod totum quasi conbussit et totum spoliavit et amplius[b] mali fecit, quam habuit a dicto domino[c] Bernabovi in mandatis. Set Deo propitio de licentia dicti domini Bernabovis castrum unum[d] dominus[c] abbas dicti loci fieri incepit. 1370.

Anno Domini M⁰CCCLXX.[e] de mense[f] Novembr. et Decembr.[g] inita et facta fuit pax — [que[h] parum duravit][1] — inter dictum dominum[c] papam, Florentinos et Paduanos et eorum conligatos ex una parte et[i] nobillem et egregium dominum[c] dominum[c] Bernabovem supradictum et eius conligatos ex altera[2], quam Deus conservet et confirmet! Amen. Eodem vero anno die XVIIII^{or} Decembr.[k] dictus dominus[c] papa diem clausit extremum[l], cuius anima requiescat in pace[m]! *Nov. Dec.* *Dec.* 19.

a) mon̄ *c.* b) *seq.* fecit quam habuit *delet.* c) . d . *c.* d) *seq.* illi A (?) *delet.* e) *seq.* die XX. *delet.* f) *seq.* decebr̄ *delet.* g) decebr̄ *c.; seq.* fac *delet.* h) *uncis inclusa in marg. alio atramento ab Alb. suppl.* i) *seq.* . d . (dominum) *delet.* k) decebr̄ *ab Alb. in marg. suppl.* l) *seq.* in pace *delet.* m) *decem circiter versus paginae* 199. *versae post haec vacant.*

1) *Haec verba uncis inclusa scripta sunt a.* 1371. *aut postea, cum bellum renovatum esset. Albertus haec reliqua scripsit tempore pacis servatae; cf. l.* 12 *sq.* 2) *Pax die Nov.* 10. *Bononiae facta (Verci, 'Storia della marca Trivigiana' XIV, Doc. p.* 57*), sed iam sequente anno ineunte fracta est; cf. Cipolla, 'Storia delle signorie Italiane' p.* 155. *K. W.*

INDEX

NOMINUM PROPRIORUM ET RERUM.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

A.

C. K.

D.

E. (Ae).

Ezelinus, Hezelinus.

F.

Franciscus, Franciscus.

G.

H.

N.

Nicolaus, Nicholaus.

T.

U.

W.

Y *v.* I.

Z.

GLOSSARIUM.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

---

abbas populi 84, 30.
abinde 94, 1.
abrutum = *abruptum* 34, 25.
accipere = *eripere* 80, 10. 103, 25.
adestrare, *Ital. addestrare* 109, 30.
admirandus = magister millitiae 40, 1; admiragdus 40, 10.
advocatus ecclesiae 20, 40. 23, 1; *Rechtsanwalt* 59, 5.
ambaxator 69, 15. 73, 10. 96, 25.
anathematizare 56, 10.
antiepiscopus 98, 10.
antipapa 20, 40. 21, 5. 22, 35. 34, 10. 94—96, 15. 97, 10. 98, 5.
appostolicus = *papa* 42, 30.
archarius, *custos archae* 7, 5.
archipresbiter 11, 15.
archisummum 34, 20.
arengherium, *Ital. aringhiera* 85, 10.
asasinus 71, 1.
asentire alicui, *recedere ab aliquo* 81, 25.
azimus (panis eucharistiae) 115, 5.

badaluchum (bandaluchum?), *Ital. badalucco, Scharmützel* 77, 15.
balneare se 41, 15.
bancha, *Bank* 79, 30.
baptisterium 34, 25.
barbuta, *Ital. barbuta, Helm* 100, 20.
barones 17. 41, 30. 50. 51. 53, 10. 56, 10. 61. 74, 15. 76, 20. 77, 30.
bastita, *Ital. bastita* 88, 10. 109. 116.
beneficium, *Pfründe* 98, 5.
bibliotecarius 6, 25.
bibulcus = *bubulcus* 82, 30.
bladum 100, 5. 116, 1.
burgus, *suburbium* 15, 30. 55, 5. 77, 1. 89, 25; *locus non munitus* 17, 25.
buza, *navium species* 38, 35.

camerarius 9, 25.
campanellus, *Glöckchen* 97, 20.
campestre bellum 59, 20. 60, 5.
cancellarius 7. 9, 25. 34, 10; cancelarius 4, 25. 9, 30; canzellarius 36, 20; canzelarius 58, 15.
canonica, *collegium canonicorum* 7, 1.
canonizare 29, 1. 57. 59, 10.
canonizatio 59, 15.
cantanites = *catamiti* 29, 35.
canzellarius *v.* cancellarius.
capellanus 9, 15; cappellanus 57, 15.
capitaneus 36, 5. 62, 15. 63, 1. 69, 20. 70, 30. 74, 25. 77, 15. 79, 5. 82, 10. 90, 15. 95, 10. 96, 10. 115, 25; populi 66, 15. 75, 25; generalis 69, 20. 73, 25. 88, 5. 90, 20; principalis 107, 20. 111, 15.
caporalis, *dux belli, capitaneus* 92, 20.
karistia 39, 30.
caritudo, *penuria, Teuerung* 80, 5. 110, 10; charitudo 115, 35.
cassatio 53, 5.
castellum, *machina bellica* 36, 10.
castramentari 89, 25.
castra metare se 88, 10. — castrametari 17, 25. 40, 35. 41, 1. 47, 40.
catholicus = *archiepiscopus, patriarcha Armeniae* 41, 25.
charitudo *v.* caritudo.
charus = *carrus* 116, 5.

cipus, *quo pedes captorum constringuntur* 114, 1.
circumstantes partes 91, 15; villae 82, 5.
circumvicinae villae 82, 1.
citra = *trans, ultra* 91, 15; citra a 102, 20; abinde citra 94, 1.
claustrales monaci 65, 15.
claustrum, *Kloster* 24, 1. 31, 25.
clausura, *Befestigung, Verschanzung* 77, 1. 79, 15.
clericalis ordo 95, 15. 111, 30; clericale cingulum 42, 15.
codicellus, *ulcusculum, carbunculus* 103, 1.
comes, *Graf* 6, 25 *etc. saepe.*
comitatus, *Grafschaft* 7. 9, 1. 42, 5. 68, 30. 70, 1. 74, 25. 75, 5. 88, 15. 89, 25. 90, 25. 91, 10. 92, 5. 100, 25. 107.
comitatus *passive, begleitet* 25, 25.
comitissa 13. 15. 19, 25.
comitiva, *Gefolge* 81, 30. 84, 1. 98, 1. 102, 1. 105, 25—107, 30. 116, 30; commitiva 89, 20.
comune, *Gemeinde* 53. 63, 10. 70, 20. 73, 15. 79, 20. 80, 10. 81, 10. 84, 1. 85, 5. 89, 1—91, 5. 100, 15. 114, 15.
conclave 58, 5. 110, 25.
concordium 84, 25.
confinus = *cophinus, Ital. cofano* 79, 30.
conflictus, *clades* 62, 15. 87, 5.
confligere, *devincere* 79, 25. 82, 25. 84, 5. 92, 15. 100, 30. 114, 15.
conpater 76, 25.
conpilare, conpillare libros, *componere* 26, 30. 66, 10.
conspirari *depon.* 109, 30 (conspirata est).
contrata, *Ital. contrada, contrata* 80, 5. 100, 30.
conventus, *collegium monachorum* 27, 35.
coriati denarii 18, 15.
coronatio (inperialis) 10, 5. 73, 15. 93, 1.
coronator 53, 15.
cruce signare 29, 10. 58, 1. 61, 1; crucesignatus 24, 30. 58, 25. 59, 25.
cruciferratus = *cruce signatus* 89, 30.
crucifixus 20, 15.
curia (generalis), *Reichstag* 19, 20. 25, 15. 54, 25; *villa, Dorf* 47; (papae) 27, 10. 116, 25.
curialiter 52, 20.
cyborium 20, 15.
cyrographum = *chirographum* 36, 1.

dampnificare 92, 30.
dapifer 4, 25. 9, 30.
dapnum = *dampnum* 84, 20. 87, 1.
decapitare 106, 20.
de cetero 58, 10. 115, 15.
deforis 36, 15.
denarius 90, 5. 100, 10.
depellerant = *depulerant* 75, 10.
depopulant 50, 40; depopulatus *passive* 50, 25.
derobare, *Ital. dirubare* 70, 5. 84, 20. 95, 15. 115, 35. 116, 15.
destrare, *Ital. addestrare* 113, 20; *cf.* adestrare.
destrictus *v.* districtus.
deultra 45, 30.
disconficere 48, 30; discunficere 29, 30.
districtus, *territorium* 41, 40. 52, 10. 66. 67. 70, 30. 71, 5. 76, 5. 78, 30 — 80, 25. 82, 1. 84, 20. 86, 25— 88, 15. 92, 25. 95, 30 (destrictus). 100. 106, 20. 107, 25. 108, 5.
dom = *domus, ecclesia episcopalis* 79, 1.
don = *dominus* 65, 15. 68, 1. 70, 30. 71, 1. 94, 25. 98, 10. 99, 10. 101. 111, 5. 114, 20.
ducatus, *Herzogtum* 2. 17, 5.
ducissa 59, 15.
durato *(depon.)* tractatu 83, 30.

emisperium, *hemisphaerium* 58, 30.
epirrium 31, 25.
episcopatus, *palatium episcopale* 105, 15.
episcopium, *Bistum* 9, 20. 95, 1; *ecclesia episcopalis* 17, 30.
equivocacio 51, 15.
expulsit = *expulit* 71, 10.
extrinseci, *e civitate expulsi* 66, 25. 77, 10. 81, 10. 84, 25. 86, 25; extrinseca pars 82, 35; extrinseca, *quae extra civitatem sita sunt* 115, 35.
extunc 3, 15. 19, 5. 21, 30.

falsogravius, *Pfalzgraf* 52, 35.
ferto, *nummus* 41, 5.
feudum 23, 15.
ficticie 101, 30.
fidelitatem firmare 17, 5; iurare 97, 5; exibere 32, 15.
fienda electio 110, 25.
finaliter 79, 10. 81, 30. 82, 35. 86, 25. 88, 10. 96, 10. 97, 20. 99, 5. 103, 30. 108, 10. 109, 5. 113, 1. 116, 15.
forcia 67, 35. 74, 25.
forinseci 51, 30.
fortalicia, *Festung* 70, 15; fortallicia 76, 5; fortillicia 76. 80, 1.
fortifficare, *munire* 79, 10.
frixorium 15, 25.
fumus locus 102, 25.

gallea, *Galeere* 20, 20.
guarda 55, 5.
guardianus fratrum Minorum 78, 10.
guarnimentum 52, 10.
guerra 10, 20. 15, 20. 19, 35. 22, 30. 35. 47. 61, 25. 63, 10. 68, 15. 82. 83, 25. 85, 20. 91. 93, 20. 105, 10. 111, 5.

homagium 17, 5. 27, 5.
honorantia 105, 1.
hospitale 43, 30. 82, 25.
hospitari = *lagern* 92.
hostia, *sacramenti eucharistiae panis* 85, 30.

imperialium librae 46, 25.
incarcerare 93, 15. 96, 10. 105, 5. 111, 25. 114, 1.
incastellare 34, 15.
incontinenti, *statim* 46, 10. 85, 20. 93. 114, 5.
incoronare 80, 10. 96, 10.
informatio = *institutio, doctrina* 114, 20.
infugare 50, 10.
inhabitatus, *non habitatus* 103, 1.
inmediate 76, 5. 79, 1. 95, 30. 97, 30. 101. 104, 15.
inpositio, inpossitio, *Steuer, Auflage, Ital. imposizione* 105, 5. 113, 5. 114, 1.
in instanti 100, 5.
instructio = *institutio, doctrina* 114, 20.
interdictum (ecclesiae) 27, 5. 90, 20.
intratus *depon.* 84, 5 (quibus intratis).
intrinseci, *qui in civitate sunt expulsa adversa parte* 82, 20. 83, 1. 84, 25. 89, 25; intrinsequi 77, 10.
intromitere se de aliqua re 17, 45.
intronizare 34, 10.
investitura episcoporum, ecclesiarum 16, 15. 17, 40. 18, 1. 19, 20.
iustitiarius taxator 41, 10.

lantigravius 44, 25. 57, 10.
lavatorium 27, 25.
leteria, *Ital. lettiera* 79, 30.
liga, *Ital. lega* 70, 10. 107, 20. 115, 30.

magnates 25, 30. 113, 30; magnati 110, 5 (magnatos).
malamort 45, 15.
mane, *oriens* 77, 10.
manganare, *manganis proicere* 77, 15.
manganus, *machina bellica iaculatoria* 36, 10. 77, 20.
mansio, *domus* 92.
mansionarius 6, 25.
mantum (papae) 17, 1.
marcha, *pondus* 26, 35; *nummus* 41, 5.
marchia *v.* Anchonitana *et* Tarvisina marchia *in Indice.*
marchio 4. 9 *etc. saepe.*
maxenada, *Ital. masnada* 46.
menolatus, *nummus* 40, 5.
mercimonia = *mercimonium* 82.
miles, milles, milites, millites, *Ritter* 18, 15. 22, 25. 25, 25. 29, 5. 32, 35. 38, 20. 40. 41. 49. 52. 53, 20—55, 1. 56, 25. 68, 5. 81. 89. 90, 5; milex 55, 5. 91, 25; millex 44, 40.
militia, millitia, millicia, *Ritterschaft* 24, 5. 26, 15. 40, 1. 55, 1. 72, 1.
mortalitas = *caedes* 71, 25. 77, 25.
mortuus = *occisus* 68, 15. 79, 25.
muratus 9, 20.

naufragari *depon.* 97, 10 (navicula . . . naufragata).

officialis ecclesiae 91,20; imperii 9,25.
ordinatio, *clerici ab aliquo consecrati* 21, 5; cardinalium 58, 25. 60, 20.

palatinus (comes) 4, 25. 9, 30.
palatium, pallatium 7, 20. 9, 20. 22, 35. 26, 35. 31, 25. 42, 40. 47, 45. 50. 51. 53, 25. 60, 20. 61, 20. 62, 10. 97, 20. 106, 15.
pallea *(Ital. di paglia)* corona 105, 25.
palleum, paleum, *pallium archiepiscopi* 16, 30. 28, 20.
papalis benedictio 115, 20; papalia insignia 15, 25.
papatus 12, 10. 15, 5. 20, 10. 23, 30. 52, 40. 55, 15. 57, 5. 60, 15 — 62, 1. 63, 25. 94, 15. 110, 25.
parlamentum 93, 5.
pasagium, *expeditio transmarina* 24, 35. 57, 30.
pastores = *presbyteri parochiales* 111, 20. 113, 1; pastor = *papa* 110, 25.
pavionum = tenda, *Zelt* 77, 20.
paxeta dicta pax 84, 25.
peditos = *pedites* 109, 10.
penitentiarius 57, 15.
penssare, *pondo valere, pondus habere* 110, 15.
perforcium 88, 10.
periculare, *periclitari* 106, 20.
pertransitus *part. passivum* 39, 10.
plurique = *plerique* 50, 5. 51, 10. 59, 40.
populares, popullares 66, 30. 67. 74, 15. 75, 5. 78, 15. 87, 30. 94, 5.
porificus = *porphyreticus* 22, 1. 26, 35.
posse *(subst.)* gentium totum 82, 20.
potestaria, *officium potestatis (podestà)* 52, 10.
potestas, *Ital. podestà* 34, 5. 52, 5 — 55, 5. 71. 83, 5. 89, 10. 95, 10. 107, 25.
potionare, *venenare* 93, 5; potionata hostia 85, 30; potionatum vinum 93, 10.
pravillegium 18, 25.
preditare 52, 30.
prelibatus = *praedictus* 65, 15. 111, 5.
preordinare 113, 10.
prerogativa *subst.* 105, 5.
primatus 20, 30.
prioratus, *monasterium, cui prior praeest* 10, 25. 24, 5. 101, 20.
privatim = *clam* 50, 25.
privillegiare 11, 30. 16, 20. 21, 10. 24, 1. 28, 30. 98, 10. 99, 10.
privillegium 16, 15. 18, 25. 19, 20. 24, 5.
proditorium negotium 104, 5.
prostrantes = *prosternentes* 35, 5.
publicatio = *Veröffentlichung* 86, 15.
purgatorium, *Fegefeuer* 115, 10.
pusterla, *porta minor urbis* 77, 5. 79, 25.

quarta, *mensura* 100, 10.
quarterium (frumenti) 100, 10.
quasi = *beinahe* 68, 20. 74, 20. 76. 80, 1. 85, 20. 93, 20. 98, 15. 114. 117, 1.

rationes facere, *Recht sprechen* 53, 25.
rebellare civitatem 76, 30; revellare castra 83, 20.
reducti se fuerant = *reduxerant se* 80, 15.
reincudere 34, 20.
relaxare, rellaxare = *relinquere, dimittere* 96, 10. 109, 15. 110, 1. 111, 30.
religiosi, *monachi, fratres mendicantes* 71, 20.
repulsa, *Widerstand* 81, 10.
resistentia 84, 5.
revellare *v.* rebellare.
riperia, *Ital. riviera* 78, 25. 84, 1.
robare, *Ital. rubare* 55, 5. 79, 30. 92, 15.
robatio, *Ital. rubagione* 79, 30.
rocha, *Ital. rocca* 76, 10.
rosta, *Palisade* 79, 10.

scaramutia, scaramuzia, *Ital. scaramuccia, Scharmützel* 77.
scharamuzando 77, 15. 89, 25.
scientialis flos 62, 1.
sciffus = *scyphus* 93.
scorta, *Ital. scorta* 92, 15.
scrineum = *scrinium* 17, 15; scrineus 79, 30.
secutor = *Anhänger* 91.

seneschalcus 92, 20.
separari, *proficisci* 100, 20.
seralium, serallium, *Ital. serraglio* 107, 20. 108, 1 — 110, 10.
sero, *occidens* 82, 15; a sero, *ab occidente* 77, 5.
sindicus terrae 97, 5.
sofisticata verba et facta 90, 10.
solacium, *Ital. sollazzo* 47, 1.
soldanus 40. 41, 10. 51, 1. 64. 72, 10.
spineta 13, 1.
spoliae, spolliae, *Ital. spoglie* 84, 20. 95, 15. 109, 5. 112, 10; spolium 79, 30.
sputatio sanguinis 102, 30. 103, 1.
stacatus, *palis munitus, verpalisadiert* 77, 5.
starium = *sextarius* 80, 5. 110, 15.
strictura montium 40, 5; portae 41, 25.
sturmum 53, 15. 54, 5.
successive 33, 35.
successorium ius 45, 5.
summaria = *sumarius* 40, 5.
superfluitates 25, 30.
symbolum *(fidei Christianae)* 60, 30.

talea, tallea, *Steuer* 105, 5. 111, 25. 113, 5. 114.
tangi *depon.* 100, 15 (se tanguntur).
taxator iustitiarius 41, 5.
tenda = pavionum, *Ital. tenda* 77, 20.
tenuta, *Ital. tenuta* 112, 1.
trahere, *Ital. tirare, schiessen* 53, 25.
treuga 38, 1. 50, 10; treugae 20, 20.
tristus = *tristis* 106, 15.
tumefactio 102, 25.
tyrampnis = *tyrannis* 48, 10. 52, 45.
tyrampnus = *tyrannus* 50. 86, 5. 113, 15; tirampnus 51, 20. 93, 5; tyrapnus 33. 50, 40.

de ultramontibus 89, 10.

valvassor 62, 15.
vicariatus 66, 15. 76, 25.
vicarius 73, 20. 74, 20. 75. 79, 5. 83, 10. 87, 25. 88, 25. 97, 1. 110, 1; inperialis 66, 15; regis 92, 1.
victoriose 51, 5.
victorius 23, 10. 40, 15.
vituperium 95, 15. 105, 10. 111, 30. 116, 10.

ycona regia 51, 1.

zambellum, *conflictus (cf. Ital. zombolare)* 79, 5.

Corrigenda.

P. 14, *l.* 37, *n.* m *lege* Interim — Cremon.
P. 15, *n.* a *lege: sic c. cum Martino et Bosone.*
P. 93, *l.* 25 *lege* M°CCCXXVII.

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

ANNALES ALTAHENSES MAIORES.

4

HANNOVERAE ET LIPSIAE.

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSI.

4

ANNALES ALTAHENSES MAIORES.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

1890.

ANNALES ALTAHENSES MAIORES

EX RECENSIONE W. DE GIESEBRECHT

ET EDMUNDI L. B. AB OEFELE.

EDITIO ALTERA

RECOGNOVIT

EDMUNDUS L. B. AB OEFELE.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

1891.

p. 772. *Annales Altahenses maiores, postquam triginta fere annis abhinc nomen eorum ab oblivione vindicavi fragmentaque dispersa singulari opusculo colligere conatus sum[1], inter praecipuos medii aevi fontes a viris doctissimis merito habebantur. Quamobrem fieri non potuit, quin opus illud egregium, cui Staindelius, Aventinus, Brunnerus tot et tantas res gravissimas de Conrado II, Heinrico III. et IV. imperatoribus debuerant, ubique summo cum studio quaereretur. Sed omnis illa opera, proh dolor! in irritum cecidit. Nusquam enim archetypum Annalium Altahensium vel exemplum aliquod ex eo descriptum repertum est, ut denique plane desperandum videretur, librum illum adeo desideratum unquam rursus in lucem protractum iri.

Nihilo tamen secius obstinato animo in opinione perseverabam, annales illos etiam nunc esse servatos.

Nam compertum habebam, Aventini collectaneis quibusdam, quae in monasterio Altahensi inferiore anno 1517. ipse sibi confecerat, etiam extremis annis saeculi superioris Franciscum Töpsl, canoniae Pollingensis praepositum, usum fuisse et indicem eorum diligenter composuisse, quem Aretinus publici iuris fecit[2]. Neque vero ex notis huius indicis dubitari posse mihi videbatur, quin Aventinus in istam farraginem etiam Annales Altahenses vel integros vel certe maxima ex parte descriptos recepisset. Sperabam igitur, fore ut ex his collectaneis annales illi deperditi nobis redderentur, cum codicem tanti pretii, etiamsi ad tempus latitaret, nostra aetate incredibili incuria periisse vix mihi persuaderem. Neque ea spes me fefellit. Mense enim Februario huius anni Edmundus L. B. ab Oefele, iuvenis studiis historicis mihi coniunctissimus, laeto vultu collectanea illa Altahensia Aventini mihi attulit, quae in apparatu proavi sui, clarissimi illius editoris Scriptorum rerum Boicarum, fortuna arridente repererat. Mox, librum avide perscru-

1) *Annales Altahenses, aus Fragmenten und Excerpten hergestellt von W. Giesebrecht. Berlin* 1841. 2) *'Beyträge zur Geschichte u. Litteratur'.* 1805. *Mai. p.* 527.

tantes, Annales Altahenses prope integros in eum transscriptos esse et virorum doctorum votis editione eorum tandem satisfieri posse, summo cum gaudio perspeximus.

Collectanea illa complent codicem chartaceum 106 *foliorum forma quadrata maiore. Maximam partem occupant Annales Fuldenses et nostri annales, partim ab Aventino ipso partim a librario nescio quo ex codicibus Altahensibus descripti.* **Sed iis* *p. 77
et initio praemissa et in fine adiecta et in medio passim interposita sunt multa alia, quae in libris et privilegiis Altahensibus Aventino notabilia visa erant quaeque hanc ob causam in eadem folia et ante et post annales descriptos retulit. In calce ultimi folii ipse adnotavit: Haec ex inferiore Alta anno Christi 1517. conlegi aestate[1]. *Plagulas sine iusto ordine compositas et inscriptas post*[1] *in* 13 *fasciculos*[2] *complicandas et membrana*[3] *vestiendas curavit. Accidit vero, ut glutinator plagulis commutatis res iam confusas etiam magis perturbaret. Cui incommodo ut aliquatenus mederetur, Aventinus numeros foliis adscripsit et signa fecit, quibus interruptum rerum nexum lector restituere posset, vacua denique pagina in medio codice (f.* 56*) usus est, ut indicem rerum adiungeret. Cum aliquanto post in componendis annalibus suis Boiorum collectanea Altahensia adhiberet, ad marginem codicis plurima ex Reginone, Herimanno Augiensi, Sigeberto Gemblacensi aliisque auctoribus nec non ex privilegiis imperatorum, quae ei Ratisbonae praesto erant, levi calamo adspersit.*

Ordo codicis, ut nunc se habet, hic est:

f. 1. *Variae notae, praesertim ex libro traditionum ab Hermanno abbate confecto.*

f. 2. *Annales Fuldenses ab anno* 714—739, *a librario Aventini descripti, quibus ipse nonnullas notas ex Annalibus Altahensibus adiecit.*

f. 3—6. *Excerpta ex privilegiis imperatorum, ducum, comitum, ceterorum et ex Vita Godehardi posteriore c.* 1—5.

f. 7. *Annales Fuldenses* 740—771, *a librario descripti; in calce Aventinus ipse Annales Altahenses* 708—712. *addidit.*

1) *Aventinum Nonis Iuliis Altaham inferiorem et pridie Kalendas Aug. Osterhofen advenisse ac rursus* 4. *Nonas Octobr. per illud monasterium iter fecisse, produnt eius ephemerides ('Sämmtliche Werke' I,* 675*). Eadem aestate Aventinus etiam alterum collectaneorum volumen Altahae confecit, ex quo Andreas Felix ab Oefele Chronicon Hermanni abbatis multaque alia edidit.* 2) *Praeter decimum, qui decem folia habet, omnes sunt quaterniones.* 3) *In involucro nunc legitur: 'Hystoria regum Francorum et sequentium Romanorum imperatorum ab anno Domini* 714. *usque ad annum* 1083 *(sic!) conscripta in Altach' et infra: 'H. D. Hunds Liberey'.*

[In margine et inter lineas Aventinus Annales Altahenses seu breves notas ex iis excerptas annorum 740—746. *adiecit.]*

f. 7′—8′. *Annales Altahenses* 747—813, *excerpti ab Aventino, quibus ipse tum plurimas notas, maxime e Fuldensibus annalibus depromptas, et inter lineas et in utroque margine adiunxit.*

f. 9—55′. *Annales Fuldenses a.* 814—900. *Maximam partem absolvit librarius, cui se saepius in opere substituit Aventinus, qui post ex Annalibus Altahensibus notas singulis annis adscripsit.*

f. 56. *Index voluminis.*

f. 56′. *Pars Ludovici de regno Lotharii (Legg. I, p.* 517*). Cf. f.* 72.

f. 57. *Annales Altahenses* 899—927, *a librario exscripti.*

f. 57′. *Annales Altahenses* 928—951, *ab ipso Aventino exarati.*

f. 58—65. *Annales Altahenses* 952—1038, *partim ab Aventino, partim a librario eius transscripti.*

f. 65′. *Notae brevissimae ex variis diplomatis depromptae, quae ad saeculum decimum tertium et decimum quartum pertinent.*

f. 66. 67. *Excerpta ex Chronicis Romerii (i. e. Ekkehardi) et Hermanni abbatis Altahensis*[1].

f. 68. 69. *Breves Annales Altahenses* 741—1039, *quos Aventinus ex maioribus, ut nunc mihi persuasi*[2], *excerpsit et compilavit, priusquam priorem partem eorum fusius in collec-*
p. 774. *tanea sua transscribere in animum induceret. Nam *praeter duas notas, quarum una*[3] *sola negligentia scriptoris a verbis annalistae veteris recedere videtur, omnia in maioribus annalibus multo accuratius referuntur, et haec duo folia iam ante f.* 57—65. *ab Aventino inscripta fuisse, ipse codex ostendit*[4].

1) *[Quae hisce foliis* 66. *et* 67. *continentur, praeter notas quasdam levioris momenti in margine exaratas necnon excerpta annalium nostrorum a.* 1057. 1061. 1065. 1067. 1068. *omnia deprompta sunt e codice nunc Vindobonae in bibliotheca palatina asservato, num.* 413, *olim Hist. eccl.* 29, *signato. Huius codicis involucro anteriori scheda membranacea agglutinata est, cui manus saeculi decimi quinti inscripsit: 'Cronica Romery'.]* 2) *In errorem incidi, cum hos annales, priusquam inspicere liceret, pro vetustiore opere haberem, quod in conficiendis annalibus maioribus iam adhibitum esset. Cf. 'Gesch. der deutschen Kaiserzeit' II, p.* 538. 3) *Ad ann.* 842. *Alteram notam, quae ad a.* 1027. *adscripta est, Brunnerus quidem in Annalibus Boicis P. II, col.* 209. *ex Chronico Altahensi laudat, vehementer tamen dubito, num ex maioribus nostris annalibus deprompta sit. Certe non ante ann.* 1029. *Heinricus rex in disciplinam Egilberti episcopi Frisingensis venire potuit, cum hoc demum anno Bruno episcopus, primus regis magister, obiret.* 4) *Fasciculus, qui f.* 66—71. *complectitur, antea A* 1. 2. 3. *signatus erat.*

Quamobrem hi minores annales pro nihilo fere habendi esse videntur. Veruntamen cum ad verba maiorum annalium restituenda non plane negligendi sint, hoc loco eos proponi a re nostra haud alienum mihi visum est.

f. 68.

[a] Anspertus ex Blithylt, filia Lutharii genuit	Arnoldum ducem, eius filius Arnulfus, hic Flodolphum episcopum et Anchisum; Feriolum episcopum Ucetiae martyr *(sic)*. Modericum episcopum Harisii; Tharsicia, Rodonis virgo vestalis *(sic)*.

741. Natus est Thassilo dux. Monasterium Alta construitur divo Mauricio.

742. Natus est Carolus magnus.

743. Carolomannus et Pipinus pugnant cum Utilone ad Lech.

750. Parochiae divisae consentiente Utilone duce, Vivilo Ba., Iohannes Saltz., Gaibald Ratisbo., Ermbertus Frisi., Wilibaldus Eistet.

815. Lutharius rex in Boiariam venit.

822. Ludovicus imperator regnum dividit inter filios.

842. Rabanus expellitur de monasterio, sequenti anno divisio regni [1].

844. Lutharius rex cum orientalibus Francis in Sclavia, regem Gestimulum occidit, Sclavos subegit.

862. Morbus in Germania.

867. Ventus; sequenti cometa, fames, pestilentia.

872. Aestas ferventissima; sequenti anno fames in Germania, locustae.

889. Ungari egressi.

893. Bellum magnum inter Ungaros et Boios.

907. Adalprecht occisus.

943. Praelium cum Ungaris in Weles, occisi sunt a Bois.

958. Signum crucis in vestibus.

972. Otoni Theophania Graeca mittitur, nubit Romae Otoni secundo, deinde in Franciam redeunt.

973. Otones cum uxoribus XIV. Kal. April. Quindilaburg *(sic)*, pascha X. Kal. April. Advenere legati Graecorum, Beneventanorum, XII primates Ungarorum, Bulgariorum duo, legati Harioldi ducis, Bonezlavus dux Sclavienus. Misego dux Sclavienus filium obsidem misit. Obiit Non. Maii.

974. Henricus dux Boiorum, Abraham episcopus cum Bolizlavone et Misigone inierunt consilium, quomodo regnum Otonis disperderent. Beratholdi consilio Oto congregatis principibus, quorum consilio mittit legatos Popponem episcopum et Gebehardum comitem ad ducem vocatque

a) *haec in summo margine adscripta sunt. [Antecedit tamen in apice haec nota ab Aventino eodem atramento ac eodem fere literarum ductu scripta:* Bruno, qui et Gregorius, natione Germanus, patre Otone, matre Iuditha, fit papa ab Otone secundo. *Cui notae catalogos pontificum Romanorum saeculo XI. medio et exeunte conditos apud Eccard, Corp. hist. med. aevi II, p. 1640. et Watterich, 'Pontif. Rom. vit.' I, p. 67. nec non Gregorii V. titulum sepulcralem ap. Watterich I, p. 87. conferas.]*

1) *[Sic ultima duo verba ab Aventino neglegentissime exarata legenda sunt, quae prior editio* depositio regis *reddidit. Porro Aventinus annalium nostrorum excerpta Annalibus Fuldensibus in margine adiiciens divisionem regni a.* 843. *factam omisit, cum Fuldenses latius ea de re agerent.]*

ad concilium omnesque conscios coniurationis; quodsi venire recusent eo, proscriptos *(sic)* iri. Henricus continuo venit ad imperatorem cum omni- f. 68'.
bus consciis, sese dedunt imperatori. Dux Ingelheym, Abraham Corobiae servatur. Antequam res finita, contra Haroldum regem Danorum auctorem mali, domitat *(sic)*.

975. Boemanni familiam s. Mauricii occiderunt. Oto Boiemos vastat, incendit.

976. Imperator Bois *(sic)* armis adit, Henricum ducem consequitur, vindicantem dominium imperatoris. Comites, episcopi ad imperatorem deficiunt, dux evasit. Secundo imperator Boios intrat, Henricum pellit, Otoni duci Suevorum Bois commendat.

977. Imperator Boemiam vastat, Bolislaum supplicem venire coegit. Interim dum haec aguntur, Henricus dux et alter eiusdem nominis, nepos eius, invaserant Bazzowa. Imperator ubi hoc audivit, propere arma movet, urbem obsidet, ponte facto in deditionem coegit, inde in Saxoniam revertitur, in gratiam ipsum Henricum accepit.

978. Bolislaus ad imperatorem pascha venit, pacem impetrat, domum dimittitur. Aderat et Henricus et ille alius eiusdem nominis, comprehensi, in exilium acti.

982. Pugna cum Saracenis infelix. Obiit Oto dux Boiorum, nepos imperatoris ex fratre, succedit Henricus.

983. Oto imperator Romae moritur.

989. Henricus dux Carynthiorum obiit.

990. Regulari vita Altae incipitur per Erchanbertum abbatem.

991. Gothehardus fit monachus.

994. Obiit Wolfgangus[a].

995. Henricus dux obiit, succedit filius Henricus.

998. Mulier Altae enixa V filios.

775. *1003. Henricus, Pertholdi comitis filius, et Bruno frater regis, ambo Bolislavones, Bolanicus et Boiemicus, rebellant, Henricus ad regem fugiens in Gibicanstein custoditur.

1006. Fames.

1027. Chunradus rex fit imperator, filius eius rex Henricus dux f. 69.
Bavariae constituitur, qui praecedenti anno rex factus, educatus Frisio episcopo et Andex[1].

1030. Imperator in Ungariam properat, natali sancti Albani dominica die Altae pernoctat. Rediit sine effectu, fame compulsus. Wien ab Ungaris capta. Miseco dux Polaniae, Bezbrien frater eius, Ulricus dux Boemiae. Liutizi regionem imperator caepit, victo Misicone duce Polonie.

[a) succedit Gephardus *Aventinus alio atramento addidit.*]

1) [educatus — Andex, *etsi eodem atramento eodemque literarum ductu exarata sint, quin Aventinus aliunde deprompserit, nullus dubito. Et quidem alterum e diplomatum locis, de quibus vide sis Steindorff, 'Jahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich III.' I, p.* 22 *sq., alterum ex Andecensium monachorum saeculi XV. commentis, qui comitem illum Lupoldum, Heinrici regis patrem sic quoque fabulosum, de quo Steindorff l. l. I, p.* 511 *sqq. et Bresslau, 'Jahrbücher des deutschen Reichs unter Konrad II.' II, p.* 521 *sqq. videas, ultra finxerunt comitem de Andechs. Quae commenta Aventinus a.* 1514. *in codice Andecensi, quem nunc bibliotheca regia Monacensis (Cim.* 313*) servat, offendit et in Adversariorum suorum tomum quintum (Cod. lat. Mon.* 1202, *f.* 127*) retulit.*]

1032. Ulricus dux Boiemiae in exilium agitur. Bratislaus filius suscepto ducatu ab imperatore rebellat. Henricus rex expeditione facta eundem subegit.

1033. Henricus rex et dux Boiorum veniens in Ungariam, pace firmata cum rege Ungariorum, revertitur domum. Filius autem Stephani Ungarorum regis paulo post obiit, Henricus dictus.

1034. Guntharii heremitae rogatu Radesbonae dux Ulricus reconciliatur imperatori redditurque Boiemiae, qui tum excecat fratrem Germarum.

1035. Adalpero dux Carynthiae deponitur, succedit Chunradus. Mortalitas animalium, apium in Boiaria. Sequenti anno hiems valida. Gebehardus episcopus Ratisbonensis obiit, succedit Gebehardus frater imperatoris. In s (?) Rex Henricus ducit Chunigundam, nuptiae Niomagi.

1038. Gothehardus obiit, sterilitas, fames. Stephanus Ungariae rex, avunculus Petri regis, quoniam caruit filiis, hunc adoptavit.

1039. Imperator natale Gosolariae *(sic)* celebrat.

f. 69′—71. *Annales Altahenses maiores* 1039—1041, *primo a librario, tum ab Aventino ipso descripti.*

f. 72. *Pars Caroli de regno Lotharii. Cf. f.* 56′. *Accedunt notae aliquot geographicae.*

f. 72′ *vacuum.*

f. 73. *Alexandri II. bulla supposita de fundatione Wissegradensis ecclesiae, descripta ex codice interpolato Cosmae Pragensis. Cf. SS. IX, p.* 84.

f. 73′. *Privilegium Heinrici IV. imperatoris pro ecclesia Pragensi usque ad verba:* communi principum aspirante suffragio per D. *Ex Cosma Pragensi l. c. p.* 91. 92.

f. 74. 75. *Privilegium Friderici II. imperatoris, quo duci Austriae privilegium avi sui, quod minus vocatur, confirmat. Cf. Mon. Boic. XXVIII,* 1, *p.* 354—357. *Sequitur locus ex Cosma Pragensi descriptus:* Factum est, ut dux Boemie — vita laus, victoria. *SS. l. l. p.* 92. 93. *Spatio octo linearum, quod in f.* 75′. *etiam relictum erat, Aventinus usus est, ut Annales Altahenses ad annum* 1041. *a verbis:* tempore autem prenotatae expeditionis *usque ad:* revertuntur. Idem Liutpoldus *inscriberet.*

f. 76—79. *Annales Altahenses* 1044—1047. *Init.:* Frater vero consentire noluit. *Fin.:* inde domum conversus.

f. 80—82. *Annales Altahenses* 1041—1044. *Init.:* Radasponae regi redeunti. *Fin.:* rex dare voluit.

f. 83—103. *Annales Altahenses* 1047—1073. *Init.:* praedictam intrat Mantuam. *Fin.:* in illa regione excreverunt. *Subiunxit Aventinus aliquot notas de interitu Tassilonis ducis.*

f. 103′. 104. *Varia ex variis diplomatis excerpta.*

f. 105. 106. *Europae provinciae. [E Cod. palat. Vindob.* 413, *f.* 176. 176′.*]*

f. 106'. *Notae variae.*

Ex ea, quam exposuimus, codicis condicione consequitur, ut in edendis nostris annalibus nihil magis necessarium fuerit, quam primum, quicquid iis ex Aventini farragine tribuendum erat, ab alienis accurate secernere, tum suo quidque loco collocare. Quae cum Oefelius summa cum diligentia absolvisset, iam manifestum erat, usque ad annum 898. *Aventinum non plene quidem annales nostros in collectanea transfudisse, maiorem tamen partem excerpendo in suum usum vertisse, tum vero mutato consilio ab anno* 899. *usque ad finem integros annales*
776. *praeter usitata *quaedam verba, quae facile suppleri possent, fideliter transscripsisse; de suo ingenio eum raras tantum voces easdemque leves mutasse intelligebamus. Paucissima relinquebantur, quae dubitationem moverent, utrum ex nostris annalibus an ex alieno fonte Aventinus hausisset. Quae non plane omittenda, sed uncis, quibus inclusimus, notanda nobis videbantur. Sed id quoque Oefelius mox vidit, priorem annalium partem a posteriore tam esse diversam, ut totum opus neque ab uno eodemque auctore compositum neque uno eodemque tempore conditum esse possit.*

Prior enim pars, quae usque ad annum 1032. *decurrit, auctoritate vetustiorum annalium Hersfeldensium et Hildesheimensium plerumque nititur. In monasterio Altahensi eam conscriptam esse patet, neque tamen lectorem effugiet, non monachum Bavaricum, sed clericum quendam in monasterio hospitantem, ecclesiae Hildesheimensi adscriptum, eam condidisse*[1], *et Wolfherium Hildesheimensem scriptorem esse Oefelius primus intellexit. Wolfherius enim, postquam Hersfeldiae in artium studiis sub Albwino magistro aliquamdiu versatus est, se ad monasterium Altahense contulit, cui Ratmundus, Godehardi episcopi nepos, tum praefuit. Abbas Saxonem, cuius condiscipulus Hersfeldiae fuerat, benignissime excepit, eumque per complures annos in monasterio studiis retentum*[2] *saepius precibus adiit, ut de vita Godehardi adhuc superstitis librum componeret. Ille, diu voluntati abbatis adversatus, tum demum,*

1) *Cf. ad ann.* 1007: nostro episcopo in suae abrenunciationis testimonium episcopalem ferulam tradidit, et usque apud nos retinetur. *Bernwardus episcopus Hildesheimensis erat, qui ferulam illam tunc accepit, ut in Vita Bernwardi c.* 43. *plenius narratur.* 2) *Si catalogo monachorum, qui Godehardi temporibus vixerunt (SS. XVII, p.* 368*), fidem habemus, Wolfherius inter fratres Altahenses tum receptus est. Sed nusquam se monachum Altahensem ipse profitetur, et Othloh, qui eius condiscipulus Hersfeldiae fuerat, eum in Libro visionum (SS. XI, p.* 378*) canonicum Hildesheimensem appellat. Cf. Annales Hildesheimenses ad a.* 1039 *(SS. III, p.* 103*).*

cum Altaha relicta circa annum 1035. *ad Hildesheimensem ecclesiam revertisset, illam Godehardi Vitam, quae prior nunc vocatur, conscribendam suscepit*[1]. *De his rebus Wolfherius ipse in praefatione operis nos certiores facit, neque vero de annalibus, quos Altahae composuerat, quidquam prodit, quamquam nullum alium auctorem eorum fuisse, nemo non videbit.*

Annales Hildesheimenses, quorum archetypum diversis manibus exaratum adhuc exstat, Wolfherius quasi pro fundamentis suorum annalium habuit, patriasque historias usque ad annum 1032, *ubi quondam operi finem impositum fuisse archetypum docet*[2], *diligenter exscripsit. Hildesheimenses annales, ut notissimum est, usque ad annum* 973. *praecipue Hersfeldenses nunc deperditos reddunt. Wolfherius vero Annales Hersfeldenses non solum ex Hildesheimensibus cognoverat, sed ipsos legit et plurima ex iis in suos annales transtulit*[3]. *Neque continuationem, quam Hersfeldiae repererat, neglexit, summamque ei gratiam habemus, quod plenius quam Lambertus aliique eam exscribendam curavit; gravissimas enim res sic solus servavit memoriae posteritatis. Post annum* 982. *Annales Hersfeldenses admodum steriles erant, et ad annum* 997. *ultimum eorum vestigium in opere Wolfherii deprehendisse mihi videor. Annales Hildesheimenses et Hersfeldenses ante Wolfherium Altahensibus vix innotuerant, invenit tamen apud eos annales Alamannicos, quos fortasse Erkanbertus abbas, ad reformandum monasterium anno* 990. *de Suevia ascitus, secum inde attulerat. Vetustis annalibus, quos Alamannicos vocamus, in exemplo Altahensi continuatio quaedam accessit, quae ad finem fere saeculi decimi decurrit. Nam usque ad ann.* 985. *Wolfherius ex illis annalibus nonnulla *deprompsit, quae cum continuatio-* *p. 7
nibus Murbacensi, Augiensi, Sangallensi nec non cum Annalibus Weingartensibus et Sangallensibus maioribus saepius ad litteram conveniunt[4]. *Dubitari nequit, quin Altahae etiam breves Bavarici annales ad manum Wolfherii pervenerint. Vix enim aliunde locos quosdam memorabiles de ducibus Bavariae et de proeliis cum Ungaris commissis depromere potuit. Sed de origine et condicione istorum annalium certi quidquam contendere non audeo, quamquam eos Ratisbonae in monasterio*

1) *Cf. Pertzium (SS. XI, p.* 162. 163*) et Hüfferum ('Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit' XI. Jahrh.* 2. *u.* 3. *Bd. p. XVI. XVII).* 2) *[Haec non ita se habere Bresslau demonstravit archetypo diligentius inspecto, 'Neues Arch.' II, p.* 556. 564*].* 3) *De Annalibus Hersfeldensibus et Hildesheimensibus vide SS. III, p.* 18 *sq. [Post Giesebrechtium H. Lorenz accuratius de hac re egit 'Die Annalen v. Hersfeld' Leipz.* 1885. *p.* 41—52*].* 4) *De Annalibus Alamannicis et continuationibus eorum vide SS. I, p.* 19 *sq.*

sancti Emmerammi, quod per Romualdum abbatem cum monachis Altahensibus arctius coniunctum erat, conditos et inde Altaham delatos esse, persuasum habeo[1]. *Praeter annales Wolfherius alia quoque scripta in rem suam convertit, ut Genealogiam domus Carolingicae (ad a.* 747*), Vitam Bonifatii (ad a.* 750*), Vitam Bernwardi (ad a.* 1007*); etiam Librum pontificalem Romanum (ad a.* 800*) inspexisse videtur.*

His subsidiis, quae Wolfherius ad annales suos conscribendos adhibuit, non semper cum consilio usus est. Interdum enim ei accidit, ut easdem res bis ad diversos annos diversis verbis repeteret[2], *tum in temporibus definiendis plus semel lapsus est et in alios quoque manifestos incidit errores. Verumtamen non modo ab aliis tradita compilavit, sed etiam de suo ingenio nonnulla adiecit, quae monachis Altahensibus commodo fore sperabat. Mandavit litteris quaedam, quae temporibus eius facta erant, sed nondum annotata videbantur. Descendit porro ad obscura ecclesiae christianae in Bavaria primordia, de quibus parum vel fere nihil in vetustis annalibus invenerat, ut opera sua tenebras illas aliquatenus illustraret. Neque tamen id ei ex sententia successit. Nam quaecunque de parochiis Bavariae anno* 750. *divisis refert, omnino improbanda sunt, neque illud, quod monasterium Altahense anno* 741. *fundatum indicat, nihil dubitationis habet.*

Wolfherii annales non Altahae latitasse, sed etiam in Hersfeldensium et Hildesheimensium notitiam pervenisse, certa testimonia sunt. Wolfherius ipse, cum post Godehardi mortem circa annum 1054. *iterum vitam eius describere aggrederetur et de Altahensi quoque monasterio ordine ei narrandum esset, suos annales magna ex parte transscripsit*[3], *neque Lambertus Hersfeldensis in condendo opere suo celeberrimo Annales Alta-*

1) *Ad annos* 741. *et* 742. *Wolfherii verba cum Annalibus Iuvavensibus maioribus, ad annos* 742. *et* 743. *cum Iuvavensibus minoribus conveniunt. Haesito vero, num ipse Annales Iuvavenses (SS. I, p.* 87—89, *III, p.* 122*) in manu habuerit, cum brevissimae notae eius generis etiam in alios annales facile transscribi potuerint. Confidentius de Annalibus S. Emmerammi locutus sum, quamquam unus tantum locus (ad a.* 819*) ex vetustis illis annalibus, qui maiores S. Emmerammi vocantur (SS. I, p.* 92. 93*), descriptus videtur. Multa enim in sequentibus occurrunt, quae vix aliunde quam ex continuatione quadam antiquissimorum istorum annalium profecta esse possunt et modo cum Annalibus minoribus S. Emmerammi (SS. I, p.* 93. 94, *XIII, p.* 47. 48*; cf. XVII, p.* 571*), modo cum Annalibus Ratisbonensibus (SS. XVII, p.* 582—584*) cognationem quandam produnt.* 2) *Cf. de morte Adalberti ad annos* 907. 908, *de interitu Eberhardi et Gisilberti ad a.* 938. 939, *de expeditione Liudulfi in Italiam facta ad a.* 950. 951. 3) *Cf. Vitam Godehardi posteriorem, praesertim cap.* 1—5 *(SS. XI, p.* 198. 199*).*

henses adhibere supersedit. Sed iam ante Lambertum Wolfherii annales Altahae e pulvere ad lucem reducti et a monacho quodam diligentissimo monasterii continuati erant.

Annales nostros iam inde ab anno 1033. *non a Wolfherio scriptos esse, facile sibi quisque persuadebit. Ille monasterium Altahense anno* 741. *fundatum esse docuerat, ad annum* 1033. *annales nostri referunt, tunc monasterium post* 302. *aedificationis annum incendio consumptum esse; auctor igitur, quisquis fuit, fundationem anno* 731. *adscripsit, de qua re optime ei cum Herimanno Augiensi, cum Wolfherio minime convenit. Neque amplius nostri annales cum Hildesheimensibus eodem modo, quo ante, consentiunt, immo vero in plurimis rebus *discrepant.* *p. 77 *Incendium monasterii Altahensis nostri annales* 4. *Non. Martii, Hildesheimenses* 6. *Kal. Martii adscribunt. Mors Emerici, quam Hildesheimenses ad annum* 1031. *referunt, in nostris annalibus male ad annum* 1033. *narratur. De Conrado in ducem Carinthanorum promoto in Annalibus Hildesheimensibus ad annum* 1036. *recte agitur, in nostris perperam ad annum* 1035. *Hildesheimenses Annales ad annum* 1036. *de synodo generali Tribuniensi verba faciunt, nostri de generali concilio Saligenstadensi. Rerum a Conrado imperatore annis* 1037. *et* 1038. *gestarum nostri annales multo maiorem copiam habent quam Hildesheimenses, quibuscum multo minus consentiunt, quam cum deperdita illa historia, cuius fragmenta apud Annalistam Saxonem exstant. Persuasum igitur habeo, scriptorem Altahensem continuationem illam Hildesheimensem, quae inde ab anno* 1033. *usque ad initium anni* 1040. *decurrit*[1], *haudquaquam inspexisse, sed proprio Marte vetustos annales monasterii produxisse usque ad sua tempora. Si qua ad annum* 1036, *praesertim de episcopis tum temporis mortuis, ad verba Annalium Hildesheimensium propius accedunt, ea postea addita esse coniiciam. Nam continuationem illam Hildesheimensem monachis Altahensibus, cum arctissima eorum coniunctio cum ecclesia Hildesheimensi satis longum tempus permaneret, diutius ignotam fuisse, minime crediderim.*

Mirum profecto est, quod in annalibus nostris ad annos 1033—1040, *quamvis accurate res plerumque tradantur, tamen errores graves, praecipue in temporum definitione, haud raro deprehenduntur. Qui cum etiam ad insequentes annos nonnun-*

1) *Inde ab anno* 1034. *usque ad finem hanc continuationem Hildesheimensem a Wolfherio ipso scriptam esse, id quod iam alii coniecerunt, mihi quoque veri simillimum videtur. Multus est auctor de laude Albwini Hersfeldensis, cuius virtutes Wolfherius ubique summo studio celebrat.*

quam nos offendant[1], *in eam opinionem adductus sum, inde ab anno* 1033. *usque ad finem* (1073) *annales uno quasi impetu uno eodemque tempore ab uno auctore scriptos fuisse. Sic enim facile est explicatu, quomodo scriptor, licet res optime cognoverit, tamen in temporibus longe remotis saepius titubaverit. Quae mea opinio mihi eo confirmari videbatur, quod ubivis in hac altera nostrorum annalium parte de rebus affinitate quadam inter se connexis agatur, ratio describendi nusquam mutetur, neque unquam genus scribendi variet.*

Quis monachus ille Altahensis fuerit, qui post triginta annos Wolfherii opus excepit, cum de se et rebus suis nihil fere ipse in annalibus prodiderit, incompertum habemus. Aventinus quidem in Wenceslao, qui ab anno 1055. *monasterium Leonense in dioecesi Brixiana rexit, tum et Altahensibus abbas praefuit* (1063—1068), *annalistam deprehendisse sibi videbatur. Sed coniectura eius*[2], *quamquam viris doctis quondam probabatur, stare nequit, nisi forte quis totam enarrationem inde ab anno* 1068. *ab alio scriptore post additam esse demonstrare conatus fuerit*[3]. *Id tamen pro certo habeo, monachum illum Altahensem, qui Wolfherii Annales continuaverit, arctissime Wenceslao abbati coniunctum fuisse, et in eius societate per complures annos inter Longobardos vitam egisse. Multus enim est de laude Wenceslai abbatis, et de rebus Italicis diserte ubique loquitur,*
*779. *nec non Italorum mores bene se novisse ipse prodit*[4]. **Ubi ad annum* 1068. *de morte Wenceslai agit, in haec verba prorumpit:* Multi eorum, quibus praeerat in utroque monasterio, solent adhuc protestari una voce, similem illi pietate patrem se nunquam habuisse et si post habituri sint, nimium desperare. *Wenceslaum illum cum Bohemis coniunctionem quandam habuisse, iam nomen tunc inter Germanos inusitatum indicare videatur. Quamobrem ex ore eius annalistam plurima de iis, quae de rebus Bohemicis in opus suum transfuderit, accepisse opinor. Neque tamen minore veneratione, quam abbatem suum, monachus Altahensis Guntherium illum prosequebatur, qui can-*

1) *Cf. a.* 1060. 1061. 1068. 2) *Ann. Boiorum ed. Gundling p.* 525. *et in syllabo auctorum.* 3) *Res desperata, nam luce clarius est, unum eundemque scriptorem de Ottone Nordheimensi ad annos* 1065. 1068. 1070. *agere et haec omnia litteris consignata esse post annum* 1070. 4) *Cf. ad annum* 1064: Usum Longobardorum iam didicerat plene, quia multa verbis audacter minari soleant, quae tamen opere nullatenus adimplere audent, *et ad ann.* 1068: Itali, sua superbia elati et velut natali odio Teutonicum ducem audire dedignati, incondito clamore cuncta coeperunt turbare. *Episcopos Brixianos, Veronenses, Tridentinos, Tarvisienses inde ab anno* 1055. *mortuos scriptor ordine refert.*

cellarius quondam Italicus sub Heinrico III. imperatore anno 1056. *ecclesiae Bambergensi praefectus erat et in reditu a celeberrima peregrinatione ad sepulchrum Domini facta anno* 1065. *diem supremum obiit. Multa de hoc Guntherii itinere ex litteris eius ad Bambergenses missis monachus in opus suum recepit et morte episcopi relata haec addit:* Luctum inconsolabilem suis dereliquit. Ut enim cum pace omnium dicamus, nostris temporibus illo in virtutibus maior rarus quisquam surrexit aut nullus, et vix credi potest, si post eum iam talis sit aliquis surrecturus. *Itaque etiam Guntherio et Bambergensibus annalista noster arctius coniunctus fuisse videtur, neque mirum est, quod ad res Bambergenses saepius revertitur.*

Ex iis, quae a Wenceslao et Guntherio quondam audiverat, inprimis opus suum monachum Altahensem contexuisse, mihi persuasum est. Praeterea de multis rebus in monasterio suo facili negotio certior fieri poterat. Florentissimae enim tum erant res Altahenses; intimam cum multis coenobiis in Germania, Italia, Bohemia consuetudinem monachi colebant; undique litterae abbati afferebantur, hospites ad monasterium devertebant. Praesertim de rebus in Ungaria gestis optime Altahenses instructi erant: nam saepius imperatores cum maximis copiis in eam terram proficiscentes ipsi videbant, et fere quotidie inter eos hospitabantur, qui aut eo ibant, aut inde domum revertebantur. Non igitur est, cur miremur, quod in res Ungaricas verba annalistae tanta ubertate redundant. Sed etiam de Anglia a Normannis subacta nonnulla ab iis acceperat, qui eidem bello interfuere, *ut ipse ad annum* 1066. *refert. Sic scribenti non defuit copia rerum, quas universas ut ad singulos annos ordine disponeret, diplomata, necrologia, commentarii de viris illustribus mortuis et de palatiis, ubi imperatores dies festos celebraverant, aliaeque notae historicae subsidio ei videntur fuisse. Annales maiores, quos ante eum alii composuerant, parum eum inspexisse iudico. Quamquam cum Herimanno Augiensi easdem fere res tradit et interdum vel similibus verbis utitur*[1], *ut non dubitem, quin eius librum inter scribendum evolverit, tamen rarissime vestigia eius persequebatur. Annales Sancti Emmerammi saeculo undecimo scriptos, quorum fragmenta nuper prodierunt*[2], *a scriptore nostro adhibitos esse, non negaverim, sed fragmenta illa tam exilia sunt, ut certi quidquam statuere metuam.*

1) *Cf. adnotationes ad annos* 1043. 1052. 1054. *Etiam de anno fundationis, ut iam supra dictum est, annalista noster cum Herimanno consentit.* 2) *SS. XVII, p.* 574. 575.

Monachus Altahensis uno impetu, ut diximus, opus suum videtur absolvisse[1]*; quod circa annum* 1075, *nisi fallor, factum est. Res usque ad mensem Augustum anni* 1073. *prosequutus, multa deinde mala in Saxonia excrevisse refert. Scripsit igitur aliquanto post annum* 1073, *sed ante annum* 1076. *Nam reformandae ecclesiae haud dubie studiosissimus, post certamen inter imperium et sacerdotium exortum de maiestate imperatoris*
p. 780. *et de seditiosis principibus *nequaquam tam aperte disseruisset, ut fecit. Ottonem Nordheimensem, qui libertatem Altahensem deminuerat, ubique vehementer in eum invehens, de multis criminibus suspectum reddit; id quod certo non fecisset, si annales tum demum absolvisset et retractasset, cum ille inter propugnatores ecclesiae iam excelleret. Insequenti tempore paucissimi erant, qui de imperio et de rebus ecclesiasticis idem sentirent, ac monachus noster; quae praecipua causa fuisse videtur, cur opus eius praeclarum, quamquam res gravissimas magna cum industria descripserat coloribusque vegetissimis quasi depinxerat, diu inter homines vix circumferretur. Neque Lambertus, qui priorem partem nostrorum annalium in rem suam converterat, neque Hildesheimenses, cum sequenti saeculo interruptos suos annales longius producerent, quantum ego video, continuationem cognoverant. Ne Ekkehardus quidem, qui in bibliothecis Bambergensibus magnam librorum copiam evolverat, in notitiam annalium nostrorum venit. Latitabant ergo Altahae, ubi solus Hermannus abbas, antiquitatum monasterii sui studiosus, opus oblivione obrutum e pulvere saeculo decimo tertio paulisper protraxit et ex eo notabilia quaedam in suos libros transscripsit. Pauca tum in codicem tabularum et relationum, qui in tabulario caesareo Vindobonensi nunc tenetur*[2]*, tum in librum de institutione monasterii Altahensis*[3] *inde recepit, plura exemplo chronici Ekkehardiani, cui proprios annales adiuncturus erat, interserenda et adiicienda curavit*[4]. *Tum rursus in tenebras annales nostri redierunt.*

Dum apud nos opus monachi Altahensis negligitur, in Ungaria, ubi nescio quo casu innotuerat, avide exploratum est. Iam sub fine saeculi decimi tertii Simon de Keza in chronico suo[5] *multa ex monacho Altahensi deprompsit, tum in medio saeculo decimo quarto auctor chronici, quod Iohanni de Thwrocz*

1) *Quae ad annum* 1069. *referuntur, post mortem Alexandri II.* (1073) *manifesto scripta sunt. De rebus, quae ad Ottonem Nordheimensem spectant, cf. supra p. XV, n.* 3. 2) *Notae annorum* 990. 991. 997. *in hunc Herimanni codicem transscriptae sunt.* 3) *SS. XVII, p.* 369. 4) *Auctarium Ekkehardi Altahense in SS. XVII, p.* 360—365. *[Cf. supra p.* 773, *n.* 5*]. 5) *Endlicher, Monumenta Arpadiana p.* 83 *sq.*

post tributum est[1], *quam plurima ex eodem fonte hausit, sed uterque mirum in modum, suae nationis studio ductus, Teutonici monachi sententias et verba pervertit*[2].

Inter nostrates primus Iohannes Staindelius, presbyter Passaviensis, in annalibus nostris curam et operam posuit. Cum circa annum 1486. *priorem partem chronici sui generalis conscriberet, molem eius adauxit plurimis locis ex monacho Altahensi depromptis, sed origo eorum usque ad nostram aetatem ignorabatur, quia Staindelius praesidia sua nunquam diserte indicaverat. Tum Aventinus, ut supra diximus, anno* 1517. *annales fere integros Altahae in collectanea sua recepit et plurima es iis in Annales Boiorum transtulit. Wigulaeus Hundius et Christophorus Gewoldus, in quorum manus Aventini collectanea post pervenerunt, Annales Altahenses parum curaverunt*[3]. *Eo magis in rem suam convertit Andreas Brunnerus in altera parte Annalium Boiorum, quam anno* 1629. *edidit. Non in codice quidem Altahensi, cuius post Staindelium et Aventinum nusquam mentio fit, sed in eisdem collectaneis, quae nobis adhuc praesto sunt*[4], *Brunnerus nostros annales haud dubie legit, quos tanti fecit, ut se eos plerumque de rebus saeculo undecimo gestis sequutum esse ipse aperte fateretur*[5].

**Post Brunnerum etiam in collectaneis Aventini nostri* *p. 7 *annales vix a quoquam lecti videntur. Laudantur quidem in Annalibus Boiorum, quos Iohannes Adlzreitter edidit, sed ex Brunnero. Quae Hansitius in Germania sacra II, p.* 162. 247. *ex Chronico Altahensi affert, ex codicibus quondam Altahensibus nunc Vindobonensibus*[6], *non ex nostris annalibus deprompta sunt. Andreas Felix ab Oefele denique, cum alterum volumen ab Aventino Altahae confectum magna cum diligentia perscrutaretur et ex eo praeter alia etiam Hermanni abbatis annales*

1) *Schwandtner, Scriptores rerum Hungaricarum I, p.* 47 *sq.* 2) *Vide ea, quae in opusculo meo de Annalibus Altahensibus p.* 29—32. *et infra in adnotationibus attuli.* 3) *In Metropoli Salisburgensi II, p.* 4. *Wenceslaus, abbas Altahensis, Annalium Baioariae scriptor, laudatur, sed ex Aventini Annalibus Boiorum. Mabillonius (Ann. ord. S. Benedicti IV, p.* 468*) Hundii verba repetit, Mabillonii Ioh. Bapt. Lackner in Memoriali Altahae inferioris (Passarii* 1779*) p.* 76. *Nemo eorum annales nostros noverat.* De his annalibus, *inquit Lackner,* hodie vix fragmenta supersunt. 4) *Laudat ex Chronico Altahensi II, col.* 209, *quae ex mea sententia non annalistae, sed Aventini sunt, de Heinrico III. in arce Andex educato. Cf. supra p. VII, n.* 3. 5) Nostri annales, quos fere sequimur. — Altahense chronicon optimae notae — per haec tempora optima fide scriptum. *Cf. Annales Brunneri II, col.* 176. 204. 237. *in editione Leibnitiana (Francofurti* 1710*).* 6) *Ex codice Hermanni abbatis in tabulario caesareo: 'Reichssachen' Loc.* 244. 14 A. *et ex codice bibliothecae caesareae hist. prof.* 989. *Cf. Legg. II. B, p.* 170*; SS. XVII, p.* 371.

publici iuris faceret, nostro volumini nescio quo casu similem curam impertire supersedit. Quo factum est, ut nostri annales denuo immerita oblivione premerentur et nunc demum, octingentis fere annis postquam scripti sunt, primum typis mandarentur. Posthac vero monacho Altahensi, cui maxima ex parte debentur, locus ille, quo medio inter Herimannum Augiensem et Lambertum Hersfeldensem multis nominibus dignus est[1], *nunquam profecto denegabitur.*

Restat, ut de editionis nostrae ratione pauca adiungam. Constat, Aventinum eundem codicem Altahensem descripsisse, qui in Staindelii manu fuerat, sed exemplum vetustum, non autographum scriptoris fuisse, ex eo colligitur, quod apud utrumque menda deprehenduntur, quae librarii, non auctoris esse solent[2]. *Nos religiose Aventini vestigia sequuti, Staindelium, qui saepius verba ex suo arbitrio mutavit, modo adhibuimus*[3], *ut aut locos apud Aventinum corruptos corrigeremus aut aliquot voces in altera parte annalium ab eo omissas suppleremus. Usque ad annum* 896. *nihil nisi Aventini excerpta proposuimus*[4]. *Mediocri negotio haec excerpta fragmentis quibusdam, quae iam Georgius Waitz V. Cl. ex Staindelio collegerat*[5], *augeri poterant, sed quae sic allata essent, iam aliunde melius nota sunt, ac ne integritas quidem annalium hoc modo restituta esset. Vel in rebus quas vocant orthographicis scripturam ita retinuimus, ut in farragine Aventiniana repereramus. Nam cum Aventinum et eius librarium, quamquam interdum vacillarent, tamen vetustae scribendi rationi plerumque studuisse pateat, satius nobis videbatur, parum mutare, quam nimium. In quibus rebus si quid correximus, accurate adnotatum est praeter levissima quaedam librarii peccata*[6], *quae tacite emendavimus.*

Minoribus litteris impressa sunt, quae in priore parte Annalium Wolfherius ex Annalibus Hersfeldensibus, Hildesheimensibus, Alamannicis mutuatus est, quoad aliunde haec iam innotuerant. Ubi Wolfherius cum Annalibus Iuvavensibus vel Ratisbonensibus et cum Lamberto consentit, minores litteras non admisimus, quia non in aperto est, unde Bavaricas res Wolf-

1) *Cf. orationem meam academicam: 'Ueber einige ältere Darstellungen der deutschen Kaiserzeit' (München* 1867*).* 2) Luzici *pro* Liutizi *ad annum* 1031, Tusciam *pro* Troiam *ad annum* 1038. *etc.* 3) *Staindelii autographo (in bibl. regia Monacensi cod. Lat.* 732*), non editione Oefeliana usi sumus.* 4) *Nimis obscuras notas Aventini in hac parte aliquoties ex vetustissimis annalibus, quos Wolfherius sequutus erat, paucis verbis supplevimus.* 5) *'Göttingische gel. Anzeigen'* 1842, *p.* 386—388. 6) *Plerumque scripsit* nuncii *et, litteras* c *et* t *in codice vetusto non bene distinguens,* Frantiam, pontifitiam *etc.*

herius hauserit, et multis locis dubitari potest, utrum Lambertus verba sua ex Annalibus Hersfeldensibus an ex Altahensibus descripserit.

In edendis nostris annalibus maiorem laboris partem Oefelius suscepit. Ego nihil aliud feci, quam ut verba scriptoris, quae ex codice restituerat, retractarem et varias lectiones subiungerem. Notas, quas annalibus apposui, lectoribus usui futuras esse spero.

Scribebam Monachii die 28. *Novembris* 1867.

WILHELMUS DE GIESEBRECHT.

PRAEFATIO EDITIONIS ALTERAE.

Quos ante hos viginti tres annos Giesebrechtii meaeque vires unitae in lucem produxere, Annales Altahenses, nunc magistro ad aethera evecto discipuli secundae curae praebent. Neque vero, quod ad opus universum spectat, a priori edendi ratione longius recedendum erat.

Nam quae tot tirones ac triarii, Ehrenfeuchter, Kitt, Lindner, Steindorff, Bresslau, Zeissberg, de horum annalium origine et scriptoribus indicarunt, dudum a Giesebrechtio in singulari quaestione libri sui 'Geschichte der deutschen Kaiserzeit' (II, p. 583—589*) refutata esse mihi constat. Cum vero D. Bresslau postulasset, ut Staindelii excerpta accuratiora Aventinianis substitueremus illisque amplioribus haec suppleremus, item earum vocum, quibus periodorum partes exeunt, consonantiam restitueremus, quam Aventinus de industria sustulisset: dubitari quidem, num talibus concedere fas esset. At cum etiam D. Holder-Egger pluribus locis probasset, ea non esse neglegenda, annui, tum ipse haec quoque curavi.*

Tribus praeterea minime supersedendum putavi. Ante omnia priorem editionem codici, quem partim Aventinus, partim librarius eius exaravit, iterum contuli. Ex quo complures voces prius aut perperam redditas, aut in dubio relictas corrigere licebat; notis quoque subter annales positis nonnulla addidi, quae Aventinus nescio unde deprompta in marginibus adiecit.

Tum, si qui fontes rerum in notis dudum laudati nunc emendatiores assunt, indicavi. Denique libros praestantissimos inde ab anno 1869. *editos, qui res Germanicas illius aevi narrant et inscribuntur 'Jahrbücher der deutschen Geschichte' ac 'Geschichte der deutschen Kaiserzeit', diligenter inspexi et ad locos, quibus annales nostri censentur seu illustrantur, lectorem remisi. Quae novae huic editioni prosint.*

Fragmentum annalium Ratisbonensium ad annos 1084—1086. *pertinentium, quod Guilelmus Meyer feliciter reperit, cum illi et patria et scribendi genere cognationem aliquam cum Altahensibus prodant, secundum editionem Waitzianam codice denuo collato notisque additis hisce adiunxi.*

Scribebam Monachii Idibus Martiis a. 1891.

EDMUNDUS L. B. AB OEFELE.

p. 782. *I. PARS PRIMA AUCTORE WOLFHERIO HILDESHEIMENSI.

A. ANNALES EXCERPTI AB AVENTINO.

708. Pipinus dominatur[1]. Chonreth Britannus rex Romam ivit, fit monachus ibi. f. 7. in calce. A. Hers.
709. Durus, deficiens fructus. A. Hers.
710. Pipinus in Alamanniam. ib.
711. Nimia inundatio aquarum. ib.
712. Mors Heriberti regis Langobardorum. ib.
715. Obiit Tagobertus rex[2]. f. 2. in marg. A. Hers.
718. Vastat Carolus[a] Saxoniam plaga magna. ib.
719. Obiit Ratbodus rex. Suesionum[b] victi Franci. ib.
720. Pugnavit Carolus[c] contra Saxones. ib.
722. Magna fertilitas anni. ib.
723. Duo Drogonis filii ligati, unus obiit, Carlus infirmatur. A. H. et Alam.
727. Sanctus Egbertus obiit. f. 2' in marg. A. Hers.
732. Carolus pugnavit contra Saracenos[d] die sabbati. ib.
733. Ecclypsis solis. ib.
734. Carolus perrexit[e] in Fresiam. ib.
735. Carolus[f] Vascones vastat. Beda obiit. ib.
736. Initium Herfeldensis caenobii. ib.
737. Carolus pugnavit[e] contra Saracenos in Gothia. ib.
738. Carolus[a] Saxoniam vastat. ib.
739. Carolus Provinciam intravit[g] usque Massiliam. ib.
740. Sine ulla hostilitate. f. 7. in marg. A. Hers.
741. Natus est Thassilo[3]. Monasterium Altah construitur divo Mauricio[4].
742. Natus est Carolus Magnus[5].

a) C. *deest c.* b) *sic c.* c) P. C. *des. c.* d) C. p. c. S. *des. c., ubi perperam* d. s. *ad a.* 731. *adscripta sunt.* e) C. p. *des. c.* f) *deest c.* g) C. P. i. *des. c.*

1) *Cf. Annales Nazarianos in editione Freheriana ad a.* 707. *et Hildesheimenses. Nota annalium nostrorum de morte Drogonis (cf. Ann. Hersfeldenses), quam Staindelius servavit, apud Aventinum non invenitur.* 2) *Apud Staindelium ex Annalibus Altahensibus haec leguntur:* 716. Carolus pugnavit contra Radbotum. 717. Carolus pugnavit contra Francos (in Vinciaco) dominica die ante pasca. *Cf. Ann. Hers. et Hild.* 3) *Cf. Annales Iuvavenses maiores.* 4) *Cf. Lambertum.* 5) *Cf. Annales Iuvavenses maiores et minores et Lambertum.*

743. Carolomannus et Pipinus pugnant cum[a] Outilone ad Lehhae[1].

A. Hers. 746. Burchardus fit episcopus Wirziburgensis[2].

f. 7'. ib. 747. Carlomannus Romam pergens[b] fratri regnum relinquit.

Gen. dom. Car. Anspertus ex genere senatorum duxit filiam Lutharii, nomine Blithilt, genuit

ex ea:
- Arnoldum, is genuit Arnolfum, Arnolfus genuit Flodolphum episcopum et Anchisum, is Pipinum;
- Feriolum, Feriolus episcopus in Ucetia civitate martyr ibi sepultus;
- Modericum, in Harisio[c] sepultus episcopus;
- Tharsiciam, virgo vestalis in Rodonis civitate[d].

A. Hers. et Hildesh. 748. Grifo fugit in Saxoniam, inde fugiens petiit Baioarios et Hiltrudam sororem Pipini cum Thassilone[e] filio parvulo acquisivit.

A. Hers. 749. Grifo reversus de Saxonia.

ib. (Ottenb.) 750. Pipinus fit rex. Parochiae Boiariae distinguuntur consentiente[f] Utilone iussu Zachariae, Vivilo episcopus Bathavinus, Iohannes Saltzburg, Gaibalt Ratisbone, Ermbertus Frisingin, Wilibaldus Eistat factus[g, 3]. [Super constructo, id curante Utilone duce, stat[h] Altheae imago latericia coctilis: Utilo dux fundator[i]. Virgilius[k] et Sydonius papae scribunt contra Bonifacium de clerico[l] baptizante in nomine patria et filia et spiritus sancti. Zacharias in Germaniam scripsit de Bonifacio[4].]

A. Hers. Alam. 751. Lantfridus dux obiit. Zacharias papa obiit, Stephanus electus occisus, alter Stephanus eligitur.

A. Hers. 752. Gripho obiit.

ib. 753. Stephanus papa ad Pipinum veniens defensionem petit[m] contra Haistulphum.

ib. 754. Papa duos filios Pipini ungit reges.

ib. *755. Bonifacius obiit. *p. 7

A. Alam. 756. Stephanus papa obiit.

A. Hers. 757. Organa venere in Franciam.

ib. 758. Pipinus tributum Saxonibus CCC equos imposuit[n].

A. Alam. (Sang. mai.) 760. Sanctus Otmarus Warini et Ruothardi potentia oppressus obiit.

a) *sic Arentinus f. 68. in excerptis, ubi pergit:* Utilone ad Lech. *Ceterum Arentinus nihil aliud fecit, quam ut f. 7, ubi locus Annalium Fuldensium* 743. Carlmanus — superant *a librario descriptus est, nomini* Odilonem *superscriberet* Outilonem *et sub lineam poneret* ad Lehhae. b) p. *deest c.* c) *sic c.;* Arisido *Genealogia dom. Car.* d) *totam hanc genealogiam iisdem fere verbis f. 68. Arentinus iterum ex Ann. Alt. descripsit.* e) Thessolone *c.* f) c. *omisit Arentinus, alia manus, ut mihi videtur, post superscripsit:* ab. g) Vivilo episcopus Bathavinus, Gaibalt, Wilibaldus Eistat factus. *Sic Arentinus neglegenter Annales f. 7'. excerpsit, f. 68. hoc modo:* Vivilo Ba. Iohannes Saltz. Gaibald Ratisbo. Ermbertus Frisi. Wilibaldus Eistet. h) sta *c.* i) U. d. f. *maiusculis litteris in codice scripta.* k) Vigilius *c.* l) cleo *c.* m) v. d. p. *Arent. om.* n) i. *Arent. om.*

1) *Cf. Annales Alamanniros ad a.* 742. *et Annales Iuravenses minores ad a.* 743. 2) *Arentinus omisit:* Sanctus Wigbertus migravit ad Christum, *quae apud Staindelium leguntur. Cf. Ann. Quedlinburgenses.* 3) *Haud dubie hic Wolfherius Vitam Bonifatii auctore Willibaldo cap.* 7. *sequutus est. Cf. Vitam Godehardi posteriorem cap.* 2. *et vide Ehrenfeuchter, 'Die Annalen von Niederaltaich' p.* 32. 4) *Uncis inclusa Arentinus eodem calami tractu exararit, quo priora; vehementer tamen dubito, num ex vetustis Annalibus Altahensibus descripserit. De imagine Utilonis certum non habemus. De Bonifatio vide eius epistolas (Jaffé, Bibl. III, p.* 167*).*

764. Conventus Pipini magnus Carisiaci. Hiems dura. A. Hers.
765. Ruodgandus episcopus adfert sanctum Gorgonium, Naborem, ib.
Nazarium[a].
766. Victi Sclavi in Weitahaburg[1] a Francis. ib.
767. Paulus papa obiit. A. Alam.
768. Pipinus Aquitaniam[b] subicit. Waifharius occisus. Obiit Pipi- A. Hers.
nus VIII. Kal. Octobris ad Sanctum Dionysium.
770. Sanctus Otmarus ad Sanctum Gallum transfertur. A. Alam. (Sang. mai.)
771. Carolomannus frater Caroli obiit. A. Hers.
772. Hirminsul fanum et Eresburch[c]. ib.
773. Carolus, Italiam ingrediens[d], Papiae obsidet Desiderium. ib.
774. Desiderius in Franciam ductus. f. 8. ib.
777. Carolus in Saxonia Podrespunnun[e] placitum habuit[f]. ib.
778. Carolus pugnavit[g] contra Saracenos, Saxones Loganahi vastant. ib.
779. Sturmi abbas Fuldensis obiit. ib.
781. Carolus Romae; baptisatus filius Carolomanus, quem Adrianus ib.
mutato nomine Pipinum[h] vocat; ibi filia eius Ruotdrud desponsatur Constantino[2].
782. Comites Caroli a Saxonibus occisi Suntdal. ib.
783. Hildigard regina obiit, succedit Fastrat. Carolus contra ib.
Saxones in Thietmelli.
785. Coniuratio Hartradi et Orientalium Francorum oppressa[i]. ib.
Saxones subditi, Widikind venit Attiniacum[k] villam, ibi baptizatur, omnis Saxonia cum illo Francis subiecta.
786. Lullus archiepiscopus obiit, succedit Richolfus. Carolus in ib.
Italiam. Multa prodigia. Signum crucis in vestimentis hominum, sanguis e caelo terraque profluxit.
787. Carolus Beneventum proficiscitur[g], monasterium sancti Bene- ib.
dicti adit. Mortuo Harigiso Grimoldum filium statuit Beneventanis[3]. Ecclypsis solis XVI. Kal. Octobris hora secunda[4].
788. Thassilo eicitur, Thieotho filius similiter[l]. ib.
789. Carolus Wiltzos subegit[m]. ib.
790. Carolus perrexit in Pannoniam[n]. ib.
791. Carolus Avaros subegit. Fundatum templum sancti Bonifacii[o]. ib.
792. Coniuratio Pipini contra patrem detecta per Fardulphum, f. 8'. ib.
Pipinus fit monachus, partim alii decollati, alii crucifixi, Fardulpho commendatur monasterium sancti Dionysii.

a) *haud dubie in Ann. Alt. haec scripta erant:* R. e. corpora sanctorum Gorgonii, Naboris et Nazarii de Roma adduxit. *Cf. Ann. Weiss. et Staind.* b) Aquitanum *c.* c) *haec verba tantummodo Aventinus ex Ann. Altahensibus excerpsit. Cf. SS. III, p.* 37. d) i. *om. Avent.* e) *sic c.* f) h. *om. Avent.* g) p. *om. Avent.* h) Pipipinum *Avent.* i) detecta *add. Avent.* k) ad Tiniacum *Avent.* l) succedit *Avent. mendose scripsit. Cf. Ann. Quedlinburgenses.* m) *Avent. in marg. adiecit:* Saxones ad gentilitatem revertuntur. *Cf. Ann. Quedlinburgenses ad a.* 793. *et Ann. Hildesheimenses.* n) C. Pannonia *Avent.* o) *Avent. iterum in marg. adscripsit:* Saxones ad veterem numinum cultum revertunt. *Cf. adnot.* m.

1) *Cf. Lambertum.* 2) *Aventinus hoc loco nonnulla omisit de episcopis tunc a Carolo in Saxonia constitutis. Cf. Ann. Quedlinburgenses, Lambertum, Annalistam Sax. et Staindelium. Ex mea sententia in Annalibus Altahensibus haec fere scripta erant:* Eodem anno Carolus, de Roma reversus in Franciam, divisit terram inter episcopos in Saxonia. *Cf. ea, quae Wolfherius supra ad annum* 750. *de episcopis in Bavaria constitutis retulit.* 3) *Cf. Annales Laureshamenses ad a.* 787. *et Einhardi ad a.* 788. 4) *Cf. Annales Lauresham. ad a.* 787.

A. Hers. 794. Heresis Feliciana Francfurt damnata. Fastrat regina obiit.

ib. 795. Adrianus papa obiit in natali Domini, Leo successit.

A. Alam. 796. Wandali suam patriam Pippino regi dant.

A. Hers. 798. Balthart abbas Herveldensis obiit.

ib. 799. Leo papa truncatus lingua, cecatus, videns, loquens venit ad
A. Alam. Carolum in Saxonia Heristeille[a]. Kerolt occisus.

A. Hers. 800. Carolus Romam venit, obtulit natali purissimi auri
libras in vasis aureis D, discum argenteum rotundum
801. Jan. 1. magnum; circumsectione coronam auream obtulit Carolus
librarum L, suspensa manet catenulis super ara Petri, variis
Ian. 6. preciosissimis lapidibus ornata; die[b] epiphaniae ad tumulum
Petri calices tres, duos pro liberis, unum pro se, librarum
auri purissimi XLII, patenam auream librarum XXII,
egenis tria milia argenti libras. Advenere Hierusalem
legati cum legato Caroli Zacharia, attulere vexillum, lanceam, duas tabulas[c] duobus attramentariis[d] scriptas[e], claves
sepulcri Christi, de loco Calvariae, monte Oliveti, de porta
Speciosa, quae ultro aperta Petro. Optabant, ut omnia
Carolo patefiant ad liberandum populum christianum[f, 1].

ib. *801. Amarmurmulus rex Persarum elephantum mittit. *p.

A. Hild. 802. Carolus Boioariam venit[g], legati Avarorum ibi terram subiciunt.

A. Hers. 803. Leo papa in Franciam. Saxones Transalbini translati in Franciam.

ib. 805. Carolus iunior Beheimos vastat.

ib. 806. Carolus[h] dividit regnum.

ib. 807. Mortalitas Fulda.

ib. A. Alam. 810. Hohbuoch Albi impositum. Mortalitas boum. Leo papa obiit[2].

A. Hers. 811. Depositio sancti Liudgeri[3].

ib. 813. Richolfus archiepiscopus obiit. Pons Mogontiaci incendio perit.

f. 9. ib. 815. Lutharius rex in Boiariam mittitur. Baugulfus abbas obiit. Praeceptum, ut omnes monachi cursum Benedicti cantarent.

ib. (817). 816. Coniuratio Bernhardi contra regem.

f. 9'. ib. (816). 817. Synodus Aquisgrani, canonicorum regula instituta.

ib. (818. 819). 818. Ludovicus[i] Welfi filiam ducit Iudith. Fulda dedicatur.

a) *Arent. in marg. adiecit:* per Albinum cubicularium per murum noctu missus. *Cf. Ann. Hildesheimenses.* b) d. *om. Arent., suppleri ex Staindelio.* c) censura *Arent. superscr.* d) *sic c.* e) *verba* per epistolinos (?) duos discretio, *Arentini manu iuxta in margine posita, interpretationis causa addita esse videntur.* f) *in marg. Arent. adiecit:* omina (?) se subiciendos. g) *Aventinus:* Boiorum; venit, *quod in codice deest, suppleri.* h) C. *deest c.* i) L. *deest c.*

1) *Locus memorabilis, qui procul dubio ad Annales Althahenses pertinet. Cf. Aventini Annales ducum Boiariae ('Sämmtliche Werke' II, p.* 469. 467*) et Staindelii Chronicon ad a.* 800. *Similia referuntur in Annalibus Laurissensibus mai. ad a.* 800. *et in Libro pontificali (ed. Duchesne II, p.* 75*). Vide etiam Abel et Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' II, p.* 231—234. 241—242. 2) *Obiit anno* 816. *Cf. Ann. Einhardi.* 3) *Obiit anno* 809. *Cf. Vitam Liudgeri (SS. II, p.* 414*).*

819. Liudwit rebellat. Bernhard interiit. Hostis magna contra . . .[a, 1].

822. Ludovicus imperator[b] regnum dividit inter filios. f. 10'.

824. Ludovicus[c] contra Wormacum[d] regem Britanniae pugnat[c]. f. 11. A. Hers.

825. Wormacus occisus domi suae ab hominibus Lantperti. f. 11'. ib.
Heistolfus archiepiscopus obiit[e].

826. Hiltwinus ossa Sebastiani adfert in Galliam. ib.

827. Barcinonensium et Gerundensium fines depopulati a Saracenis. f. 12. ib.

830. Initium basilicae sancti Galli. Imperator deponitur. f. 12'. A. Al.

831. Bun abbas et Rabanus fundamentum Sancti Wigberti fodiunt. A. Hers.

832. Coniuratio Ludovici contra patrem apud Langobardonheim. ib.

833. Regnum conversum Francorum ad Lotharium imperatorem. ib.

834. Pipinus et Ludovicus fratres restituunt Ludovicum patrem ib.
in regnum.

835. Ebo archiepiscopus Remis deponitur, relegatur f. 13.
Hildenesheim, ibi efficitur episcopus[2].

836. Ludovicus imperator cum exercitu ad Lehc contra filium Ludovicum[3].

838. Coniuratio Ludovici ad Francfurt, regnum conversum est ad A. Hers.
patrem eius.

839. Ventus ingens II.[d] Non. Novembris aedificia stravit. ib.

840. Imperator contra filium venit[f] ad Heroldesfeldt[d] VI. Id. f. 13'. ib.
Aprilis. Bun abbas obiit[4].

841. Adalpertus comes occisus. Infelix bellum Lutharii contra f. 14'. ib.
fratres Karolum et Ludovicum.

842. Rabanus abbas pulsus de caenobio et Lutharius de regno. f. 15. ib.

844. Lutharius rex cum Orientalibus Francis in Sclaviam, eorum f. 15'. ib.
regem Gestimulum occidit, caeteros subegit.

845. Heroldesfelt monachi concordati cum Otgario episcopo. Venit ib.
huc Ludovicus II. Kal. Novembris, privilegia dat.

846. Ludovicus filius Pannoniam subegit, revertens Beheimos vastat. f. 16. ib.

847. Otger archiepiscopus obiit, Rabanus abbas Fuldae succedit[g]. f. 16'. ib.

848. Godoscalc hereticus[h]. f. 17. ib.

a) *Aventinus eodem fere literarum ductu addidit:* Hoc anno scriptus liber Munster[5]. b) L. i. *desunt f.* 10', *leguntur f.* 68. c) L. . . . p. *om. Avent.* d) *sic c.* e) *post addita sunt ab Aventino in margine:* Ludovicus in Boiariam venit. f) v. *om. Avent.* g) *post Aventinus in margine adiecit:* et Hildbinus fit abbas Sancti Germani. *Cf. Ann. S. Germani Paris. ad a.* 859 *(SS. III, p.* 167*) et Galliam christianam VII, col.* 427 *sq.* h) *plura ex Ann. Altah. om. Avent. Cf. Staindelium ad ann.* 848.

1) *Cf. Ann. S. Emmer. mai. ad a.* 819. *et* 820, *SS. I, p.* 93, *ubi* contra Hliudwitum. 2) *Cf. Ann. Bertinianos, Vitam Godehardi pr. c.* 19, *Chron. Hildesheimense (SS. VII, p.* 451*), Annalistam Sax. ad a.* 837. *et Staindelium ad a.* 835. *Vide etiam Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' II, p.* 285. 3) *Cf. Staindelium. Haec ad annum* 832. *pertinere docuit Simson l. l. II, p.* 20, *n.* 6. 4) *Cf. Lambertum ad a.* 846. 5) *Est codex quidam e verbis in calce positis a.* 819. *scriptus, hodie Bruxellis, Aventini tempore, ut is cap.* 9. *lib. IV. Annalium ducum Boiariae refert, in coenobio Münchsmünster asservatus (cf. Aventin, 'Sämmtliche Werke' II, p.* 519. *III, p.* 699. *et vide Dümmler, 'Geschichte des ostfränkischen Reiches' I, p.* 36, *n.* 1*).*

A. Hers. A. Al. (849). 850. V. Kal. Novembris templum sancti Wigberti dedicatum a Rabano archiepiscopo. Terrae motus.

f. 18'. 852. Translatio sancti Lulli archiepiscopi in cena Domini VII. Kal. April.[1]

f. 20. 20'. A. Hers. 855. Ludovicus rex cum exercitu magno perrexit[a] contra Razidum regem Marahensium. Lutharius moriturus tonsuram et monachicum habitum suscepit.

f. 21. A. Al. 857. Hildigart Ludovici filia obiit. Treveris in templo in sede episcopi canis visus[b. 2].

A. Hers. (859). f. 23'. 858. Ludovicus, Carolus, Lotharius iuramento pacem firmant.

A. Hers. (858). 859. Ludovicus filius contra Abotritos[c].

A. Hers. 860. Mortalitas animalium.

f. 24. ib. 861. Fames validissima. Udo, Ernust, Bernger comites, Waldo abbas depositi.

ib. 862. Fames, morbus magnus in Germania[d].

863. Meginradus heremita martyrizatur[3].

f. 27'. ib. A. Al. (863). 865. Subitum diluvium, grando frugibus nocuit. Gens Hunnorum fiunt christiani.

f. 28. A. Al. 866. Caroli regis soror Irmingart obiit.

f. 28'. A. Hers. 867. Ventus ingens sternit aedificia.

A. Alam. 868. Cometa; fames, mortalitas subsecuta.

f. 29'. A. Hers. 869. Lutheri, a Benevento reversus, ob fratris Ludovici discordiam istuc profectus, Romam venit, ibique[e] ab Adriano papa damnatus cum suis pene omnibus periit. Tiedo abbas Fuldae deponitur, succedit Sigihart.

f. 30. 870. Dividitur regnum inter Ludovicum et Carolum.

f. 31. A. Hers. *871. Thiedo abbas Fuldae obiit. *p. 78

f. 32. ib. 872. Aestatis fervor nimius, siccitas fruges deperdit, domus cum hominibus, pecoribus fulmine concremarunt.

f. 33. ib. 873. Fames magna in Germania[d], locustae.

f. 36. ib. 875. Ludovicus imperator obiit. Altfrid episcopus Hyldeneshcimensis obiit. Brunward abbati Herfeldensi succedit Druogo.

f. 38. ib. A. Alam. 876. Bellum iuxta Andarnacha. Hemma et Carolomannus filius Lutharii obierunt[4].

f. 39'. A. Al. (Weing.) 878. Ecclypsis solis IIII. Kal. Novembris.

f. 40. A. Hers. A. Hild. (875. 880). 879. Ludovicus filius Caroli obiit, et Carolomannus pater Arnolfi paralysi periit. Marchwart episcopus Hyldenesheimensis occisus, succedit Wigbertus.

f. 45'. A. Hers. 885. Wolfheri episcopus cum multis occisus a Sclavis.

f. 46'. ib. 887. Carolus placitum Triburi habuit, orientales Franci conspirant.

f. 47. ib. 888. Carolus obiit.

f. 47'. 889. Ungari ex Scythia egressi[5].

f. 48'. ib. 890. Liutbert[f] episcopus obiit, Sunderolt successit.

a) L. r. c. e. m. p. *om. Arent.* b) *haec iisdem fere verbis et apud Staindelium leguntur.* c) Aebotritos *c.* d) i. G. *hic Arent. om. Cf. f.* 68. e) R. v. i. *Arent. om.* f) Liutbrant *Arent.*

1) *Cf. Lambertum et Staindelium.* 2) *Cf. Ann. Corbeienses ad h. a. (SS. III, p.* 3*) ac vide Dümmler l. l. I, p.* 411. 3) *Cf. Ann. Quedlinburgenses ad a.* 860; *sed Vita Meginrati, SS. XV,* 2, *p.* 448, *et Ann. Heremi, SS. III, p.* 140, *ad a.* 863. 4) *Cf. Ann. Alam. contin. Sangall. I. cod. Sirmond.* 5) *Cf. Reginonem.*

891. Sunderolt archiepiscopus occisus est, Hatto infidelis succedit. A. Hers.
892. Hardarat abbas Herveldensis[a] de Roma[1]. Arn episcopus occisus. f. 49 ib.
893. Bellum magnum inter Ungarios et Baioarios[b]. f. 50. ib.
896. Arnulphus Romam venit, fit imperator. f. 51'. ib.

B. ANNALES INTEGRI.

[c]899. Arnolfus imperator obiit, cui successit filius eius Hludowicus. f. 57. ib.
Ungri Italiam invaserunt et bello viceruut[d]. A. Alam.
901. Hardarat abbas obiit, et electus est Tiothart[e]. A. Hers.
902. Sclavi vastaverunt Saxoniam. ib.
903. Ebarhart[f] et Adalhart atque Heinrihc occisi sunt. ib.
905. Chonradus comes occisus est ab Adalperto cum aliis multis in pago Hassiae. ib.
906. Ungarii vastaverunt Saxoniam[g]. ib.
907. Adalperht comes decollatus est a Ludowico rege, qui fuit filius Arnolfi. ib. Occisio Bawariorum in gentili gladio[h]. A. Alam.
908. Liutbolt dux[i] cum aliis multis interfectus est ab Ungariis. A. Hers. Adalperht comes occisus est[2].
909. Burchart dux Thuringorum cum plurimis occisus est ab Ungariis. A. Hers. Al.
910. Ludowicus rex pugnavit contra Ungarios. A. Hers.
911. Ungarii vastaverunt Franciam atque Thuringiam. ib. Proelium cum Ungariis[3] ad Liuhhinga[k. 4].
912. Ludowicus iunior rex obiit, Chonratum regnaturum relinquens. ib.
913. Hatto archiepiscopus obiit, cui successit Heriger[l]. ib.
914. Otdo Saxonicus comes mortuus est[m]. ib.
915. Ungarii vastantes omnia venere usque Fuldam. ib.
916.[n]
917.[o]

a) Helveldensis *Arent.* b) Boios *Arent. Staindelius correxit* Moravos *pro* Ungarios. c) *quae sequuntur, Arentini librarius scripsit.* d) *Aventinus in marg. adiecit:* Ungari ad Linza interfecti. e) *Arent. in marg. adiecit:* Ad Fischaha a Boiis Cusa rex cum magno exercitu principum suorum victus. *Cf. Annales Alamann. ad a.* 902. *et* 904, *Ann. Sangall. maior. et Ratispon. ad a.* 902 *(SS. I, p.* 54. 77. *XVII, p.* 583*), Aventini Annales ducum Boiariae IV,* 21 *('Sämmtl. Werke' II, p.* 654*) et Dümmler, 'Gesch. des ostfränk. Reiches' III, p.* 530 *sq.* f) Erbarhart *c.* g) *Arent. in marg. adiecit:* Combustio Ratisbonensis. *Cf. Ann. S. Emmerammi minores ad a.* 906. *et Ann. Ratisponenses ad a.* 908 *(SS. XIII, p.* 47. *XVII, p.* 583*).* h) *Arent. in marg. adiecit:* Iuterfectio Boiorum a Braslavaspurch. i) *in marg. Arent.:* suprascriptum pater Arnulphi ducis Boiorum. *Cf. Auctarium Ekkehardi et Staindelium.* k) *Arent. in marg. adiecit:* Ad Niuchinga Bavari coutra Ungros. *Sunt pagi Ober- et Niederneuching, ab urbe Erding inter meridiem et occasum positi.* l) Hering *c. Arent. in marg. adiecit:* Ungari per Boiemiam Boios vastant. *Cf. Ann. Ratisponenses (SS. XVII, p.* 583*).* m) *Arent. in marg. adiecit:* Boii Ungaros ad Oenum fugant, innumeros occidunt, in Oeno demergunt. n) *Aventinus post inscripsit:* Chunradus Boios intrat, pellit Arionulphum. Altheim synodus. *In marg. adiecit Arent.:* Ratisbonam obsidet. o) *Arent. post inscripsit:* Arnulphus acquirit Boios et Ratisbonam, Eberhardo fugato. *In marginibus adiecit:* Basilea ab Ungris destructa *et:* Basilea destruitur.

1) *Cf. Annales Weissemburgenses et Lambertum.* 2) *Annalista eadem, diversis subsidiis usus, bis adnotavit.* 3) *Cf. Annales Ratisponenses ad a.* 911 *(SS. XVII, p.* 583*).* 4) *Loiching ad Isaram supra Dingolfing quondam erat curtis regalis. Cf. diploma Caroli III. in Mon. Boic. XXXI,* 1, *p.* 117.

A. Hers. 918. Chonradus rex fuit in Herfelde[a].

ib. 919. Chonradus rex obiit, et Heinricus Saxonicus successit in
A. Al. (Aug.) regnum. Peratolt et Herchanger decollati sunt.

A. Hers. 923. Haico abbas[1] obiit, et Hildibrat electus est.

ib. 924. Heriger archiepiscopus obiit[b].

A. Al. (Aug.) 926. Purchard dux occidit.

A. Hers. 927. Thiothart iunior abbas[2] electus est cum consensu senioris.

f. 57'. A. Hers. [c]928. Idem Thiothart iunior episcopus ordinatus est et Burchard abbas electus.

A. Hers. 930. Thiothart senior abbas obiit.

ib. 931. Henricus rex Abotritos subegit.

ib. 932. Henricus rex fuit in Lonsicin. Thiotho episcopus obiit, successit Burchart.

ib. 933. Megingoz abbas eligebatur.

ib. 934. Heinricus rex in Wocronin fuit cum exercitu.

ib. 935. Magna synodus in Erpesfurt. Henricus rex obiit, Oto filius succedit. Hagano abbas Herfeldensis electus.

ib. *936. Oto rex fuit in Herfelde. Ecclesia sancti Bonifacii exusta. *p. 786

ib. 937. Eberhart comes Henricum fratrem Otonis captum coniecit in vincula.

ib. 938. Ebarhart et Gisalperht occisi.

A. Al. (Aug.) 939. Oto rex Brisacham obsedit. Eberhardus occisus est, Giselbertus[d] submersus.

A. Hers. 943. Praelium cum Ungariis in Weles, et occisi[e] sunt a Bawaris[3]. Synodus ad Bunnam.

944. Albwinus presbyter monachus, religiosus vir, obiit XIII. Kal. Aprilis[f].

ib. 945. Nuncii Graecorum in Saxoniam ad regem venerunt cum muneribus maximis in vigilia omnium sanctorum.

947. VII. Kal. Febr. Ethit[g] regina obiit.

ib. 948. Peratholdus dux obiit[4]. Synodus in Engilenheim, Marinus apostolicus legatus praesędit.

ib. 949. Praelium cum Ungariis in Lǒa[5]. Chonradus dux

a) *Arent. in marg. adiecit:* Chunradus rursus Boios et Regenspurg. *Cf. Dümmler, 'Gesch. des ostfränk. Reiches' III, p.* 612. b) o. *librarius omisit.* c) *ipse Arentinus scripsit ea, quae sequuntur.* d) Giselfredus *c.* e) occi *c.* f) *diem Arentinus post addidit.* g) Ethet *c.*

1) *Fuldensis.* 2) *Hersfeldensis.* 3) *Cf. Annales S. Emmerammi ad a.* 945, *Cont. Regin. ad a.* 944, *Annales Ratisponenses ad a.* 943, *Auctarium Ekkehardi ad a.* 942. 4) *Cf. Cont. Reg. ad a.* 945, *Annal. S. Emmerammi ad a.* 947, *Annales Ratisponenses ad a.* 949. 5) *Cf. Annales Ratisponenses ad a.* 950: Interfectio Bawarorum ad Lova, *Necrol. S. Emmerammi cod. Maihing.:* V. Id. Aug. Occisio Bawariorum apud Wels et Lou. et Lech *et Annal. S. Stephani Frisingenses (SS. XIII, p.* 51*) ad a.* 950: Multi Baioariorum occisi sunt ab Ungariis ad Luo. *Cum igitur litera* v *super* o *posita vocalis, non consonantis vim habeat, nomen illud neque Lovo neque Laufen valet, ut quidam sunt opinati. Ludovici Infantis privilegio d. d.* 16. *Maii* 905. *cuidam Immoni donatur hoba* prope aquam, quae dicitur Lova, *in comitatu Liutpoldi (M. Boic. XXXI,* 1, *p.* 175*). Maioris et minoris Luae in pago Nortgowe mentionem facit diploma Heinrici III.*

ducit filiam Otonis. Nuncii Graecorum secundo veniunt cum muneribus preciosissimis ad regem in festo omnium sanctorum. Herimannus dux obiit Suevus[a]. A. Hers. A. Al. (Sang.)

950. Bellum magnum inter Baioarios[b] et Ungaros. Liutolfo Alemannia committitur. A. Hers. A. Al. (?)

951. Otdo rex in Italiam, cum eo filius Liutolfus et Chunradus dux, Fridericus archiepiscopus Mogontinus, Adelheidam reginam ducit, Berngerum regem Italiae subiecit. A. Hers.

952. Liutolfus Italiam invasit[1]. f. 58. A. Al. (?)

953. Dissensio inter Liutolfum et patruum Henricum, ipso rege partes fratris iuvante, durat duobus annis incendiis, caedibus, rapinis. Multi non solum de populo, sed et optimatibus occubuerunt. Mogontia obsessa et civitas Rossodal, ubi magnum bellum factum[2]. A. Hers.

954.[c] Fridericus archiepiscopus Mogontiacensis ecclesiae obiit, summae abstinentiae vir, in religione sancta et doctrina probatus, et Willihelmus successit in locum suum, filius regis. ib.

955. Otdo rex Ungarios cum magno periculo sui suorumque magna et cruenta cede prostravit, in quo tamen bello Chonradus dux cum aliis multis occisus est, et Heinricus dux Bawariorum, frater regis Otdonis, obiit. Sed et rex Otdo periculosissime contra Abotritos conflixit, quos filius materterae eius Egberht contra illum congregavit. ib.

956. Ruotpertus Treverensis ecclesie episcopus et Hadumarus abbas Fuldensis coenobii obierunt, quibus Henricus episcopus et Hatto abbas successerunt. In eodem anno Liutolfus, filius regis, perrexit in Italiam eamque subegit imperio suo fugatoque Perengario Papiam intravit[3]. ib. A. Al. (?)

957. Liutolfus in Italia mortuus est et inde ad Mogontiam transportatus ad Sanctum Albanum sepultus est. A. Hers.

958. Signum crucis in vestimentis hominum apparuit, illis, qui derisui illud habebant, mortem inferens, aliis autem pie et relligiose illud venerantibus nihil mali intulit. ib.

959. Hagano abbas reliquit dominium sui honoris propter infirmitatem sui corporis, et eo vivente electus est Guntherus cum consensu fratrum in locum suum, et patriarcha[4] fuit in Heroldesfelde. ib.

960. Venere Rusciae gentis legati ad regem Otdonem et deprecati sunt eum, ut aliquem episcoporum suorum transmitteret, qui eis ostenderet viam veritatis, et professi sunt se velle recedere a paganico ritu et accipere religionem christianitatis. Et ille consensit peticioni eorum et transmisit ad illos Adalpertum episcopum fide catholicum. Illique mentiti sunt per omnia, sicut etiam postea eventus rei probavit, ut vix ille praedictus episcopus evaserit letale periculum ab insidiis eorum. ib. f. 58'.

a) S. *post ab Aventino additum.* b) Boios *Avent.* c) *pergit Aventini librarius.*

imperatoris (Mon. Boic. XXXI, 1, *p.* 320*). Sed ad illum rivum in palatinatu superiore, qui hodie Luhe appellatur, proelium cum Ungaris tunc commissum esse haud probabile est. At nomen Loa duobus locis Austriae superioris et inferioris inditum est.* 1) *Pertinet ad a.* 951. *Cf. Annal. Heremi ad a.* 951. *et Herimannum Augiensem ad a.* 952. 2) *Verba scriptoris ab Aventino paululum mutata sunt, ut apud Staindelium videmus. In Annalibus Altahensibus scripta erant haec:* civitas, quae nominatur Rossodal, factumque est magnum bellum in illo loco. 3) *Cf. Annales Heremi et Herimannum Augiensem.* 4) *Aquileiensis. Cf. Ann. Weissemb.*

A. Hers. 961. Otdo rex a Iohanne papa Romam ad mitigandam arrogantiam Adalberti regis invitatur, et eodem anno Oddo iussu patris Oddonis rex factus est.

962. Oddo maior Italia subacta, Berengario obsesso, Adalberto fugato a Iohanne papa imperator effectus est cum summo Romanorum tripudio.

963. Iohannes, ab imperatore deficiens, Adalbertum recepit, imperator vero, regrediens Romam, sinodum cum episcopis habuit et, Iohanne fuga lapso, Leonem in sedem
A. Hild. apostolicam collocavit[a]. Ipso anno seva mortalitas invasit exercitum imperatoris, et in ea Heinricus archiepiscopus Trevericae civitatis et dux Gotefridus vitam perdidere caeterique non pauci.

*964. Imperatore natale Domini Romae agente[1], Bern- *p. 78
harius[b] capitur. Imperatori a Romanis mors machinatur, quae tamen machinatio ad velle eius honorifice sedatur. Imperator Roma egreditur; Leo papa a Romanis eicitur, Iohannes reponitur, quo mortuo Benedictus eligitur. Imperatore Romam remeante, populus Romanus vincitur. Benedictus papa Adaldago Hammaburgensi episcopo committi-
A. Hers. tur, paulo post moritur[2]. Eodem igitur anno Berenhardus[b] rex Langobardorum obsessus est in monte sancti Leonis, ibique captus et cum vi deductus una cum regina eius cohabitatrice Willa in Bavariam[c] ad castellum Babinberg, ibique novissimum diem praesentis vitae finivit.

ib. 965. Otdo imperator de Langobardia venit ad Franconofurt et illum annum integrum in isto regno manebat, interimque omnes suos adunavit ad pacem et concordiam. Et Brun archiepiscopus Agrippinae civitatis, frater imperatoris[d], vitam cum pace finivit.

f. 59. ib. 966. Iterum abiit Otdo imperator tertia vice ad Italiam, indeque adiens limina sancti Petri principis apostolorum, et illic Deo et sancto Petro supplicando gratiarum actiones referens, eo quod cuncta, quae erant erga eum, prospero cursu agebantur.

ib. 967. Hoc anno transmisit Otdo imperator legatos suos ad Willihelmum archiepiscopum Mogontie, misit et ad alios principes eius, ut Otdonem filium suum cum omni regali dignitate proveherent ad Italiam. Illicque Otdo senior suscepit eum et secum deduxit Romam commendavitque illum apostolico[e] Iohanne posteriore[f], ut ab eo augustalem benedictionem recepisset, ut imperator augustus foret appellatus a cunctis, qui eum agnovissent, sicut pater eius.

ib. 968. Migravit a saeculo Willihalmus archiepiscopus. Egilolfus Herveldensis abbas[g] transmissus est ex parte imperatoris de Italia, ut fratres Fuldenses Werinherum eligerent ad abbatem, indeque adiit[h] Mogontiam, ut ille clerus simulque totus populus Hatdonem, virum venerabilem, sibi constituerent in dominium pontificalis honoris. Adalbertus primus episcopus in Magadaburg constituitur.

a) collocante *c.* b) *sic c.* c) *Aventinus in marg. exaravit* Boiariam. d) f. i. A. c. *c.* e) a. *omisit librarius, legitur apud Staindelium.* f) *cod.* Ioanne, *Staindelius* Iohanne, *Annalista Hildesheim.* Iohanni, *at quisque eorum* posteriore *habet.* g) a. *omissum in c., legitur apud Staindelium.* h) abiit *c.*

1) *Cf. Annales Heremi.* 2) *Cf. Ann. Hild. ad a.* 963.

969. Hatdo archiepiscopus obiit, et Ruodpertus electus est in locum eius. A. Hers.

970. In isto anno Egilolfus abbas novissimum diem huius praesentis vitae clausit, et heu pro dolor! non longe post novem monachorum Herfeldensium vitam finiere, et eodem anno Gozpertus electus est cum communi consilio fratrum Deum timentium. ib.

971. Exustum est honorabile templum in Torenburc cum omni regali thesauro VI. Kal. Ian.[1] ib.

972. Otdoni gloriosissimo imperatori missa est filia imperatoris de Graecia suo filio item imperatori maritali connubio ac procreatione posteritatis sibi copulanda XVIII. Kal. Mai. Romam die dominica prima post resurrectionem Domini, et eodem die extemplo apostolica benedictione fiebat dignificata ac post tercia nocte cum divino timore naturaliter illi coniuncta. In eodem anno Otdo imperator augustus venit de Langobardia[a] et filius eius cum eo in Franciam. ib. cf. Tob. 8, 9. f. 59'. cf. Tob. 6, 22.

973.[b] Otdo imperator maior et filius eius Oto item imperator cum imperatricibus XIIII. Kal. April. Quidilingaburg venerunt, ibi diem paschalem[c] celebrant, is contigit X. Kal. April. Illuc venere legati Graecorum Beneventorum cum muneribus, XII primates Ungarorum, Bulgariorum duo; etiam legati ducis Haroldi, quem putabant resistere imperatori, omnia sua deditioni Otonis subiciunt cum statuto vectigali. Boneszlawo [dux Sclavienus] regiis[d] eum inumerabiliter donans illuc venit muneribus. Miszego etiam dux Sclavienus, terror ecompulsus, filium mittit obsidem. Herimannus etiam dux sibi dilectissimus[2] secum adventando argento, auro, aliis regiis muneribus prae caeteris illum honestavit. Inde abit in Thoringeam, ad Mimileiba obiit Nonis Maii, corpus Magaedaburg delatum. Occisus Werinzo, frater eius Reginzo de Lotheringea cum aliis multis a Reginherio et Lantperto. Sanctus Udalricus obiit. A. Hers. A. Alam. (Sang. mai.)

974. Coeperunt filii Reginherii munire castellum Boscuht[3]. Interim audivit[e] imperator noster discordiam et periculum A. Hers.

a) Longabardia *c.* b) *notas ad hunc annum Aventinus ipse scripsit.* c) ibi paschalia *Arent.*; diem dominicae resurrectionis *Staindel.* d) regiis — dux *signo apposito post* Boneszlawo *in marg. a librario Aventini addita sunt;* dux *repetitur, cum etiam in contextu legatur. Haud dubie in archetypo scriptum erat:* Boneszlawo dux Sclavienus regiis — — Miszego etiam dux Sclavienus. *Eodem enim modo in excerptis f.* 68. *haec leguntur:* Bonezlavus dux Sclavienus. Misego dux Sclavienus filium obsidem misit. *(At in codice antiquo non* Boneszlawo, Miszego, *sed* Bouezlawo *et* Misego *scriptum fuisse mihi persuasum habeo. H.-E.)* e) *abhinc librarius Aventinum excipit.*

1) *Cf. Annal. Magdeburg.* 971 *(SS. XVI,* 152*), ubi eadem fere verba ('N. Arch.' XIV, p.* 608*).* 2) *Cf. ibid. a.* 973, *p.* 153. 3) *Bossut, prope St.-Ghislain.*

regni sui, adunavit suum exercitum pergitque ad Lutheringeam[a] ipsumque castellum concremavit et custodes aprehendit in Saxoniamque secum duxit, ipsi tamen domini Reginherius et Lantpertus evaserunt. Eodem anno Heinricus dux Bawariorum[b] et Abraam episcopus[1] inierunt consilium cum Bolizlavone et Misigone, quomodo imperatori suum regnum disperderent; et hoc quidem tam infaeliciter fuit disputatum, ut[c], si divina miseratio non provideret et insuper ingenium Berahtoldi non disperderet, pene tota Europa destituta atque deleta esset. Igitur imperator, tali nefando comperto consilio, congregavit omnes principes suos et interrogavit eos, quid inde facturus esset. Illique invenerunt, ut Bobbonem episcopum[2] et Gebehardum comitem transmitterent ad praedictum ducem et eum vocarent ad suum placitum per edictum et omnes, qui cum eo erant in eadem conspiratione, et si minime venire vellent ac in tali pertinacia voluissent perdurare, tunc demum procul dubio sciant se *esse spiritali gladio[d] peremptos. Enimvero *p. 78
Heinricus dux illico, ut audivit legationem eorum, Domino opitulante sine ulla dilatione se praesentavit domino imperatori cum eis omnibus, qui erant in eo consilio, ut ille ex eis fecisset, quicquid sibi placuisset. Continuo trans-
f. 60. misit ducem Ingelemheim[a] atque Abrahamum episcopum Corobiae[e], alios quoque huc et illuc. Antequam haec omnia finirentur, Haroldus rex Danorum, incentor malorum, omnem provinciam trans flumen Albiae concremavit atque vastavit. Cumque hoc nunciatum fuisset Otdoni imperatori, adunavit suum exercitum, adiensque ad Haroldum, eique[c] grande bellum voluit inferre. Attamen Haroldus misit nuncios suos ad imperatorem eique expendit omnem thesaurum, ut eum in pace dimisisset. Imperator igitur, nunciisque irritatus, reversus est ad suam regionem, ut talem exercitum congregaret, quominus[f] potuisset contra iri[g]. Postquam Haroldus rex misit filium suum domitanti[h] ad[i] obsidem omnemque thesaurum, quem habuit, insuperque promisit illi censum dare, quem antea dedit, tunc cessavit imperator suae sevitiae, Haroldum[k] in pace dimisit[3].

a) *sic c.* b) Bawarioriorum *c.* c) ut *deest c.* d) esse *mendose iteratur c.* e) *sic c. et Staindelius.* f) q⁰ n⁹ *c.* g) *id primum scripsit librarius, tum aliquis perperam mutavit* ire. h) domnti *librarius Aventini exaravit, omissa, ut videtur, litera* t *superscripta. Aventino vocem illam ex archetypo patuisse necesse est, cum f. 68'. in excerptis scriberet:* contra Haroldum . . . domitat. i) *Cf. supra p.* 10: eligerent ad abbatem, *ubi tamen Staindelius* in abbatem *scripsit. [Verba haec* d. ad *corrupta sunt. H.-E.]* k) Hardoldum *c.*

1) *Frisingensis.* 2) *Wirziburgensem.* 3) *Cf. Lambertum.*

975. Otdo habuit magnum conventum in Weihmari. Eodem anno A. Hers.
Otdo imperator Boemos concremavit atque vastavit. Postea venit Otdo
imperator ad Heroldesvelde. Boemanni familiam sancti Mauricii
occiderunt. Hiems dura longa fit[a]. A. Hild.

976. Otdo imperator adunavit suum exercitum, adiens-
que ad Bawariam[b] Heinricum ducem consecutus est, eo
quod iniuste vindicavit dominium domini sibi imperatoris.
Cumque imperator venisset illuc, episcopi ac comites Ba-
warii[c] venere cito ad suam praesentiam, ipse dux evasit.
Altera vice perrexit Otdo imperator ad Bawariam, Hein- A. Hers.
ricum ducem expulit, patriamque Otdoni duci Suevorum
commendavit[1].

977. Otdo imperator iunior in Boheima[d] duxit exercitum et maxi- ib.
mam partem terrae illorum[e] incendio vastavit. Ipse quoque imperator
ibi non parvam partem militum exercitus per fraudes et
insidias provincialium amisit. Lues autem dissenteriae ex-
ercitum multum vastabat. Venit ergo ad imperatorem
Bolizlawo cum paucis pacifice, per amicos suos et per
semet ipsum supplicans, ut domum rediret, fideliter pro-
mittens se cito secuturum cum muneribus et donis sibi
congruis et sui deditionem et totius gentis suae deditio-
nem et subiectionem, quod et impetratum. Commorante
imperatore in illis regionibus Heinricus et alter eiusdem
nominis, nepos eius, invaserant Bazzowa. Quod ut audivit, f. 60'.
festinato exercitum[f] movit atque urbem obsedit, naviculari
ponte facto et longa obsidione atque amicorum suorum
invitatione ad deditionem coegit et in gratiam suam re-
cepit, et sic militem solvit ipseque ad Saxoniam perrexit.

978. Venit Bolizlavo[g] ad imperatorem in sancto A. Hers.
pascha, ut promisit, et honorifice per primates regni suscep-
tus et cum honore habitus et magnifice regalibus muneri-
bus honoratus, fide facta, cum pace dimissus, domum re-
diit. Aderat et Heinricus et ille alius eiusdem nominis, et
comprehensi sunt atque in exilium missi[h]. Hoc etiam anno
Lotharius rex hortatu et consilio filiorum Reginharii, qui
fuit princeps et dux in regno Lotharii, cum electo numero
militum repente invasit Aquisgrani palatium, seditque tri-
bus diebus ibi, ordinans atque constituens, quae sibi con-

a) H. d. l. f. *in marg. librarius addidit.* b) *sic Staindelius;* Bawariorum *c.* c) Bavarii *c.;* Bavarie *Staindel.* d) *sic c.;* Boemiam *Staindel.* e) *sic c.; Ann. Weiss. et Lambertus:* illius. f) exercitu *c.;* exercitum *Staindel.* g) Bolizlao *c.* h) *Staindelii verba, quae in editione Oefeliana omissa sunt, ad litteram cum codice Aventiniano conveniunt.*

1) *Cf. Lambertum.*

grua videbantur. Quod imperatorem, ut audivit, multum movit, et cum festinatione omnes vires regni sui coadunavit et insecutus est[a] eum usque ad fluvium Ligera[b] et usque ad monasterium sancti Dionisii, et eum non apprehendit, quia fugiendo evasit[1]. Revertente autem exercitu ventum est ad fluvium Asna[2], et transvadato fluvio castra posuere, et relictis in alia ripa fluminis victualibus cum plaustris et carucis et pene omnibus utensilibus, quae exercitui erant necessaria, et ecce repente filii Reginharii cum exercitu regis Lotharii irruerunt et multos ex custodibus occiderunt, et quicquid secum asportare poterant diripiebant, multum damnum exercitui inferentes[3].

A. Hild. 979. Infidelitas Geronis comitis per Waldonem publicatur, unde ipsi Magadaburc, grave duellum interserentes, ambo procubuerunt.

f. 61. A. Hers. A. Hild. 980. Imperator Otdo iunior[c] perrexit ad Langobardiam. Lotharius rex cum magnis muneribus ad imperatorem venit seseque cum filio suo imperatori subdidit.

A. Hers. *981. Adalpertus Magadaburgensis archiepiscopus obiit, cui successit Gisilharius. Imperator natale Christi Romae celebravit[4]. *p. 789

ib. 982. Destructus est episcopatus in Mersiburc, et eodem anno mirae cf. A. Hild. magnitudinis edificium cecidit in[d] Magadaburc. Hoc anno pugnavit imperator iuxta mare Sicilicum cum Sarracenis et Mauris, in quo proelio scrinia cum reliquiis[e] sanctorum, pro dolor! amisit, episcopis, capellanis, tribunis et pene omnibus qui interfuere comitibus interfectis. Cum vero imperator suorum fugam Sarracenorumque conspiceret audaciam, arma proiecit, vestimenta exuit seque in vicinum mare[f] praecipitem dedit, in quo dum incertus sui diu circumnatando laboraret, Dei ordinatione adversariorum quidam navigantes advenerunt eumque iam mergentem in navim levaverunt. Ibi, ut aiunt, simulavit se non esse qui erat, dicens se unum esse de militibus imperatoris. Cumque in hunc modum mutuos cum adversariis sermones conferret, subito mari insiliens ad proximum transnatavit littus, mirabili Dei adiutorio liberatus. Milites autem, qui belli periculum evaserunt, alii fame, alii nimio aestatis fervore perierunt. cf. ib. Eodem anno Otdo nepos imperatoris et dux Bawariorum

a) e. *deest c.* b) *sic c. et Staindelius, Lambertus rectius* Sigonem *habet.* c) O. i. *superscripta in c.* d) in *om. in c., apud Staindelium legitur.* e) reliquis *c.* f) se *iteratum in c.*

1) *Cf. Lambertum et Ann. Ottenbur.* 2) *Aisne.* 3) *Cf. Gesta episcoporum Cameracensium I, c. 98 (SS. VII, p. 441).* 4) *Error. In Ann. Hildesheim. ad ann. 981. haec leguntur:* Imperator pascha celebravit Romae.

et Werinheri abbas Fuldensium, cum caesaris licentia Oct. 31.
domum reversi, in Italia vitam finierunt. Otdoni successit Oct. 30.
Heinricus et Werinhario[a] Branthogus[1].

[b]983. Inter Sclavos et Saxones seditio, Sclavis Saxones persequentibus, ecclesias, caenobia multasque urbes destruentibus. Boppo Wirzpurgensis episcopus obiit, successit Iul. 23.
Hugo. Otdo imperator dissenteria Romae VI. Idus Decem- Dec. 8.
bris[c] perit, in templo sancti Petri sepelitur. f. 61'.

984. Otdo, filiolus Otdonis, fit rex in die natali Domini. Gozpertus A. Hild.
abbas[2] deponitur, succedit Berenharius electione. A. Hers.

985. Chunradus comes Alemaniam sibi vendicat. A. Alam. (?)
Saxones Sclaviam[d] vastant. A. Hild.

986. Oddo rex puer cum magno exercitu Sclaviam vastat et ibi ib.
Misaconem obvium habuit cum exercitu et muneribus.

987. Iterum Saxones coegerunt ipsos Sclavos ad deditionem. ib.

988. Aestatis fervor nimius. ib.

989. Henricus dux Karintanorum obiit[3]. Theophana ib. Oct. 5.
imperatrix Romam perrexit, omnem regionem illam imperatori[e] subdidit.

990. Erchanpertus fit abbas. Regularis vita in Altahensi monasterio restauratur. Eclypsis solis. A. Hild.

991. Gotehardus diaconus monachus fit. Ignis de ib.
Rheno ascendit, villas prope ripam consumpsit[1].

992. Theophana imperatrix obiit. Oddo rex Brandaburg obsedit. ib. (991).

994. Sanctus Wolfkangus episcopus obiit[4], cui Gebehardus successit[f]. Filii Henrici comitis, Henricus, Udo, Sigefridus, contra Oct. 31. A. Hild.
pyratas navali proelio pugnabant, ex quibus Udo interfectus, alii duo capti. Henricus autem, filio et militibus obsidibus datis, pro colligenda pecunia, qua redimerentur, dimittitur. Sigifridus vero clam nocte aufugit, unde illi irati obsides truncatos reiecerunt[5].

995. Henricus dux obiit, et filius eius ducatum obtinuit[6]. ib.
Maiolus abbas obiit[1]. Oddo rex Abodritos vastat. A. Hers.

996. Oddo rex ad mitigandam saevitiam Crescentii Romam invitatur. Defuncto papa, Brunonem, Oddonis ducis filium, A. Hild.
papam dat, a quo et ipse imperialem[g] accepit coronam, Crescentio vero maiestatis reo ad preces papae vitam permisit.

997. Gotehardus abbas fit[7]. Adalbertus episcopus martiri- f. 62. A. Hers.

a) Weriхario *c.* b) *quae sequuntur usque ad annum* 1027, *Aventinus ipse exaravit.* c) 6. Id. D. *Aventinus in marg. adiecit. Cf. Staindelium.* d) Sclaviam *suprascriptum pro* Sclavos. e) imperio *Staindel.* f) c. G. s. *om. Aventinus. Suppleri ex Staindelio. Cf. Lambertum et Auctarium Ekkehardi.* g) imperaialem *c.*

1) *Cf. Lambertum.* 2) *Hersfeldensis.* 3) *Cf. abhinc Auctarium Ekkehardi (SS. XVII, p.* 363. 364*), ubi nonnulla ex nostris annalibus deprompta sunt.* 4) *Cf. Annales S. Emmerammi (SS. XIII,* 47. *XVII,* 571*).* 5) *Cf. Thietmarum IV, c.* 23—25 (16). 6) *Cf. Annales Heremi et Ratisponenses.* 7) *Cf. Lambertum ad a.* 996.

zatur. Iohannes Placentinus praesul contra Oddonem imperatorem sedem apostolicam invasit Crescentio consiliante.

A. Hild. 998. Mulier in Altahensi familia monasterii enixa est simul quinque filios. Predictus invasor Iohannes, ab imperatore Otdone
A. Hers. caecatus, naso[a] truncatus deponitur. Crescentius decollatus cum duodecim suis ante urbem Romam suspenditur.

A. Hild. 999. Adalheid imperatrix obiit. Bruno papa obiit, succedit Gerbertus.

ib. A. Hers. *1000. Ramvoldus abbas[1] obiit. Imperator causa oracionis *p. 79
ad sanctum Adalbertum[b] episcopum et[c] martyrem Sclaviam intrat, ibi synodo habita septem episcopia disposuit et Gaudentium, fratrem beati Adalberti, monachum archiepiscopum ordinari iussit. Inde reversus palmas Magaedaburg, pasca Quitilingaburg egit. Aquisgrani magni imperatoris Caroli ossa, a pluribus inscita[2], quaesivit. Inde Romam ivit.

A. Hild. 1001. Otdo imperator III. natale Domini Romae celebrat.

ib. 1002. Otdo III. imperator obiit X. Kal. Februarii[d], cui Heinricus dux Baioariorum succedit feliciter.

ib. 1003. Incendium Papiae[e, 3]. Stephanus rex Ungaricus super avunculum suum Iulum regem cum exercitu venit, quem cum adprehendisset cum uxore ac duobus eius filiis, regnum vi ad christianismum compulit.
ib. Et castellum Chrusna[4] destructum est. Henricus, Berhtholdi comitis filius, et Bruno frater regis amboque Bolizlavones, Bolianicus et Boemicus, a rege deficiunt. Sed et Henricus, ad regem refugiens, in Gibicanstein custodiae mancipatur.

ib. 1004. Incendium Papiae.

ib. 1005. Bernharius abbas[5] obiit, succedit Gothehardus abbas[6].

f. 62'. A. Hild. 1006. Valida fames. Guntharius monachus factus est.

cf. A. Hild. 1007. Bernwardus Hyldenesheimensis episcopus Gandenesheimense monasterium dedicat, et Willigisus archiepiscopus conflictum, quem hactenus contra Hildenesheimenses exercuit impudenter, ibi in praesentia imperatoris et episcoporum aliorumque principum finit, nostroque episcopo in suae abrenunciationis testimonium episcopalem ferulam tradidit[7], et usque apud nos[8] retinetur. Expeditio ad Gent. Baldwin dux[f] Henrici regis dominatui substernitur[9].

A. Hild. 1008. Guntharius heremum inhabitare cepit.

1009. Mettis ab Henrico obsidetur[10] et Sarebrugka debellatur.

a) nasu *c.*; naso *Staindelius.* b) Albertum *c.* c) ep. et, *quae Aventinus omisit, leguntur apud Staindelium.* d) 10. K. F. *Aventinus in marg. adiecit, cf. Staindelium.* e) *in marg.* Babobergae. f) rex *c.*, *quod correxi.*

1) *S. Emmerammi. Cf. Ann. S. Emmerammi Ratisb. et Annales brevissimos eiusdem monasterii.* 2) *Cf. Lambertum.* 3) *Cf. a.* 1004. 4) *Creussen. Cf. Thietmarum V, c.* 34 (21). 5) *Hersfeldensis.* 6) *Altahensis.* 7) In testimonium huius abrenuntiationis ferulam episcopalem domno Bernwardo tradidit. *Vita Bernwardi c.* 43. *Cf. Wolfherium in Vita Godehardi post. c.* 17. 8) *I. e. Hildesheimenses.* 9) *Cf. Thietmarum VI, c.* 29 (22). 10) *Cf. Thietm. VI, c.* 41 (28).

1010. Expeditio ad Sclavos, ex qua rex infirmatus cum quibusdam revertitur[1].

1011. Willigisus archiepiscopus obiit, succedit Erchanbaldus abbas. A. Hild. cf. Lamb. Expeditio iterum in Lutheringas[a·2].

1012. Hermannus dux Alemanniae obiit. Metensis civitas iterum obsessa[3]. Gothehardus abbas, relicta Hersveldia, re- A. Hild. meat ad[b] Altaha. Sanctus Colemannus apud Stokarawe patitur, marchione Henrico in Austria, patre[4] Adalberti marchionis[5].

1013. Ingens eruptio aquarum[6]. Christianus Bataviensis ib. episcopus obiit, succedit Berengerus. Incendium Hildinesheimensis ecclesiae, quo ingens librorum congeries cum optimis missalibus interiit.

1014. Henricus fit imperator Romae XVI. Kal. Febr. 14. Martii[7].

1015. Ernust dux Alemannorum in venatione ingratis[c] sagitta- A. Hild. tus interiit, et Lantpertus infestissimus proeliator dignissima talione cruentae[d] caedis obcubuit. Expeditio domini imperatoris contra Bolizlaum.

1016. Magnae molis grando venit, et[e] plurimi fulmine exusti ib. perierunt[f].

1018. Henricus marchio [Austriae[g]] subito periit, succedit f. 63 A. Hild. Adalbertus[h] filius[8].

1020. Benedictus VIII. papa, ab imperatore Babinperc vocatus, advenit[9]. In multis terrarum locis multa et magna incendia[10].

1021. Ingens terrae motus IIII. Idus Mai[11], hora X. diei, feria ib. sexta post ascensionis Domini, quasi duo soles visi X. Kal. Iulii.

1022. Bernwardus episcopus obiit, succedit Gothehardus, abbas Alta- ib. hensis, monachus[i] sanctitate vitae.

1023. Ecclypsis lunae ter illo uno[k] anno, ecclypsis

a) *sic c.* b) ad *om. Arent., legitur apud Staindelium.* c) *i. e.* non voluntate sagittantis; ex inproviso *Ann. Hild.* d) cruentis *c.*; cruentae *Staindel.* e) ve. e., *quae Aventinus om., ex Staindelio supplevi. Cf. Ann. Hild.* f) p. *in c. omissum supplevi ex Staindelio. Cf. Ann. Hild.* g) A. *superscr.* h) Albertus *c. et Staindel.*; Adalbertus *Auctarium Ekkehardi.* i) monasterii *Staindel.* k) u. *post deletum.*

1) *Cf. Thietmarum VI, c.* 56—58 (38). 2) *De hac expeditione nihil compertum habemus. [At vide Giesebrecht, 'Gesch. d. deutschen Kaiserzeit' II, p.* 612.*]* 3) *Cf. Thietm. VII, c.* 14. 22 *(VI, c.* 46. 49*).* 4) *Error. Adalbertus frater Heinrici marchionis erat.* 5) *Cf. Thietm. VIII, c.* 76 *(VII, c.* 54*), Passionem Cholomanni (SS. IV, p.* 675*), Ann. Mellic. (SS. IX, p.* 497*).* 6) *Cf. Annal. Quedlinburg. (SS. III, p.* 82*), Pass. Cholomanni (l. c. p.* 676*), Annal. Ratispon. (SS. XVII, p.* 584*).* 7) *Cf. Annal. Hildesheim. et Thietmarum VIII (VII), c.* 1. 8) *Cf. supra ad a.* 1012. 9) *Cf. Annal. Quedlinburg. et Herimannum Augiensem.* 10) *Haec et notae ad annum sequentem ad litteram fere in Chron. Hung. (Schwandtner, SS. rer. Hung. I, p.* 119*) descripta sunt.* 11) *Cf. Annales Ratisponenses.*

A. Hild. solis post natale Domini hora decima diei. Wolframmus fit abbas Altahensis.

ib. 1024. Henricus imperator obiit. Benedictus papa obiit, frater eius succedit[1]. Chunradus rex factus est.

ib. *1026. Chonradi regis filius Henricus rex factus est. *p. 79 Wolframmus abbas subito obiit. Synodus in Saliginstat inter episcopos Aribonem Mogontinum et Gotheharдum Hyldenesheimensem[2].

ib. 1027. Chonradus rex imperator factus est, et filius eius rex dux Bawariae constituitur. Ratmundus abbas fit Altahensis[3].

f. 63'. A. Hild. 1029.[a] Brun Augustae civitatis episcopus obiit, cui Eppo succedit. Sinodus in Palithi inter praedictos episcopos praesente[b] imperatore de Gandenesheimensi parrochia.

ib. 1030. Chonradus imperator in Ungariam cum exercitu properans Iun. 21. natali sancti Albani in dominica die in monasterio Altahensi pernoctavit. Rediit autem de Ungaria sine militia et in nullo proficiens, inde quod exercitus fame periclitabatur, et Vienni[c] ab Ungris capiebatur[4]. A. Hild. (1031.) Arnolfus[d] Herfeldensis[e] abbas deponitur et Partho subrogatur.

A. Hild. 1031. Aribo archiepiscopus obiit, cui Partho abbas succedit. Imperator cum parva Saxonum manu Sclaviam autumnali tempore invasit et Misiconem, diu sibi ante rebellem, Lusizique[f] regionem cum aliquot urbibus et praeda, quae priori anno[5] facta est, sibi restituere et cum iuramento pacem firmare coegit. Eodem vero anno eundem Misaconem Bezbrien, frater eius, de Pollonia eiecit et in Beheim ad Udalricum ducem fugere fecit. Hoc anno in Premun facta est medio die et claro inter sollemnia missarum tenebrosa calligo et fluvius fundotenus[g] divisus.

ib. 1032. Bezbriem a suis occisus, Misaco ab imperatore est in locum restitutus. Udalricus dux Boemiae reus maiestatis inventus exilio damnatur, cuius filius, nomine Bratizla, suscepto ducatu patris, ab imperatore rebellans, Heinrici regis expeditione ad eum facta subicitur[6]. Mons quidam in pago Salzpurgensi, ultra spatium quinque stadiorum decidens, casu suo inter terminos lites compescuit.

a) *librarius Arentini pergit.* b) *sic c.;* praesidente *Annal. Hild.* c) *superscr.* Winnii. d) Alnolfus *c.* e) Helfeldensis *c.* f) Liutizique *c. et Staindel. Cf. Ann. Hild.* g) fundetenus *c.*

1) *Cf. Herimannum Aug.* 2) *Cf. Vitam Godehardi priorem c.* 30, *posteriorem c.* 22; *Bresslau ('N. Arch.' II, p.* 545*).* 3) *Cf. Annal. Hildesh. ad a.* 1026. *et Vitam Godehardi priorem c.* 31. 4) *Procul dubio Wien, cuius urbis nunc celeberrimae mentio antea nusquam fit. Arentinus in Annal. ducum Boiariae ('Sämmtliche Werke' III, p. 38):* Ugri, *inquit,* Vianam Boiariae orientalis oppidum capiunt. 5) prioribus annis *Ann. Hild.* 6) *Cf. Bresslau, 'Jahrbücher des deutschen Reichs unter Konrad II.' II, p.* 486. *et Giesebrecht, 'Geschichte der deutschen Kaiserzeit' II, p.* 638—639.

II. PARS ALTERA AUCTORE MONACHO ALTAHENSI.

1033.

Ventus cum turbine multa stravit edificia, naves multae submersae sunt, nonnulli periere[a] fulmine. Monasterium Altahense post CCCII.[b] edificationis suae annum IIII. Non. Martii cum caeteris edificiis igne[c] consumitur[1]. Imperator nativitatem Domini Potherbrunno feriavit[2]. Eodem anno Heinricus rex et dux Bawariorum veniens[d] in Ungariam et pace firmata cum rege Ungarorum reversus est in propria[3]. Filius autem Stephani regis Ungarorum post non multum temporis obiit[4], qui dictus fuerat Heinricus et est canonizatus[5].

1034. f. 64.

Rogatu domini Guntharii heremitae et provincialium comitum Udalricus exilio eiectus ad Radesponam venit, ubi Chonradus imperator placitum suum habuit, recipiensque ducatum[6] suum multa mala maioraque et peiora prioribus commisit. Insuper fratrem suum Germarum cecavit, sicque post octo menses malam vitam mala mors secuta est. Misaco obiit[7].

1035.

Imperator Chonradus placitum suum in Papinperc habuit, ubi Adalpero dux Karintanorum deponitur[8], Chonrado[e] in ducatum succedente illi[9]. Venit Bratizla, filius Udalrici ducis, illuc et pacifice ab imperatore susceptus
792. est, obsidibusque receptis cum pace et *regalibus muneribus honoratus ad propria remeavit, et statim expeditione

a) perieri *c.*; perierunt *Staindel.* b) dc.ii. *c.*; post centesimum secundum e. s. annum *Auctarium Ekkehardi ad a.* 1033 *(SS. XVII, p.* 363*). Staindellus numerum omisit. Nec* CCII. *legi potest, cum supra ad a.* 831. *Hersfeldensis, non Altahensis, templi fundatio notetur. Emendandum esse* trecentesimum secundum, *nota Herimanni Aug. ad a.* 731. *docet.* c) *deest c., invenitur in Auctario Ekkehardi et apud Staindelium.* d) *sic c. et Staindel.* e) Chonradum *c.*

1) *Cf. Annal. Hild., ubi incendium* 6. *Kal. Martii adscribitur.* 2) *Cf. Annal. Hild.* 3) *Cf. Steindorff, 'Jahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich III.' I, p.* 25. 437; *Bresslau, 'Jahrbücher d. d. R. unter Konrad II.' I, p.* 313, *n.* 5; *Giesebrecht, 'Kaiserzeit' II, p.* 639. 4) *Filius Stephani iam a.* 1031. *defunctus erat. Cf. Ann. Hild. et Ann. vet. Ungaric. ('Archiv für Oesterreich. Geschichtsq.' XLII).* 5) *Haec post a nescio quo in archetypo addita videntur, nam Emericus sive Heinricus non ante Ladislaum regem, i. e. non ante a.* 1077. *sanctis adscriptus est. In Auctario Ekkehardi ad a.* 1033. *haec leguntur:* Heinricus filius Stephani regis Ungarie obiit, qui tantis miraculis claruit, quod in sanctorum katalogo est adscriptus. 6) *Cf. Auctarium Ekkehardi.* 7) *Cf. Ann. Hild.* 8) *Cf. Wiponem c.* 33. 9) *Chonradus anno sequenti successit. Cf. Ann. Hild.*

facta ad Liutizos praeclarum nomen post ingentia facta[1] adeptus est[2]. Inaudita mortalitas animalium et defectio apium omnem Baioariam multum afflixit.

1036.

Hiems acerba et nimis longa, in qua etiam multitudo arborum arefacta est, et in quibusdam locis exinanicio[a] frugum. Contigit autem diabolico furore instigante Radespone duos iuvenes rixasse, quorum unus arrepto cultro percussit iniuriantem se, et ipse repercussus eodem cultro tercium, qui causa dirimendi eos accucurrit, in vires collectus appetiit, simulque in eodem die expiraverunt. Impera-
Apr. 18. tor in Saligenstat[b] paschale festum feriavit[3]. Gebehardus
Mart. 17. Radesponensis episcopus obiit, cui[c] successit[d] frater imperatoris[4]. Item expeditio ad Liutizos[e, 5]. Mortuique sunt
Iun. 5. episcopi Meginwercus Podarburnensis, cui successit[f] Ruodol-
Aug. 13. fus abbas Herfeldensis, et Brunicho Mersiburgensis, suc-
Aug. 27. 25. cessitque ei Hunoldus, sed et Brantthoh Halberstetensis, cui successit Burchardus, Coloniensis etiam Piligrinnus, et
Oct. 10. substituitur Hermannus, Sizo quoque Mindensis, quem Brun subsecutus est in episcopium[6]. Imperator in Saligenstat[7] generale concilium habuit episcoporum XXXV et abbatum plurium. Deinde rex Heinricus, filius imperatoris, maritavit Chunigundam, Chnut Angli Saxonici regis filiam, et
Iun. 29. in Niumago nuptias fecit[8]. Imperator rediens de Liutizia instanti autumno festinus cum exercitu in Italiam perrexit[9] et natale Domini Veronae celebravit[10].

1037.

f. 64'. Apr. 10. Imperator pascalem festivitatem Placentiae[g, 11] celebravit, deinde Mediolanensis archiepiscopus[12], eum insidiose

a) exianicio *c.* b) Salingenstat *c.* c) st *additur in c.; fortasse auctor scribere voluit* statim, *sed abrupit.* d) succ *c.* e) Liutizes *c.* f) succ. *c., ut infra.* g) Placentia *c.*

1) *Hor. Epist. II,* 1, 6: Post ingentia facta deorum in templa recepti. 2) *Bratizla imperatorem in expeditione contra Liutizos facta adiuvit. Cf. Wiponem c.* 33. 3) Engelenheim *Ann. Hild. Cf. Stumpf, 'Reichskanzler' II,* 2, *nr.* 2076. 4) *Cf. Herim. Aug.; Ann. S. Emmerammi, SS. XIII, p.* 48. *XVII, p.* 571. 5) *Cf. Ann. Hild.* 6) *Eadem referuntur in Ann. Hild., sed aliis verbis. Forsitan nostris annalibus post ex illis addita sunt.* 7) *Triburiae synodus habita est. Cf. Ann. Hild. et vide Steindorff, 'Jahrbücher' I, p.* 35, *n.* 4; *Giesebrecht, 'Kaiserzeit' II, p.* 645. 8) *Haec quoque post ex Ann. Hild. adiecta videntur.* 9) *Cf. Ann. S. Emmerammi saec. XI (SS. XVII, p.* 571) *et Bresslau, 'Jahrbücher' II, p.* 227, *n.* 1. 10) *Cf. Ann. Hild. et Wiponem c.* 35. 11) *Ravennae imperator pascha celebravit. Cf. Wiponem l. l. et Stumpf l. l. nr.* 2086—2088. 12) *Aribertus.*

quasi ad convivium invitans, occulte[a] voluit perdere, sed malitiae suae diffamatus a pessimo incoepto condigne est frustratus, et ipse, comprehensus a imperatore et aliquamdiu retentus, eheu! se custodientibus est fuga elapsus. Postea vero cum duodecim coepiscopis regalem curtem absque suspicione frequentantibus consiliatus est, ut ab eis aliquo modo rex periret deceptus, hocque consilio diffamato comprehensi sunt omnes pariter et in exilium per singula loca relegati. Sed et Poppo patriarcha Aquilegiensis, qui custodire suscepit archiepiscopum ecclesiae Mediolanensis, illo fugiente reus maiestatis effectus est[b], et ipse aufugit timidus. Postea vero, veniens discalciatus et laneis ad carnem tectus, gratiam impetravit imperatoris. Praenotatus autem Mediolani episcopus, in perfidia sua perdurans obstinatius, nunciis[c] ad Odtonem[1] Burgundionum regem missis[d], participem eum fecit praescriptae coniurationis. Non multo post tempore comprehenditur quidam Adalbertus, cognomento Fortis, cum literis sepedicti archipraesulis, coniurationem indicantibus episcoporum et omnium Longobardie primorum, in die natali sancti Martini dominum imperato- Nov. 11.
rem esse cum exercitu interficiendum et eundem Otdonem in imperii monarchia constituendum. Itaque patefacto indicio internuncius et auctor huiusce mali Adalpertus iuste decenterque vinculatus exilio est[e] damnatus[2]. Imperator sic liberatus Parmam civitatem proficiscitur ibique[f] nativitatem dominicam acturus. Die vero sancto Parmenses tumultu Dec. 25.
maximo excitato omnes nostros una cum principe voluerunt exterminare. Cum utrimque fortiter pugnaretur, et nostri pene superarentur. Deo donante incidit consilium imperatori, ut iuberet civitatem succendi. Unde provocatus exercitus, circumquaque per regiones diffusus, hinc inde advenerunt, cede et igne urbem vastaverunt[*][3]. Eodem anno vico Hallensi[4] res miseranda in familia sancti Mauricii evenit. Duo etenim germani fratres cum plebe sibi con-

*) *Staindel. add.:* Hoc etiam anno Altahense templum post incendium denuo a fundo *[sic recte cod.]* reaedificatum XI. Kal. Octobris divino honori est consecratum. *Quae ab Aventini librario omissa esse quis credat? Puto, Staindelium ea non nisi in Auctario Ekkehardi legisse, excerpta ex amplioribus, quae ea de re Altahensibus prodita erant (cf. LL. II. B, p.* 170, *SS. XVII, p.* 371*).*

a) ocuIte *c.* b) *deest Staindel.* c) nucciis *c.* d) directis *Staindel. recte, ut videtur. H.-E.* e) *deest c., ex Staindel. suppl. H.-E.* f) ibi *Staindel.*

1) *Campaniae comitem.* 2) *De hac coniuratione vide Ann. Hild., Wiponem et Annalistam Saxonem.* 3) *Cf. Ann. Hild. et Wiponem c.* 37. 4) *Reichenhall, ubi monasterium Altahense praedia quaedam habuit. Cf. Mon. Boic. XI, p.* 187.

ducta patruum suum seditiosi invaserunt, ipsum occiderunt[a], filios eius sex cum eorum parvulis et reliqua multitudine promiscui sexus et aetatis non minus L hominum omnes simul in una domo incenderunt.

*1038. *p. 79.

Imperator nativitatem Domini Parmae fecit, ut praenotatum est. Praedictus Odto, Burgundiae princeps usur-
f. 65. pative factus, in pertinacia sua contra ipsum[b] voluit perdurare finetenus. Quod dolens Gozilo dux Lotharingiorum
Nov. 15. cum comprovincialibus eum invasit victumque extinxit et caput eius imperatori direxit[1]. Caesar[c] in Sudrun[2] prope
Mart. 26. Romam pascha peregit. Inde exiens Tusciam[d] tetendit, ibique Pandulfi ducis uxor cum filio suo et filia venit, maximum thesaurum afferens et pignora sua vades imperatori relinquens; postquam gratiam sibi maritoque impetravit, domum remeavit. Ipse enim dux ideo non venit, quia nunquam se cuiusquam imperatoris faciem videre praesumpturum firmavit. Postea vero filius eius, quem obsidem miserat, nescio quo terrore perterritus fugam iniit, set soror eius remansit. Hinc caesar intelligens eum dolose agentem, cum nullo modo posset eum[e] revocare, ducatum nepoti ipsius, nomine Weimaro, tradidit, indeque in montem Cassinum perrexit, quo ut pervenit, omnia a praedicto Pandulfo vastata repperit, res monasterii distractas, monachos fugatos. Et quia rector ibi defuit, ipse abbatem substituit, Rihherium scilicet abbatem Leonensem, monachum vero Altahensem, ipsumque una cum Weimaro persecutorem fecit Pandulfo malo[3]. His itaque[f] compositis repatriare disposuit temporibus Augusti mensis, unde et maximam partem exercitus perdidit, quos horrenda aestatis rabies
Iul. 18. miserabiliter extinxit. Chunigunda quoque nupta regalis
Iul. 28. et Herimannus, filius imperatricis, dux Sueviae cum innumera multitudine interierunt eadem clade.

Praesulis emeriti tunc et flatus Godehardi
Mai 5. Carnem dimisit et caelica[g] regna petivit.

Aug. 20. Cui substituitur Tiemo regius capellanus in episcopium

a) *sic Staindel, recte;* occidere *c. H.-E.* b) imperatorem *Staindel.* c) Imperator apud Sutrium *Staindel.* d) *id in cod. et apud Staindelium legitur; Wipo c.* 37. *rectius habet:* in Apuliam tendebat. *Emendationem, quam in priori editione ausus est Giesebrechtius, retractavi, cum mihi probabile iam non videatur, librarium ullum eo devenire, ut* Tusciam *scribat pro* Troiam. e) illum posset *Staindel.* f) ita *Staindel.* g) coelica *c.;* celica *Auct. Ekkeh. et Staindel.*

1) *Cf. Ann. Hild. et Ann. Sax. ad a.* 1037. 2) *In castello Spello (Ann. Hild.) imperator pascha peregit, non Sutrii.* 3) *Vide de his rebus Amatum (ed. Champollion-Figeac) II, c.* 4—6, *Desiderium in Libro dialogorum et Chron. mon. Cassinensis II, c.* 63.

Hildenesheimense[1]. Herimannus marchio obiit[2]. Stephanus
Ungrorum rex in die assumptionis sanctae Mariae terminum Aug. 15.
fecit carnalis vitae[3]. Maxima defectio frugum per totum
contigit Teutonicum regnum, ita ut in plerisque locis
homines fame deficerent et multae villae fugientibus colonis
vacuae starent[a].

1039. f. 69'.

Imperator natale Domini Goslarae feriat. Sophia
abbatissa Gandesheimensis moritur[4]. Schebis marchio Un- Iau. 27. (30).
garie eodem anno est defunctus[5]. Caesar pascale festum Apr. 15.
Niumago feriavit, pentecoste oppido Traiectensi, ibique
altera die eiusdem festi obiit pridie Nonas Iunii, Henri- Iun. 4.
cum filium relinquens heredem regni. Eodem in tempore Iul. 20.
patruelis et equivocus eius viam tocius carnis est ingressus.
Rihhardus abbas Fuldensis obiit, cui Sigiwardus ipsius mona- Iul. 20.
chus succedit[4]. Aestas calore validissima et maxima fuit
frugum abundantia. Eclipsis solis facta est XI. Kal. Sep-
tembris. Reginpoldus episcopus Spirensis moritur, eique Oct. 13.
Sibicho substituitur[6]. Egilpertus etiam Frisingensis praesul Nov. 4.
est defunctus, et Nitzo in[b] pontificatum est subsecutus. Dec. 21.
Adalpero dux Carintanorum, qui[c] fuga est elapsus de exilio, Nov. 28.
vita decessit[7].

1040.

Rex Henricus natale Domini Radisponae[d] feriavit et
inde profectus Augustam venit. Illico devenerunt legati
Italorum[4], expetentes regis iudicium[e]. Paschale vero festum Apr. 6.
in Ingelenheym celebravit, ibique conventionem cum prin-
cipibus habuit. Illic Mediolanensis archiepiscopus, quem
supra diximus dampnatum, regis gratiam et suum recipit[f]
episcopatum[8]. Eiusdem anni autumno rex bellum indixit Aug. 22. 23.
*p. 794. Boemico regno, ubi plurimis suae *militiae perditis rediit
sine successu prosperitatis[9]. Tunc etiam vini exiguum et
factum est acerrimum[g].

a) fierent *Staindel. melius* (: deficerent). *H.-E.* b) in *deest c.* c) qui *deest c., supplevi; Staindelius vero sequentem vocem* est *delevit.* d) Radispona *c.* e) *sic Staindel. recte* (: Italorum); iudicia *c. H.-E.* f) recipi *c.* g) accerrimum *c.*

1) *Cf. Ann. Hild.* 2) *Fortasse marchio Misnensis, Ekkehardi frater, de cuius morte nil certi constare videtur. Cf. ea, quae annalista noster ad a.* 1046. *de morte Ekkehardi tradit, et quae H. Bresslau, 'Jahrbücher' II, p.* 328, *n.* 4. *disserit.* 3) *Cf. Wiponem c.* 38. *et Vitam Stephani maiorem c.* 18. 4) *Cf. Ann. Hild.* 5) *De hoc mārchione Ungariae nil inveni, nisi forte Sebus ille est, cuius Simon de Keza (Mon. Arpadiana p.* 109. 110*) et Thwrocz (Schwandtner, SS. rerum Hung. I, p.* 120. 122*) mentionem iniiciunt, sed mortem eius anno* 1041. *adscribunt. Aventinus in Annalibus ducum Boiariae ('Sämmtliche Werke' III, p.* 41*) ad annum* 1038. *refert:* Schebus, dux Ugrorum, vitam finivit. 6) *Cf. Herim. Aug.* 7) *Cf. Ann. Hild. ad a.* 1036. *et Herim. Aug. ad a.* 1039. 8) *Cf. Ann. Saxonem.* 9) *Cf. Ann. Saxonem, Herimannum Aug., Cosmam Pragensem II, c.* 8–12.

1041.

Annum rex in Mimigartovurti[a][1] initiavit, ubi Boemico duci filium suum, quem vadem habuit, remitti mandavit, ut ipse captivos redderet, quos in praedicto bello cepisset[2].
Mart. 22. Pasca oppido Traiectensi feriat. Diebus rogationum prin-
Apr. 27—30. cipum conventum in Saligenstat[b] evocavit[3], consilium habiturus, qualiter dedecus suum esset correcturus. Illo Boemiorum legati devenerunt[c], seque ipsumque ducem in regis conspectum venturum spoponderunt. Nihil impetrantes redierunt, quam pacem[d] saepius hoc anno temptantes, principes audierunt consiliantes, dux[e] nisi semet una cum regno deditum[f] veniret, regem cum exercitu super se rursus venturum sciret.

f. 70. Hoc anno Petrus rex Ungrorum regno est privatus, coniurantibus adversum se suis primatibus. Unde[g] hoc ortum sit, audiat qui velit. Stephanus bonae memoriae rex, avunculus ipsius, cum filius eius patre superstite esset mortuus, quoniam alium non habuit filium, hunc fęcit adoptivum ipsumque regni heredem locavit; filium fratris sui digniorem in regno, quia hoc non consensit, cecavit et parvulos eiusdem exilio relegavit. Hic igitur ipso vivente in regno solidatus iuravit, ut praeceperat avunculus, se dominam suam reginam semper honoraturum nec quicquam eorum, quae rex dederat ei, ablaturum, si post mortem ipsius vitam illi donaret Dominus. Quod ut firmius fieret, addidit iuramento se contra omnes, qui eam vellent calumniare, pro posse et nosse semet subsidio fore, et in eadem verba omnes iuraverunt[h], qui principes regionis fuerunt. Stephano demum vita decedente et Petro eius gratia in regno succedente, fides ipsius[i] patuit, quae prius quasi bona latuit. Nam unius anni tempore tractavit eam honorifice, quo peracto spatio destituit illam omni bono. Primum quidem praedia, quae a marito vivente susceperat, et pecuniam, quam seorsum habuerat, ipse vi abstulit, eamque iurare compulit, ut de[k] residuo nihil daret cuiquam praeter suam licentiam. In quadam etiam urbe eam locavit talique custodiae mancipavit, ut nec ipsi potestas esset usquam progrediendi nec cuiquam advenientium eam conveniendi.

a) Muniptgartovurti *c.* b) Saligenstatt *c.* c) *sic h. l. vel infra* spopondere *legendum est, ut syllabae consonae reddantur;* devenere *c. H.-E.* d) pace *c.* e) dux *suppl.* f) teditum *c.* g) Inde *c.; emendari E. D.* h) iuravere *c.; cf. n.* c. *H.-E.* i) ipsis *c.* k) de *deest c.*

1) *Münster. Cf. Ann. Saxonem.* 2) *Cf. Herim. Aug.* 3) *Cf. Stumpf l. l. nr.* 2209. 2210.

Cum hoc toto triennio passa fuisset, et ipse nihil de in-
iuria minuisset, ipsa principes regni convocavit et facti sibi
iuramenti eos commonuit[1]. Qui, moti misericordia, regi
suasere ab hac quiescere iniuria, ne omnes[a] simul cum illo
in[b] miseranda inciderent[c] periuria. Set cum sepius esset
amonitus, mala mens et malus animus in pertinacia per-
duravit finetenus. Postremo indicaverunt semet nolle esse
periuros et, nisi matronae sua[d] cedat, illum deserturos. f. 70'.
Quod cum parvipenderet et nihil eorum, quae dicebantur,
intenderet, tempus advenit Dei gratia, quo eius termina-
retur nequitia, ut scribit quidam sapientissimus: *Ante rui-* Prov. 16, 18.
nam exaltatum est cor eius, quia nullo modo voluit consen-
tire nec[e] super hac re ullum ultra verbum dignabatur
audire. Quo perspecto principes illius regionis unanimiter
inierunt consilium, ut interficerent quendam illi fidelem,
nomine Budonem, horum omnium malorum auctorem, cuius
omnia fęcerat consilio, quoniam ipse illius congruebat
animo. Venientes igitur ad regem, ad paenam mortis con-
stanter expetierunt eundem, quasi omnium illorum hostem
communem, qui terrae suae et comprovincialium tractaverit
perniciem. Rex vero videns semet ipsum in malo positum
neque illi posse conferre praesidium, fertur respondisse:
'Quandoquidem illum liberare nequeo, neque morti tradere
volo, neque vobis eum abnego'. Quod ut audierunt, mox eum
comprehendentes, interfecerunt ipsum in frusta concidentes
et duobus parvulis eius oculos eripientes. Unde rex vehe-
menter extimuit, et eadem nocte in terram Baioariorum
perfugit cum paucis, quamvis eos merito sibi infestos sciret,
eo quod sine causa inimicos eorum adiuvisset. Nam quo-
niam omnes bonos studuit impugnare et consilium impiorum
semper adiuvare, Boemico etiam duci, suo seniori, id est
nostro regi repugnanti, maximo fuerat subsidio prioris anni,
ut diximus[2], autumno. Et hoc divino factum est iudicio,
ut quem ille lacessivit inmerito, huius indigeret pietate in
p. 794. suae dignae depositionis *ęgestate, a quo et nulla prius
acceperat nisi bona, set ille velut malus pro bonis reddi-
derat mala. Rex tamen noster excepit eum cum omni
gratia et plurima illi impendit beneficia, condolens eius
miseriae et suae propter Deum oblitus iniuriae. Ungri

a) omnis *c*. b) in *deest c*. c) incederent *c*. d) suae *c*. e) ne *c*.

1) *Mirum est, quo modo Keza et Thurocz, qui annalium nostrorum vesti-
giis hic insistunt, hanc narrationem corruperint.* 2) *Cf. supra ad a.* 1040.

autem, ut eum aufugisse cognoverunt, alium sibi regem statuerunt, qui Obo vocitatus regio more mox est consecratus [1]. Harum rerum summa a duobus regni principibus est perpetrata, quorum unus Ztoizla nomen habuit, alter Pezili [a] dictus fuit [2]. Igitur rex idem, habito sinodico concilio, cum communi episcoporum et principum consilio omnia decreta rescindi statuit, quae Petrus iniuste secundum libitum suum disposuit, et episcopis duobus pontificia vi sublata reddere voluit, sed quia alii ordinati erant, hoc Romani praesulis iudicio reservandum censuit. Diotmarus
f. 71. Iul. 28. Iuvavensis archiepiscopus, paralisi dissolutus, miserabiliter defungitur, eique Belding substituitur [3].

Item ad Boemos facta est expeditio meliori, quam pridem, Deo gratias auspicio. Ipsi quidem Sclavi regiae noluerant subdi potestati, sperantes semet nunc quoque victores fore, ut fuerant prioris anni expeditione. Rex autem Henricus cum omnibus suis principibus [b] humiliavit
Ps. 115, 71. se Deo, cum propheta dicens ore et animo: *Bonum mihi, Domine, quod humiliasti me*, illam scripturam [c] semper medi-
Hebr. 12, 6. tans, quod *Dominus corripit castigando, corripit omnem filium, quem recipit.* Hinc iustus iudex omnium, nullum reorum impunitum dimittens [d], nostrorum humilitatem respiciens ac illorum protervitatem: quatenus [e] nostros elevavit passionis adversitas, tantum illos deiecit prior prosperitas. Nam rege cum exercitu adveniente ipsi silvas occluserant, undique armis parati eos prohibere, ne terram eorum possent introire, sed providente gratia Dei optimum consilium incidit regi, ut aliquot dies contra viam munitam residerent, quasi illic pugnando ingressuri essent. Ubi saepe nuncii ducis advenerunt, sed nihil regia maiestate [f] dignum retulerunt [g]. Rex autem, dimissa ibi magna multitudine, circuiens silvam per devia, terram illorum invasit occulte, quod incolae non antea cognoverunt [h], quam omnes eos simul incolomes salva sua substantia infra regionem consistere audierunt. Sed et tanta eos tenuit superbia, ut neque fugata essent pecora, neque segetes messuissent, eo quod nullo modo [i] introventuros credidissent. Haec omnia propter divinam bonitatem

a) *librarius primo scripsit* Pehili, *tum literam* h *in zethum ei simile mutavit eidemque, ut ambiguitas tolleretur, zethum commune minoris moduli super lineam apposuit. Aventinus in marg. exaravit:* Stozolaus Pezilo. b) *Aventinus ipse sequentia scripsit.* c) script *c.* d) *censeo auctorem scripsisse* dim. imp. *et* resp. humil., *ut syllabas consonas redderet. H.-E.* e) quatenus *c.;* quantum *emend. Bresslau.* f) regiae maiestati *c.* g) retulere *c.; cf. p.* 24, *n. c. H.-E.* h) coguovere *c.; cf. ibid. H.-E.* i) dux *in cod. post* modo *additum est, tum Aventinus superscr.* sic. *Puto, scriptorem inchoasse* duxissent, *tum* credidissent *scribere maluit.*

1) *Cf. Herim. Aug.* 2) *Toyslan et Pezli apud Thurroczium p.* 123. 3) *Cf. Ann. S. Rudberti Sal. (SS. IX, p.* 773*).*

nostris evenere ad utilitatem, qui sex ebdomadarum spacio cum omni abundantia conversati sunt in illo regno. Vastant igne quae ibi supererant, exceptis duabus provinciis, quas illis humiliatis dimiserant. Hoc in tempore dux, certior factus de suo et suorum periculo, legatos tandem frequentes direxit ex animo ad omnes principes, ut deprecatores essent, sed quandoquidem conditionem placitam non obtulerunt, saepius infecto negocio redire coacti sunt[a]. Igitur multi terrae f. 71'.
principes una cum Pragensi episcopo[1] caesarem adeunt, inscio duce se dedunt gratiamque obtinent, consilium incolarumque aperiunt, aut ipsi duci ad caesarem sponte veniendum, aut ipsum propediem in vinculis sese adducturos. Quod ubi dux cognovit, insidias praeoccupavit, legatos ex animo supplices mittit, omnium familiarium[b] purpuratorum auxilium ac opem implorat, ut liceret sese cum omni regno suisque dedere et gratiam caesaris, veluti ipsi suisque placeret, quaerere. Promisit quidem sub iuramento se Radisbonam venturum et omnis subiectionis[c] humilitate caesari subditurum et octo milia semisses pondere regio[2] pensurum et omnes captivos de Bolania redditurum et quicquid caesari vel cuiquam purpuratorum[d] vi vel fraude subtraxisset, totum in integrum restituturum. Et huius rei quinque dedit obsides, filium scilicet suum et pueros quatuor principum, quos caesar morte, qua liberet, perderet, nisi ipse condicta perficeret. Ipse etiam munitiones silvarum iussit aperiri, qui antea fecerat eas muniri, et viam latissimam planavit, per quam totus exercitus sine vi et clade cum honore et maxima praeda repatriavit. Dehinc duarum hebdomadarum spacio[e] peracto, venit dux die condicto cum plerisque suis principibus et regiis, ut dignum erat, muneribus, et caesare sedente in palatio cum caetu seniorum[3], procidit ille ante consessum illorum discalciatus, ut poscebat honor regius, iam plus humiliatus, quam antea supra se fuerit exaltatus. Primates ergo nostri, eius miseriae compassi, suum illi praebuere auxilium, regi decenter dant consilium, ut supplicem clementer susciperet et prio-
*p. 796. rem dominatum *illi redderet. Quem ubi recepit, iusiurandum regi fecit, ut tam fidelis illi maneret, quam miles seniori esse deberet, omnibus amicis eius fore se amicum.

a) coacti redire *c.*; sunt *supplevi*; redierunt *coni. H.-E.* b) familiarum *c.* c) subictionis *c.* d) praefectorum limitum *superscripta et* marchionum *in marg. exaratum.* e) tempore *superscr.*

1) *Severo.* 2) *Cf. Steindorff, 'Jahrbücher' I, p.* 110, *n.* 5. 3) *Rex mense Octobri Ratisbonae fuit. Cf. Stumpf nr.* 2220.

inimicis inimicum, et nihil plus Bolaniae vel ullius regalis provinciae sibimet submittere, nisi duas regiones, quas ibi meruit suscipere. Ita Deo gratias clades est reparata, quae priore anno in nostratibus fuerat perpetrata, et rebus bene
f. 75'. in calce. compositis, unde venerunt, omnes domum redierunt. Tempore autem praenotatae expeditionis Liutpold, filius Adalperti marchionis Baioariorum[a], congregata multitudine, quanta potuit, urbem quandam invadit, quae in terminis marcharum Boiemiae ac Boiariae sita[1] patri suo pridem vi fuerat ablata, et eam expugnavit, innumeram praedam hominum pecorumque abduxit, praefecti quoque filium vinciri[b] iubet[c], urbem solo aequavit, incolomis domum redit[d]. Homines etiam sui, illius[e] prosperitate provocati, Boemiam denuo perrexerunt, nec minore praeda potiti re-
f. 80. vertuntur[f]. Idem Liutpoldus[g] Radasponae regi redeunti obviam venit et gratias maximas cum meritis muneribus accepit, inter alia equum optimum, ducis Boemi donum, quem ipse regi detulerat, cum sella miri ponderis et operis, quae tota ex argento et auro fabrefacta fuerat. Sed et marchio praedictum captivum, praefecti filium, regi tradidit, quem ille mox duci suo reddidit, post regia pietate indulsit eidem promissi thesauri medietatem[2].

Eodem anno in orientali Francia ventus validissimus magna dedit damna[h], adeo ut iuxta Montem Pavonis[3] silvae magnam partem prostraverit, innumera[i] aedificia subruerit. Caritas et penuria frugum maxima per totum Franciae regnum. Hoc etiam anno Isac[4] fluvius iuxta Pozan[5] nimium inundans miserandam stragem dedit, terram vinearum funditus usque ad saxa proluit et aliis iuxta iacentibus eandem ingessit et plerasque[k] taliter inutiles reddidit, ex utraque parte alvei aedificiorum, iumentorum et agrorum maximam cladem fecit. Sed et Athesis fluvius apud Veronam tanta eluvie[l] subito excrevit, ut domorum, iumentorum, hominum, agrorum partem vastando perdiderit, et vis diluvii homines, qui evaserant, coegit ad aedificium, quod vocatur Aerina[6], confugere et, quamdiu aquae decrescerent, illud incolere.

a) Boiorum *Aventinus de suo more scripsit, quod correxi.* b) vinci *c.* c) praefecti — iubet *in marg. addita.* [iussit (: abduxit) *legendum videtur. H.-E.*] d) remeavit (: aequavit) *legendum videtur. H.-E.* e) i. *superscr.* f) redierunt (: perrexerunt) *legendum videtur. H.-E.* g) *f. 75'. in imo marg. Aventinus notavit:* infra f. 80. h) pericula *Staindel.* i) et inn. *Staindel.* k) plaerasque *c.* l) eluviae *c.*

1) *De qua vide sis Steindorff, 'Jahrbücher' I, p.* 109. 110, *n.* 6. 2) *Cf. Chronicam Cosmae Pragensis II, c.* 2, *ubi similiter, sed brevius res referuntur, et Ann. Saxon. ad a.* 1042. 3) *I. e. Bamberg.* 4) *Eisack.* 5) *Botzen.* 6) *Arena Veronensis.*

1042.

Caesar Heinricus natale domini[a] Argentorati[b] celebravit, quo magnum principum conventum convocavit[1]. Eo devenere inter reliquos Obonis Ungarici regis legati, Petro deiecto, ut diximus[2], substituti. Nam postquam audivit Petrum eundem caesaris gratiam recepisse, extimuit hoc suo dominatui cladi futurum esse. Ideoque misit legationem talem, ut perquireretur, an certas inimicicias sperare deberet an stabilem pacem. Caesar autem, ubi ex his verbis persensit superbiam eius mentis, talibus obviavit responsis: 'Si quidem ille me et meos cavet iniuriis lacessere, ego nolo inimicicias incipere, sin vero ipse inceperit, quid possim, Deo auxiliante sensurus erit'[3]. Cum his etiam suos legatos curavit dimittere[c], qui certitudinem aliquam de his sibi possent reportare. f. 80'. Ille autem hac occasione patefecit dolum, quem tractaverat ante. Nam omnes copias multitudinis, quam habuerat, continuo clam vocari iusserat, fide corrupta nostrates invasurus et, quicquid cladis latrocinando posset, facturus, et, ne fraus eius a quopiam posset praecaveri, omnes hospites, qui advenerant, mercatores, nuncios, sed et regios legatos, quod ubivis gentium nefas est, inibi iussit retentari. Et ex utraque Danubii parte perrexit terram Baioariorum spoliare, ipse rex in meridiana fluvii plaga cum innumero milite, duci suo praecipiens in aquilonari itidem facere. Et, ut assolent Sclavi, euntes per silvas, lupina fraude semet occultarunt usque in locum, quem condixerunt. Incipientes igitur a flumine Treisama[4] grassati sunt miserabili praeda, alios quidem comprehendunt in lectis cubantes[d], alios vacantes et huiusce mali inscios sub tectis. Qui autem se et sua armis defendere nitebantur, nimia multitudine obruti perierunt, quoniam illi solitarii fuerunt. Hoc autem factum est feria secunda sexagesimae a primo Febr. 15. crepusculo usque vespere. Dehinc circa Tullinam civitatem[5] *p. 797. pernoctantes, *in terram suam redierunt ovantes. Nec immerito, nunquam enim de Baoiaria[e] tantam praedam accepit Ungaria. Sed quod nostris peccatis exigentibus divina vindicta tunc in nobis perpetravit, hoc illis partim in posterum

a) d. *deest c., suppleri ex Staindelio.* b) Argentina civitate celebravit (*c. om. Aventinus*), ubi magnam principum multitudinem *Staindel., ut annalistam scripsisse censeo. H.-E.* c) dirigere *subscriptum est in c., quod omisi.* d) cub. in lectis *emendandum est; cf. supra p.* 26, *n.* d. *H.-E.* e) Boiaria *c.*

1) *Ann. Saxo ad a.* 1043. *refert, Augustae regem nativitatem Domini celebrasse, sed in errorem incidit. Cf. Stumpf nr.* 2223. 2224. 2) *Cf. supra ad a.* 1041. 3) *Cf. Thwroczium p.* 123. 4) *Traisen.* 5) *Tulln.*

reservavit, partim interea loci[1] repraesentavit. Nam quanta regi suisque sequacibus fuit prosperitas, tanta duci et suis commilitonibus obviavit austeritas. Qui dum ex praecepto regis eadem die et simili fraude septentrionalem Danubii terram deberet vastare, quia similiter imparatos offendit, magnam quidem captivitatem congessit, sed eam Dei gratia
f. 81. citissime remisit[a]. Aderat ibi tum marchio Adalbertus et Liupoldus, filius eius, cum parvissima manu militum et servitorum, quippe nec triginta habentes scutatorum. Alii etiam quidam nobiles et fortes in praediis suis morabantur, qui hoc malum nec sciverunt nec opinabantur. Ex re tamen et tempore sunt congregati et semet invicem cohortati hostium legionibus obviare et, quantum sibi Deus auxiliari dignetur, temptare, dicentes honestius[b] esse vitam perdere cum honore, quam cum dedecore prolongare[c]. Hostium autem, ut comperimus, decem legiones fuerunt, quae in tres partes divisae sunt. Harum una praedam servabat, altera nostratibus pugnatura obviabat, reliqua post tergum irruitura latitabat. Nostratium autem, quamvis non adhuc essent trecenti, insiluere eos impetu ingenti, multos necabant, plerosque sauciabant, paucos, qui reliqui erant, fugabant. His Dei gratia superatis, diverterunt eripere multitudinem captivitatis. Sed et illos facile vicerunt, quia Dominum adiutorem habere meruerunt. Omnes quoque captivi, faeminae simul et viri, postquam suos cognoverunt, Deo gratias rettulerunt, et lanceis, cultris atque sagittis in captivatores sunt grassati, donec omnes iacebant trucidati. Quicquid enim sors obtulit, hoc ira telum facit[1]. His ita gestis, Domino condignis laudibus redhibitis, domum redire volentes, maximas legiones, turmas[d] vident post se in insidiis latitantes, partem scilicet se post tergum, ut dictum est, paratam irruere et in ore gladii neci tradere. Quam mox ut videbant, pauci tantam multitudinem inire titubabant, maxime quia iam de tanta cede fessi fuerant. Tandem spe conversa ad gigantem ecclesiae, cui peccatum est diffidere, inierunt praelium, invocantes auxiliatorem Dei filium; quo etiam adiuvante hostes sunt penitus occisi, praeter qui fugati incurrerunt gurgitem fluminis Maraha[2] dicti, quorum etiam plurimi vitam sub undis dimiserunt,

a) *scriba Arentini exararit ea, quae sequuntur.* b) honestum *c.* c) *syllabae melius consonant, si legis* prol. cum ded. *H.-E.* d) turmas *delere voluit Bresslau. At puto, archetypum habuisse* maximas turmas *et linea sequenti* partem scilicet legionum.

1) interea loci *dictio est Plautina et Terentiana.* 2) *Cf. Verg. Aen. VII,* 507: quod cuique repertum Rimanti telum ira facit *('Neues Arch.' XIII, p. 634).* 3) *March.*

paucissimi evaserunt. Dux autem, vix fuga elapsus et equi f. 81'.
subsidio ultra aquam transvectus, praesentatus regi percepit pro mercede oculorum usibus carere. Mos namque est milites donari felicibus praemiis, iste destitutus est ducatu donisque divinis. Hac de mercede manifestatur, quae ipse et sequaces eius fecerint[a]. Per idem tempus aliqui de Ungaria egressi contra Carintheam captivaverunt innumerabilem praedam. Sed Gotefrido marchione[1] superveniente et eosdem invadente, omnes occubuerunt praeter paucos, qui latenter effugerunt. Carintani autem, captivitate recepta, ovantes regressi sunt ad propria[2].

Hisdem diebus, id est in quinquagesima, traditus est Febr. 21.
principatus Baioariae in civitate Basilea Henrico duci, fratrueli Henrici ducis et dominae Chunigundae imperatricis,
uxoris Henrici piissimi et dignissimi imperatoris. Pascalem Apr. 11.
agnum deinde rex noster Coloniae[3] victimavit et principes totius regni congregavit, consilium quaerens ipsorum, qualiter obviare deberet gestis Ungrorum. Qui omnes velut uno ore consiliati, terram illam decere cum exercitu invadi et Dei gratiam temptare, qui iusta iudicia nulli vult denegare de his, qui absque alicuius causae obiectione tanta in regnum Teutonicum grassati fuerant persecutione. Post
haec pentecoste Wirtzburg fecit et[b] Brunonem episcopum[4] Mai. 30.
cum[c] viris et feminis misit ad desponsandam sibi Wilelmi[d] comitis Provinciae[5] filiam[e]. Expeditio vero facta est in mense sequenti[6], coadunato exercitu ingenti, quibus divina misericordia prosperum cursum proficiscentibus et magnum honorem contulit pervenientibus. Pertransierunt etenim terram ex aquilonali[f] parte Danubii fluminis suasu et consilio Boemici ducis, qui tum inibi una affuerat cum copia, quae regem decuerat. Incolae autem missa legatione promisere se, quicquid rex praeciperet, velle perficere, nisi
p. 798. tantum Petrum regem suum recipere, quod *tamen rex summopere voluerat et propter quod eum secum adduxerat. Postquam etenim auxilium suum illi promisit, hoc[g] in re-

a) fecer *c.* b) f. et *om. in c. ex Staindelio suppleri.* c) aliis idoneis *add. Staindel. recte, ut opinor. H.-E.* d) Vilelmi *c.* e) Post haec — filiam *signo omissionis posito, librarius in marg. adiecit. Cf. Staindelium.* f) aquiloniali *c.* g) hanc *c.*

1) *Gotefridus, filius Arnoldi de Lambach, praefuit marchiae Carintanae.* 2) *Cf. de his rebus Herim. Augiensem. Keza et Thwrocz, nostros annales secuti, de industria omnia deformant.* 3) *Cf. Annal. Saxon.* (1043) *et Stumpf nr.* 2226. 4) *Praefuit ecclesiae Wirzeburgensi.* 5) *Immo Aquitaniae ducis, qui Pictavis residebat. Cf. Steindorff, 'Jahrbücher' I, p.* 153. 154, *n.* 5. *II, p.* 443. 6) *Autumno, ut Herimannus refert. Haesito, an emendandum sit:* mense Septembri. *Cf. Steindorff, 'Jahrbücher' I, p.*159, *n.* 3.

stituendo regno illi ostendere cupivit, sed sui adeo execra-
f. 82. bantur, ut nullum[a] se illum recepturos faterentur. Novem ibi civitates rex deditione cępit, quas rogatu Bratezlavi et consensu incolarum fratrueli Stephani regis, qui cum eodem duce advenerat, dedit; duae tamen earundem urbium, Baioaricae marchae proximae, ante adventum nostratium urbanorum ignibus sunt absumptae[1]. His itaque Dei adiutorio patratis, rex et sui redierunt ad propria, Deum laudantes de successu prosperitatis. [Heinricus rex V. Idus Aug. fuit
Iul. 24. in Altaa[b].] Heribertus Eichstetensis episcopus obiit, cui germanus suus Gezman succedit, qui paulo post obiit[2].
Oct. 17. Ulricus Ratisbonensis abbas obiit, ipsique succedit Erchan-
Mai. 17. pertus abbas Monensewensis. Tegernsewensem abbatiam, quam idem simul habuit, Herrand[c] eius loci monachus
Aug. 16. accepit. Nitzo Leodiensis episcopus obiit, succedit Watzo praepositus eiusdem loci.

1043.

Rex natale Domini Goslare peregit. Illic[d] pontificatum Eichstetensem Gebehardo dedit[e]. Inter alios principes adfuit Brateslav dux[f] Boemiae, qui decentia munera regi detulit[g], ipseque magnifice tractatus peractis diebus rediit, regiis donis honoratus. [h]Legati quoque Ruzonum magna dona tulerunt, sed maiora recipientes abierunt[3]. Bulanici ducis[4] nuncii cum muneribus suis reiecti nec praesentiam caesaris aut affatum meruerunt, quia ipse, iuxta quod iussus erat, noluerat venire. Missa tamen denuo legatione se excusat et, quia venire non potuerit, iusiurandum promittendo confirmavit, sicque gratiam recipere regis meruit. Isdem
Febr. 14. temporibus Gisla imperatrix, mater caesaris, est defuncta et ab ipso et episcopis atque principibus iuxta virum Chun-
Apr. 3. radum imperatorem Nemidone sepulta[5]. Pascha rex Leodii celebravit[i], inde regi Karolingorum fabulatum obviavit[6].
Mai 22. Pentecoste fuit in[k] Boderabrunnun; illo[l] venere legati Ungrorum, pacem cum nostratibus reformare cupientes, et pro-

a) ut nullum *c.*; *Aventinus in marg. interpretatus est* nequaquam; nullo modo *coni. H.-E.* b) Heinricus — Altaa *in marg. addita sunt, quae ad hunc annum pertinere non possunt, cum eo tempore rex in Hassia moraretur. Cf. Stumpf nr.* 2230. *Mense Augusto anni insequentis rex in regione Altahensi cum exercitu erat. Cf. Stumpf nr.* 2244. c) Herrandt *c.* d) p. I. *c. om., suppleri ex Staindelio.* e) *sic Staindel.; quod Bresslau iure recipiendum censuit;* tradit Geb. *c.* f) rex *c.;* dux *Staindelius.* g) obtulit *Staindel.* h) *Aventinus ipse librarium excipit.* i) rex *et* celebravit, *quae Arent. om., ex Staindelio suppleri.* k) f. in *desunt c., quae ex Staindelio suppleri.* l) illoque venerunt *Staindel.*

1) *Cf. Herimannum Aug.* 2) *Cf. Lambertum.* 3) *Iaroslavi; cf. Lambertum.* 4) *Casimiri.* 5) Nemeti iuxta maritum imperatorem sepulta est. *Herim. Aug.* 6) *Heinrico I. Cf. Stumpf nr.* 2240.

inde magnam exhibitionem regi promittunt, scilicet captivorum, quos haberent, remissionem, eorum, quos reddere non possent, coemptionem et insuper regis gratia multa auri pondera[1]. Rex vero, pertractans eorum intentionem, scilicet quod impedire vellent eius expedicionem, respondit, quia pactum facere nollet, priusquam Radasponam veniret, et nisi tunc tale quiddam super exhibita adderent, quod satrapae sui contra[a] illius terrae populis probarent. Mox ergo, ut rex et sui expediti eo venerant, et illi, ut iussum fuit, aderant, iterata sponsione ampliantes cuncta, quae f. 82'.
promiserant, sed ipsi una re pactum iam futurum turbaverunt, quippe quia regem pro pace iurare postulaverunt[b], ideoque infecto negocio redierunt. Veniens ergo rex ad Aug.
terminum regni, ubi exercitus recenseretur, decrevit, ut hostilis terra procul dubio invaderetur, et factis machinis contra opus, quo fluvium Rapiniza[2] occluserant, in crastinum impugnare disposuerant. Tandem venere supplices legati, dolore animum stimulante, desperati, pacem et veniam pro delictis orantes, et quicquid regi et optimatibus placeret, se facturos spondent[c]. Tunc condixerunt captivum populum, ut praedictum est, remittere vel precium sub iureiurando reddere et partem regni[3] retradere, quae quondam Stephano data fuerat causa amiciciae, et insuper pro lenienda regi offensa dare CCCC auri talenta totidemque pallia et reginae Gislae reddere cuncta, quae maritus eius idem Stephanus ei donaverat, quae iste, sicut Petrus, illi pridem abstulerat. Haec autem omnia rex Ungaricus ipse iurando promisit et insuper datis septem obsidibus, quos nostrates voluerunt, stabilivit, ea lege, ut in festo Andręae his perfectis reciperentur aut infectis Nov. 30.
perderentur. Proinde Deo digna reddentes praeconia, unusquisque domum redit. Mox convocata non minori multitudine profectus est rex Vesontionum[d] urbem Burgundiae, et illic accipiens, quam praediximus, sponsam, duxit eam Mogonciacum[e] ibique consecrari eam reginam curavit[f],

a) *puto, in archetypo notatum fuisse* coram. b) *emendavi* (: redierunt) *H.-E.;* postularunt *c.* c) *lege* spondentes (: orantes) *H.-E.* d) *sic Avent.; Keza p.* 111: Bizanciam *et Staindel.:* ad Bisanciam *(recte procul dubio H.-E.).* e) Moguntiam *Staind.* f) eam cons. fecit reginam *Staind. recte H.-E.*

1) *Lambertus narrat iam Goslariae legatos Ungarorum venisse ad regem.* 2) *Repcze.* 3) regni usque ad Litaha flumen partem. *Herim. Aug. In margine Aventinus exaravit:* Muneribus pacem Ovo (*primo exaravit:* pax ab Ovone) vix impetrat, iurat, regni partem a Lithaha usque flumine ac Vischa recepit, in Alemaniam vertit. *Quibus eiusdem Annales ducum Boiariae V,* 7 *('Sämmtliche Werke' III, p.* 49 *sq.) et Steindorff, 'Jahrbücher' I, p.* 181, *n.* 3. *conferas.*

consummatisque diebus ordinationis in Ingilenheim *fecit *p. 79
Nov. nuptias regio, ut decuit, apparatu[a. 1]. Aderant omnes pene
primarii de cunctis regionibus Romani imperii, praesules,
duces, marchiones, praesides, sed et reliquarum dignitatum
Dec. 9. principes innumerabiles. Non multo post obiit Liutpolt,
filius Adalperti marchionis, egregiae indolis iuvenis, qui
multorum nimio dolore deploratus a patruo suo archiepiscopo Treveris est tumulatus[2].

1044.

Rex cum nova nupta Treveris[3] natale[b] Christi cele-
Apr. 22. bravit[c], in Noviomago pascha[d. 4]. Gozzilo dux Luthareo-
Apr. 19. rum obiit[e], et de bonis eius contentio inter filios oritur[5].
Duos enim ducatus totidemque filios habuerat, quorum
alteri Godefrido ducatum unum, dum viveret ipse, tradi
permiserat, alterum usque ad finem vitae sibi retinuit,
quem alteri filio Gozziloni, defuncto patre, rex dare voluit[f].
f. 76. Frater vero consentire noluit. Ita discessum, ut nec rex
illi primatum tradere, nec ille regi voluntarie cedere vellet[g].
Item in Ungaria prorupit discordia intestina, quae iam diu in abditis fuerat conflata, scilicet contra iniustum regem iusta coniuratio, ut non digne exaltatum digna deponeret humiliatio. Conspiraverant enim plerique principes, quod in regem suum deliquerant coram Domino poenitere et, ut ipsum placatum habere possent[h], illum, quem inique substituerant, aut vinctum aut necatum caesari tradere quaerebant. Sed et hoc accedebat eius infortunio, quod regem nostrum offenderat denuo non complendo, quam praecedenti autumno sponsionem fecerat, quam etiam iureiurando, ut praediximus, firmarat. Igitur quidam, qui eiusdem conspirationis conscius fuit, suam salutem pactus omnes coniuratos regi prodidit, innotuit, quorum aliquos iussit necari, aliqui gratia Dei liberati eius effugere manus. Hac de causa amplius incitati omnes, qui potuere elabi,

a) regio cultu apparatas *Staindelius.* b) nativitatem *Staind.* c) c. *quod om. Aventinus, ex Staindelio suppleri.* d) p̄nis *i. e.* resurrectionis solemnitatem *c. Staindelianus (recte, ut Gies. censet).* e) *lege* moritur (:oritur) *H.-E.* f) *Aventinus in imo marg. f.* 82′: Supra fol. 76; *in summo marg. f.* 76: infra fol. 82. *adnotavit.* g) *lege* vellet cedere. *H.-E.* h) possent habere *legendum videtur H.-E.*

1) Sponsam suam accipiens et Mogontiaci reginam ungui faciens, regales apud Ingelenheim nuptias celebravit. *Herimann. Aug. De tempore nuptiarum cf. Stumpf nr.* 2249—2255. 2) *Iisdem fere verbis Herimannus Augiensis:* Liutpaldus, Adalberti marchionis filius, magnae virtutis et pietatis adolescens, . . . Treveri a patruo suo Poppone archiepiscopo sepultus est. 3) *Cf. Lambertum.* 4) *Cf. Stumpf nr.* 2260. 2261. 5) *Cf. Herim. Aug.*

caesaris auxilium expetunt ipsique fraudes tyranni, quas pacto intulerat, retexerunt et eum ad expugnandam terram suam invitaverunt. Denique caesar, ab iis persuasus, sed plus, ut postea patuit, iussu divinitatis instinctus, iter suum ad illa loca disposuit, quam occultissime potuit. Ibi vero fuit cernere, quia iudex iustus Deus iniusticiam voluit[a] disperdere, quia nemo mortalium talem gratiam auderet optare, qualem postea per semet ipsum voluit demonstrare. Perrexit enim rex[b], quasi pactum[c] exacturus et de marcha Baioarica[d] reversurus, geminum tantummodo ducens exercitum, Noricum et Boiemicum[1]. De reliquis regni sui partibus nullos nisi aulicos suos habebat, quoniam fructuum penuria illis stipendia denegabat. Sed et hoc fecerat praeter consilium pene omnium suorum subditorum, ideoque credendum, Deum menti illius inspirasse, quod ipse ante saecula praedestinaverat futurum esse. Dum hoc iter ageret, Obonis legati complures venerunt et fugitivos suos, qui cum rege fuerant, repetierunt, eos praedones regni sui conquerentes et primos incentores adversus nostrates fuisse asserebant[e. 2]. Principem quoque nostrum quaerebant avertere ab eo, quod[f] ceperat, itinere, plus aliquantulum, quam spoponderant, promittentes; maximopere tamen multitudinem explorare satagebant. Honorifice quidem ac sapienter retenti sunt, donec utrique exercitus unius diei itinere interiecto convenerunt, quoniam ille, qui pacem fictam quaeritaverat, immensas copias arma- f. 76'.
torum interim congregaverat[g]. Cum vero, internunciis utrimque contionantibus, nec possent, nec vellent conciliare, statuerunt armis decertare et diem condixerunt tercium, in quo divinum apparuit iudicium. Quo die cum noster heros ad locum condictum venisset et illum minime reperisset, volens eum insequi ultra Rabaniza fluvium, invenit iter stagnantibus aquis et machinis more illis solito interclusum. Ducatum autem praebentibus Ungris, quos secum habuit, tota nocte equitando sursum per ripam crepusculo facili vado transit[h]. Quorum[i] adventum prospectantes, qui machinas custodiebant, relictis omnibus, quae habue-

a) *Aventinus primo scripserat* valet, *tum correxit.* b) rex, *quod in codice deest, adieci.* c) fati quadam benignitate *in marg. ab Aventino adiecta sunt, qui sententias pias annalistae irridere videtur.* d) Baiorica *c.* e) *lege* asserentes (: conquerentes). *H.-E.* f) quod *iteratur in c.* g) congregarat *c.* h) transsit *c.* i) *sic c.*

1) Cum exercitu Norico et Bohemico *Simon de Keza p.* 112. *Eadem verba repetens auctor Chronici Thwroczïani p.* 125. *addit:* et phalangibus aulicorum suorum. 2) *Cf. Simonem de Keza et Chronicon Thwroczianum l. l.*

rant *fugerunt. Sic nostratibus est via patefacta et multa p. 80
victualium praeda relicta. Tercia demum die post condictum praelium, cum primi nostrorum transirent Rhaba fluvium [1], ecce innumerae acies armatorum eminus apparent [a], qui campum latissimum, quasi silva succrevisset, operuerunt. Sic parati paucitatem nostrorum suis copiis undique circumvallant [b], ut nullus eorum saltim fugiendo mortem posset declinare. Sed Deus, qui nihil dimittit impunitum, quod suis oculis videtur iniquum, iusticiam convertens in iudicium, omnem illorum intentionem redegit in nihilum, et quicquid ad nostrorum [c] instituerant deceptionem, translatum est in eorum perditionem. Dignum hoc [d] quoque fuerat Dei iudicio, ut non prius reconciliaretur illa regum commotio, quam illorum multo expiaretur cruore, quorum
Matth. 26, 51. incepta est furore, quia, *quisquis gladium acceperit, gladio,* sicut dicit ipsa veritas, *peribit.* Caeteris etiam gentibus per latum orbis spacium degentibus exemplum de istis dignatus est rex regum dare, qualiter primates suos et
Rom. 13, 1. maxime reges debeant honorare, cum non sit potestas, nisi a Domino, ut testatur sancta lectio. Igitur eo die, cum vellent confligere, ut supra diximus, uterque populus, tantum progressus, ut facilis invicem esset prospectus, tenuis nubecula, id est caeleste signum, adparuit [e], quos apostolicus, successor beati Petri, eo quod regem suum dehonestarant, iam pridem anathemizarat [f]. Et ecce turbo vehemens ex parte nostratium ortus pulverem nimium adversariorum ingessit obtutibus [2]. Hoc sedato, nostris Dominum invocantibus et illis econtra incondite vociferantibus, pugna nimis atrox inchoatur et summa vi utrim-
Iul. 5. f. 77. que decertatur. Nam illo primo congressu fortiter resistebant, quia aliquorum de Baioaria legationibus freti erant de nostrae multitudinis raritate et sui exercitus multitudine. Postquam vero se viderunt inaestimabiliter cadere, terga vertere et cedere [g] ceperunt, et isti [h] ferme eos per sex miliaria insecuti sunt fugientes. Terram innumeris cada-

a) *lege* apparuerunt (: operuerunt). *H.-E.* b) circ. undique (: declinare) *legendum videtur. H.-E.* c) istorum *c.* d) huc *c.* e) iis *adiecit Gies., at puto cum Thwroczio, verba* quos — anathemizarat *post* obtutibus *esse collocanda.* f) *in marg. additum:* devoverat. g) caedere *c.* h) *forsitan etiam hoc loco* nostri *corrigendum sit.*

1) *Raab. Cf. Herim. Aug.* 2) Tradiderunt Teutonici, quod, cum ad proelium appropinquassent, cum coelesti signo nebula tenuis apparuit, turboque vehemens divinitus incitatus terribilem pulverem obtutibus ingessit Hungarorum; quos iam pridem, ut dicitur, quia Petrum suum regem dehonestaverant, dominus apostolicus anathemate damnaverat feriendo. *Thwrocz p.* 125.

veribus operiunt; lancea regis deaurata capitur [1]; episcopi, capellani, principes, alii complures retrahuntur; tandemque nostri nimiae caedis pertaesi ad castra sua ovantes sunt regressi. Denique caesar discalciatus et laneis ad carnem indutus ante vitale sanctae crucis lignum procidit, idemque populus una cum principibus fecit, ipsi reddentes honorem et gloriam, qui illis dederat tantam victoriam, tam mirificam, tam incruentam [a], sed et pro divino munere omnes omnibus dimiserunt, qui quippiam in se committentes eis debitores fuerunt. Post haec mortuos suos, qui perpauci erant, quaesierunt et eis debitum humanitatis impenderunt, vulneratis autem quam poterant curam, et eos remiserunt ad patriam. Interea populus terrae nunc gregatim nunc singillatim venit et caesari victori se dedidit, qui placido suscepit eos vultu, tradidit Petro regi suo. Inde simul pergunt, Wizenburg [2] veniunt magno comitatu, regio excepti apparatu, ibique caesar Petrum regiis fascibus vestivit et manu sua ducens in sede [b] sua restituit, et in templo Deiparae virginis, ubi erat congregatio principum [c], et regis ad populum et populi ad regem facta est reconciliatio. Illis etiam petentibus concessit rex scita Teutonica [3], et relinquens illis suorum praesidia, ipse domum rediit et Radasponam venit. Non prius gustavit ea die quippiam, quam templa omnia nudis pedibus et in laneis circuivit et altaria templorum singulis palliis vestivit. Non visa prius in ea urbe tanta divina [d] exultatio plebis [e] et principum, tam devota clericorum et monachorum et virginum Christi laudatio. Caeterum Obo fugiens in quendam vicum pervenit, villaque fulmine succensa ipse pene interiit, et vix elapsus fugitando latitabat, usque dum comprehensus communi iudicio nostrorum et suorum capitalem subit penam.

His auditis dux Gotefridus [f] per amicos et nuncios aures caesaris cepit compellare, ut sententiam suam super illum dignaretur mutare, spondet, quicquid imponeretur, f. 77'. se libentissime acturum, passurum, si tantum retineret

a) Centum et octo desiderati sunt *addit Aventinus in marg.* b) saede *c.* c) *lege* princ. congr. *H.-E.* d) d. *superscriptum.* e) plaebis *c.; lege* pl. et princ. exult. *H.-E.* f) dux *post* Gotefridus *superscribendo Aventinus iteravit.*

1) *Cf. Annal. Leodienses (SS. IV, p.* 19*) et Arnulfum Mediol. l. III, c.* 6 *(SS. VIII, p.* 18*).* 2) *Stuhlweissenburg. Cf. Thwrocz p.* 126. 3) Ungarios petentes lege Baioarica donavit. *Herim. Aug.* Concessit petentibus Hungaris Hungarica scita servari et consuetudinibus iudicari. *Thwrocz l. l. Cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' II, p.* 661. 696. 697.

utrumque ducatum. His[a] caesar respondit, si vellet ab iniquitate desistere et germano suo sine vi primatus consortium annuere, regiam *maiestatem nunquam memoraturam iam factae iniuriae propter indulgentiam, quam omnibus debitoribus fecerat in finibus Ungariae; sin autem, eius iniusticiae se nolle consentire, sed, quantum Domino iuvante liceret, obviam ire. Eiusmodi rationis nuncium cum saepius audiret, sed ad hoc nullo modo perduci valeret, coniuravit cum rege Karlingorum adversus regem dominum suum. Sed et omnes terrae suae homines constrinxit iuramento, ut sibi adessent, contra quoscunque illos inducere vellet, triennio. Haec vero comperto caesare, rex illum ad se venire praecepit, quod ille causa dissimulationis indubitanter fecit. Cumque in conventu principum res eadem cepisset agitari, et ipse manifestam rei veritatem non posset inficiari, exquisita sententia a contubernalibus eius est iudicatum, quicquid de parte caesaris haberet beneficiorum, iure esse cariturum. Itaque interdicto utroque ducatu domum rediit et fraudem, quam pridem clam conflarat, tandem aperte contra regnum et regem exercuit, potestatem interdictam usurpando, colonias et municipia[b] terrae muris et armis muniendo, quae dispositis praesidiis replevit, et exinde comprovinciales suos praesules et praesides regi fidos invasit, bona eorum caede, incendio et fuga vastavit. Ecclypsis lunae IIII. Non. Novembres, solis X. Kal. Dec.[1] Diothmarus episcopus Hyldenes- *p. 801
Nov. 14. heimensis obiit, Azilinus succedit[2]. Khazo[3] quoque praesul Niwenburgensis obiit in finibus Italicis.

1045.

Rex Nemidone, dilecto sibi in loco, natale Christi celebravit[c], tractans cum optimatibus, ut obviam iret conatibus Gotefridi[d]. Peractis feriis, vocato exercitu ex illis partibus pergit tyrannidem eius opprimere suosque defendere a gentili infestatione, urbemque[4] situ loci munitissimam invasit eamque instructis machinis expugnavit, disie-

a) H. *superscr. c.* b) *coloniae et municipia Aventinum sapiunt.* c) c. *omisit Aventinus, supplevi ex Staindelio.* d) *lege* Got. conat. *H.-E.*

1) *Cf. Annales S. Emmerammi saec. XI (SS. XVII, p.* 571*), ubi lunae eclipsis* 5. *Id. Novembris adscripta est, quae fuit Nov.* 8. 2) *Cf. Lambertum.* 3) *I. e. Kadelohus, cancellarius regis Italicus. Cf. Lambertum ad annum* 1045. *et E. Steindorff, 'Jahrbücher' I, p.* 221. 4) *Böckelheim, non procul ab urbe Kreuznach situm.*

cit, penitus delevit. Id ipsum quoque reliquis[1] Deo iuvante
fecisset, si non fame populi prohibitus fuisset, quae tam
valida erat per totum regnum eiusdem anni temporibus,
ut grandes vici plerique vacui remanerent, pereuntibus
habitatoribus[2]. Itaque relictis ibi praesidiis, qui urbes ob- f. 78.
siderent et hostes ab incepta vastatione cohiberent, ipse
inde Augustam venit, ubi Langobardorum conventum Febr. 22.
habuit et cum eis de[a] illius regni ordinatione disposuit[3].
Inde Frisingam pervenit, ibi quadragesimae primam ebdo- Febr. 24.—Mart. 2.
madam peregit, eoque regis sui Petri Ungarici nuncii de-
venerunt, qui ipsum, ut proximo pentecoste ad filium suum
venire et idem festum cum eo dignaretur facere, petierunt.
Dehinc die[b] palmarum in Babenberga ramos[c] arborum Mart. 31.
Domino portavit[4], pascha in[d] Goslari regia villa feriavit[d], April. 7.
dieque sancto tradidit Otoni, filio sororis tercii Otonis
regis[e], Alemanniae ducatum[5], Ebboni capellano suo Niwen-
burgensem episcopatum[6]. Sed et filium Baldwini militem
per manus accepit illique marcham[7] suae terrae contermi-
nam, pro qua Gotefridus contenderat, dedit. Dehinc ante
dies rogationum veniens Radisponam, navigio decenter in- Mai. 12—14.
structo perrexit Bathaviam, ibi ascensionem venerans domi- Mai. 16.
nicam; inde movens citato cursu pertendit, quo vocatus
erat, Ungariam. In eodem itinere tentatus est clade mise-
rabili et non solum perpessis, sed[f] et omnibus audituris
valde lacrimabili. Nam dum per aquae periculum, quod
Poienstein dicitur[8], proficiscitur et episcopus Wirzeburgensis
Brun, cognatus eius, ipsum sua nave subsequeretur[g], prae-
sul idem in praescripto saxo fantasticam[h] daemonis vidit
imaginem eamque sibi loquentem audivit: 'Episcope, quo pro-
ficisceris, meae potestatis es et eris, qui quamquam nunc
tibi nihil ago, in futurum tamen obviabo'. Ad haec verba
constrictus pontificis exorcismo conticuit et evanuit omnino,
sed quamvis semper mendax fuerit, hac tamen vice non
ex toto fefellit. Etenim cum rex haud procul inde invita-
tus et intime rogatus divertisset ad Persinbiugun[9], ubi

a) eisdem r. i. ordinationem *Staind. recte, ut opinor. H.-E.* b) d. *om. c.* c) Babinbergae ramosa *c.* d) in *et* f. *om. in c.* e) regis *superscr. in c.* f) sed *superscr. in c.* g) *sic c.; lege* subsequitur. *H.-E.* h) fantasciam *c.*

1) *Sc. urbibus.* 2) *Cf. Herim. Aug. ad annum* 1044. 3) *Cf. Stumpf nr.* 2270. 2271. 4) *Cf. Stumpf nr.* 2275. 5) *Cf. Herim. Aug.* 6) *Cf. Lambertum.* 7) *Antwerpen. Vide Giesebrecht, 'Kaiserzeit' II, p.* 662. 8) *Cf.* Pogicam caribdin *apud Arnoldum de S. Emmerammo (SS. IV, p.* 547*). Saxo illi infra Grein sito turris quondam imposita erat, Teufelsthurm nuncupata. Iuxta sunt vortices Danubii, qui Strudel nuncupantur. Cf. Aventini Annales ducum Boiariae V,* 7 *('Sämmtliche Werke' III, p.* 58*).* 9) *Persenbeug ad Danubium.*

vidua Adalperonis comitis[1], qui in superiore quadragesima
obiit, sibi paraverat convivium vocatis, quos voluit, caesar
sedit in colloquio in eminentiori quodam vestibulo. Igitur
fractis *angulis vestibulum concidit et omnes pariter consi- *p. 80
Mai. 19. dentes obruit. Caesar ipse plurimis super eum cadentibus
infimus cecidit, Deo tamen protegente mortis periculum
evasit, praeter quod subsequens lignum brachium, quod illi
opposuerat, decorticavit. Prun autem dictus episcopus et
f. 78'. Althmannus Ebarespergensis abbas fractis cruribus, con-
quassatis corporibus, materque familias semianimes inde
elevantur, ad cubicula deportantur, in lectulis collocantur,
post non multum temporis decursum eadem clade defuncti
migrarunt ad Deum[2]. Rex inde profectus gratias Deo agit,
quod de periculo mortis[a] liberatus, pro his, quos morti proxi-
mos dereliquit, animo anxius. Veniens autem Ungariam,
regio more susceptus decenter est et honorifice retentus.
Mai. 26. In ipsa sancta solemnitate Petrus rex regnum Ungariae
cum lancea deaurata tradidit caesari domino suo coram
omni populo suo et nostro[3]. Post peractum vero regio
luxu convivium obtulit illi etiam auri pondus maximum,
quod ille totum militibus distribuit, quos in prioris anni
victrici praelio secum habuit[b]. [c]Eodem anno Berengerus
Iul. 14. Battaviensis episcopus hac luce privatur, eique Egilbertus,
regine capellanus, successor ordinatur.

Oct. 9. Guntherius, vita decedens hac, heremita[d]
Percipit in caelis bravium cuiusque laboris,
Quem prius in mundo tulerat carni dominando[4].

Sub eodem tempore rex Franchonefurt venit ibique lan-
guescere cepit[4]. Cumque de die in diem languor magis
ingravesceret, quam aliquid decresceret, Henricus dux Baioa-
riae et Otto dux Sueviae, episcoporum nonnulli aliique
nobilium quam plurimi in unum conspiraverunt et quem
illo mortuo regem exaltarent elegerunt, scilicet Henricum,

a) *verbum est ab Arentino elegantiae causa omissum videtur.* b) *sic Staind. recte* (: distribuit); habuerat *c. H.-E.* c) *pergit Arentini librarius.* d) *hic versus solus in codice descriptus est, tum exstat lacuna, quam ex Staindelio expleri.*

1) *Richlindis, vidua Adalberonis comitis Ebersbergensis, qui die* 27. *Mart. in castro Persenbeug fato functus erat.* 2) *Bruno episcopus d.* 27. *Maii, Richlindis comitissa d.* 12. *Iun., Altmannus abbas d.* 16. *eiusdem mensis obierunt. Cf. Herim. Aug., Chronicon Ebersbergense (SS. XX, p.* 14*), Necrologium Ebersbergense ('Sitzungsberichte d. k. Akad. d. W. zu Wien', philos.-hist. Cl., LIII, p.* 237*) et Steindorff, 'Jahrbücher' I, p.* 231, *n.* 2. 3) Petrus rex in ipsa sancta paschali *(sic!)* solennitate regnum Hungariae cum deaurata lancea tradidit coram Hungaris simul et Teutonicis multis. *Thwrocz p.* 126. 4) *Cf. Herim. Aug.*

filium Hezilini comitis, patruelem praedicti Ottonis. Deus
autem, qui omnia, quae vult, facit, eorum consilia ad- Ps. 113, 3.
nullavit et regem, quem castigans castigavit, morti nondum Ps. 117, 18.
tradere voluit, sed ostendens illi suum salutare non longo
post eum levavit hac infirmitate. Adelheit abbatissa
Quittiligenburgensis isdem temporibus carneis soluta est
membris [1].

1046.

Rex feriavit[a] Domini natale Goslare[b, 2]. Non multo
post tempore marchio Ekkihardus subitanea morte obiit[c, 3], Ian. 24.
in Nuunburg[4] rege praesente sepelitur. Die vero palma- Mart. 23.
rum Hildenesheimense templum insigne et maxima pars
urbis consumitur igne[5]. Rex tempus pascale celebravit in Mart. 30.
Traiectensi civitate[6]. Eadem vero aestate Moguntia et
Ratisbona[7] civitates sunt igne concrematae. Adventum
Aquisgrani Spiritus sancti rex[d] cum magno principum concilio Mai. 18.
peregit[8], ibique Gottefrido duci gratiam suae reconciliationis f. 79.
dedit ac ducatum unum, cui patre[e] vivente dominabatur.
Alter vero nec illi nec fratri habendus permittebatur, sed
Gozziloni sublatus Friderico, Baioarie ducis fratri, est datus[9].
His omnibus peractis rex inde discessit ac Mersiburc, natale Iun. 24.
sancti Iohannis celebraturus, perrexit. Illuc etiam Bratizlao
dux Boemorum, Kazmir Bolaniorum, Zemuzil Bomeranio-
rum advenerunt atque regem donis decentibus honoraverunt.
Eodem die fecit rex filiam[10] ipsius velamine sacro velari
simulque abbatissam Quittiligenburgensem consecrari. Inde
discedens apostolorum Petri et Pauli festa Mihsina cele- Iun. 29.
bravit[11], ubi etiam conventionem secundo habens duces
praefatos inter se pacificavit. Illic etiam Teti, Dietrici

a) f. *quod in codice deest, ex Staindelio supplevi.* b) in regali villa Goslare *Staindel.*
c) *lege* moritur (: sepelitur). *H.-E.* d) *deest c., ex Staind. suppl., ubi recte* Sp. s. rex Aq. *H.-E.*
e) patri *c.*

1) *De tempore, quo Adelheidis mortua sit, adhuc nihil certi exploratum fuisse videtur. Cf. E. Steindorff, 'Jahrbücher' I, p.* 228, *n.* 5. 2) *Cf. Herim. Aug. et Lambertum.* 3) Subito moriens, *Herim. Aug.* Subitanea morte praefocatus, *Lambertus.* 4) *Naumburg.* 5) Nostrum monasterium — in dominica palmarum 10. Kal. April. miserabili incendio periit, simulque tota pene civitas et maxima pars villae interiit, *Wolfherius in Vita Godehardi post. c.* 33 *(SS. XI, p.* 215*).* 6) *Cf. Herim. Aug.* 7) *Cf. Annales S. Emmerammi saec. XI (SS. XVII, p.* 571*) et Ratisponenses (l. l. p.* 584*).* 8) *Cf. Herim. Aug. et Stumpf nr.* 2291—2294. 9) Fridericus, frater Heinrici ducis Baioariae, dux Lotharingorum pro Gotefridi fratre ignavo Gozzilone constituitur. *Herim. Aug. Cf. E. Steindorff, 'Jahrbücher' I, p.* 293, *n.* 2. 10) *Beatricem.* 11) *Cf. Stumpf nr.* 2295—2298.

comitis filius, marchas Ekkahardi duas a rege promeruit,
terciam, id est Mihsinensem[a], rex adhuc retinuit[1]. Dei
Sept. 8. autem genitricis nativitatem *rex honoravit Augustae[b, 2]. *p. 803.
Igitur convenientibus illuc militibus, iter aggreditur prosperoque cursu ad Italiam convertitur, perveniensque Veronam civitatem ibi exercitus sui speculatur congregationem.
Motis autem exinde castris, sic disposuit seriem itionis, ut
Oct. 25. ante festivitatem apostolorum Simonis et Iude intraret fines
Papiae civitatis, ubi separatim habuit sinodale concilium[c, 3]
ac populare iuditium, sic nimirum ordinans ista, ut praedictam solemnitatem ibidem celebraret in fascibus et corona.
Oct. 28. Proficiscenti autem illi exinde ac per diversas mansiones
iudicanti[d] iustissime occurrere ceperunt Romani, de die in
diem magis magisque conglobati, donec veniret urbem
Dec. 20. Sudrun[4] dictam, habiturus sinodum alteram. Causa vero
huius conventus fuerunt tres pape, qui omnes pariter superstites fuerunt illo tempore. Nam primus[5] illorum, relinquens sedem illam propter illicitum, quod contraxerit, connubium[6], potius sua recesserat[e] sponte, quam ulla coactus adversitate. Unde in unum coniurati Romani supponunt alterum[7] illi adhuc[f] in carne viventi. Primus vero tercio[8] illud regimen pretio vendidit, quia ira permotus sibi subpositum hoc possidere noluit. Quid multa? Omnes in hac
Dec. 24. sinodo iudicati deponuntur, et Pabinbergensis praesul Suitigerus[g], tali sede dignus, ab omni cleri et populi concilio approbatur.

Dum autem hec aguntur, recidiva coniuratio in Un-
f. 79'. garico regno contra Petrum regem oritur. Nam principes
eius et familiares, die noctuque cum illo conversantes, ad tantas insidias pervenerunt consiliantes inique, ut ipso ignorante advocarent quendam Andream, emulum eius, utpute ex eodem ortum semine, spondentes per nuntios, illum communi principum voluntate in regnum constituendum atque illum deiciendum[h]. Quibus cum ille credulus libentissime paruisset necnon inmensam multitudinem conducticii exercitus secum advexisset, praescripti obtimates regni,

a) Mihinensem *c.* b) Dei — Augustae, *signo omissionis in contextu verborum posito, librarius in marg. adiecit.* c) consdilium *c.* d) indicanti *in c. iteratur.* e) decesserat *c.* f) aduc *c.* g) S. *in marg. adiectum.* h) a. i. d. *in marg. addita.*

1) *Locus maxime memorabilis de tribus Ekkehardi marchiis. Cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' II, p.* 662. 2) *Cf. Stumpf nr.* 2305—2313. 3) *De synodo Papiensi v. Herim. Aug., Ann. Corbeienses, Mansi, Coll. conc. XIX, col.* 615, *Stumpf nr.* 2314. 4) *Sutri.* 5) *Benedictus IX.* 6) *Cf. Bonithonem l. V (Lib. de lite imp. et pont. I, p.* 584*).* 7) *Silvestrum III.* 8) *Gregorio VI.*

comprobantes promissa sua, occurrerunt ei cum armatorum multitudine maxima. Sic autem concluserant iter regi suo, ut non haberet diverticulum ullo in loco, donec pagani et ignominiosi, quibus concessum erat propria voluntate uti, oculorum illum lumine privaverant, quod nunquam regio nomini accidisse audierant, ne, si in regnum Teutonicum sanus effugeret, inde sibi bellum recidivum[a] et clades bellica succresceret. Pontifices etiam terrae illius pene omnes hac sunt tempestate prostrati, necnon cum clericis monachorum nonnulli; omnes ergo perseverantes in fide trucidabantur miserabili crudelitate. Principum etiam unus, Zaunic nomine[1], omnibus modis cruciatus, ex hac luce migravit, quia, priorem fidem recolens, nunc fidem Petro servare voluit. Exules[b] autem plerique sunt interfecti, quidam vero aufugerunt pedestres, nudi et spoliati. A tribus ergo pontificibus, qui residui erant, accepit ille regalem ordinationem[2], quamquam prius crudeliter grassatus fuerat in sanctae ecclesie gregem[3]. Wilelmus Argentinensis epi- Nov. 6.
scopus obiit, succedit Hezilinus[c]; Ebbo Constantiensis obiit[d], Dec. 24.
succedit Diotricus eiusdem congregationis[4].

1047.

Nativitatem Domini rex feriavit[e] Romae, consecrandus imperiali benedictione. Die sancto primum papa ordinatus legittime consecravit imperatorem cum imperatrice[3], archipraesulem etiam Ravenne nec non antistitem Placentiae[5] cum Fuldensi abbate[6]. Finita autem solemnitate ac imperatore iter in Apuliam convertente, imperatrix gravida vicinaque partui Mantuam perrexit, ibique[7] filiam peperit. Caesar vero, pertransiens totam illam terram, pervenit ad civitatem Beneventanam[8]. Inde domum conversus[f] praedictam intrat f. 83.
Mantuam, celebraturus resurrectionem dominicam[9]. Post Apr. 14.
pasca vero illo inde proficiscente ac in nativitate sancti Iohannis baptistae[10] Augustam intrante, Ebbo eiusdem urbis

a) reciduum *c.* b) *i. e.* peregrini. *Vide Ducange-Favre, Glossar. III, p.* 383. c) H. *Staindelius recte;* Hezilino *c.* d) o. *deest c., quod ex Staindelio supplevi.* e) f. *deest c., supplevi ex Staindelio.* f) *in imo marg. f.* 79'. *adscriptum est:* infra fol. 83.

1) *Zonuk in Chronico Thwrocziano p.* 131. 2) A tribus tantum episcopis, qui in illa magna strage christianorum evaserant, coronatus est, *Thwrocz p.* 132. 3) *Cf. Herim. Aug.* 4) *Cf. Herim. Aug.* 1046. 1047. 5) *Hunfridum (cf. infra ad a.* 1051*) et Guidonem.* 6) *Rohingo.* 7) In Ravennati territorio filiam peperit, *Herim. Aug.* 8) *Cf. Herim. Aug. et Lambertum.* 9) *Cf. Herim. Aug. et Lambertum. Stumpf nr.* 2332—2336. 10) *Error. Imperator die* 24. *m. Maii Augustam venit. Cf. Herim. Aug. Erat dies Iohannae, unde error profectus esse videtur. [Quod H. Bresslau in 'Jahrbücher' II, p.* 428. *renuit, rem aliter explicare conatus.]*

Mai. 27. praesul *moritur et imperatore praesente sepelitur. Cum *p. 804.
Mai. 29. autem huic Henricum subrogasset[1] ac iter suum in occi-
dentale regnum convertisset, invenit inibi hostem paratum,
ducem scilicet Gotefridum praememoratum. Hic enim re-
cidivam rebellionem paraverat, quia iam omnimodis despe-
ratus erat gratiam imperatoris sibi ultra posse conciliari,
idcirco quod hanc sibi denegatam viderat, ante limina
sancti Petri relaxatis caeteris debitoribus. Quapropter Dio-
tricum, Paldwinum omnesque, quos socios nequitiae suae
adsciscere poterat, assumpsit ac regiam domum in Niumago[2]
impletam[a] aedificiis circumstantium villarum igne combus-
sit[3], nonnullas etiam urbium captas munitiones, antehac
iuri[b] caesaris attinentes, militibus imperatoris seductis,
occisis et expulsis, suorum replevit multitudine, ut nulli
nostratium fas esset intrare. Sed caesar, condolens ex
animo tali clade, expeditionem suam in eum multis navi-
bus paravit cum magno labore, videlicet ut modo forent
pedestres, postmodum vero equestres[c]. Ubi tamen eheu!
nihil tale gessit, quale regno aut laudi aut honori fieri
Oct. 14. possit[1]. Dux Henricus Baioariorum in eo itinere obiit[d],
Sept. 7. dum[e] sponsam voluit accipere. Otto etiam dux Alamanno-
Oct. 9. rum obiit, succedit Otto Swinvurtensis[f]. Suidigerus papa
Iun. 17. obiit[g], Bamberg deducitur et sepelitur. Poppo archiepisco-
pus Treverensis obiit, Eberhardus succedit[4].

[h]1048.

Natale Christi imperator feriavit[i] Pholide. Eo vene-
runt Romanorum nuncii[3], episcopum Brixinae[5] sibi papam
petunt, qui mox eligitur, ut petivere, iuxta consensum
totius senatus principum. Cum ipsis legatis episcopi qui-
dam Romam dimittuntur, qui papam deducunt. Hic post
Aug. 9. modicum obiit, pro eo Brun est electus[6]. Hartwico ibi[7]
cancellario dat episcopatum Babinbergensem, ac proficiscens
inde Ebboni[8] abbatiam Fuldensem. Ita disposuit seriem
Apr. 3. f. 83'. itionis, ut pascha Radasbonae[k] celebraret[1]. Ebbo patri-
archa obiit[1]. Modicum[l] vini. Plaga crudelis in homines

a) *forsitan emendandum* impletis. b) iure *c.* c) *haec non integra sunt.* d) mortuus est in eo itinere *Staind. recte* (: accipere). *H.-E.* e) quo sponsam suam, quam desponsaverat, v. acc. *Staind. recte, ut videtur. H.-E.* f) cui O. comes Swinfurt. in ducatum successit *cod. Staind. recte. H.-E.* g) *lege* moritur (: sepelitur). *H.-E.* h) *Aventinus pergit.* i) i. f. *ex Staindel.* k) Radasbonnae *c.; fortasse legendum:* ut Rad. cel. festum resurrectionis. *H.-E.* l) Hoc anno mod. *Staindelius.*

1) *Cf. Herim. Aug.* 2) *Nimwegen.* 3) *Cf. Lambertum.* 4) *Eadem fere refert Herim. Aug.* 5) *Bopponem, qui post Damasus II. vocatus est.* 6) *Leo IX. Electus est mense Decembri. Quae de morte Damasi et electione Brunonis referuntur, post a scriptore addita videntur.* 7) *I. e. in palatio Pöhlde.* 8) *I. e. Eckeberto abbati Tegernseensi.*

grassata; mures enim consumpsere fruges terrae[a]. Terrae motus IIII. Id. Octobris[b·1]. Oct. 12. Autumno comes Diotmarus Saxo, maiestatis reus ac proscriptus, ab Arnoldo pridem milite suo singulari certamine victus, eisdem vulneribus occubuit[c·2]. Oct. 3.

1049.

Natale Christi Frisingii[d] imperator celebravit et[e] Gotepoldo cancellario patriarchatum Aquilegiensem tradit[f]. Inde Radasponam it[g], in purificatione Deiparae virginis Febr. 2. ducatum Baioariorum Chuononi concessit. Dioterieus etiam, iniustae coniurationis Gotefridi et Paldwini adversus imperatorem dominum suum socius, digna Dei ultione occisus est[h·3]. Ratmundus Altahensis abbas obiit, succedit Diotma- Ian. 19. rus eiusdem coenobii decurio[i]. Caesar Merseburg pervenit, ibi pascha celebravit[k]. Mart. 26. Item[l] expeditionem in occidentales hostes, Gotefridum et Baldwinum, direxit. Cum quo etiam papa ad Aquas graneas[d] ad palatium pergit[4]. Iul. 11. 12. Vitam et sanitatem praedictis ducibus impetravit eo tamen pacto, ut caesareo subderentur dominio. Qua spe adtractus dux Gotefridus illo devenit et per manus se illi tradidit. Qui Trevirorum episcopo datur custodiendus, nullam misericordiam ab imperatore promeritus, quia pridem in electos eius caeteris crudelius fuerat grassatus. Sic imperatorem fultum divino iuvamine posteaquam contra se venire Baldwinus conspexit nec ipsum suosve incursibus suae fraudis patere, exemplo ducis iam dicti et ipse eius se subdidit dominatui[3]. His ita prospere transactis rediit et Mogonciaci autumno Oct. 19. ad concilium papae occurrit[5].

1050.

Natale imperator Pholide feriavit[6], ibi episcopatum Cumanum dedit . . . .[m] Tum marchio Gotefridus[7], ab iniquis circumventus, innocens misere occiditur. Diem resur- Apr. 15.

a) et miserabilis pl. in hom. gr. est iussu dei, utpote fructus terrae muribus consumptus victum omnino negabat hominibus *Staind. (recte H.-E.).* b) factus est *add. Staind.* c) *leg.* occ. vuln.? *H.-E.* d) *sic c.* e) i. c. et, *quae Aventinus omisit, ex Staindelio suppleri.* f) contradidit *Staind.* g) pervenit et *Staind.* h) *lege* est occ. *H.-E.* i) *sic c.;* decanus *legitur in Auctario Ekkehardi, ubi haec adduntur:* qui quidem fratrum ac laicorum electione tali est sublimatus suggestu, quoniam maxima floruit pietate et industria in priori principatu. k) c. *suppleri ex Staindelio.* l) Ita *c.* m) *lacuna in c., supplendum* Bennoni.

1) 3. Id. Octobris *Notae Weltenburgenses (SS. XVII, p.* 572*).* Nocte 3. Id. Octobris *Herim. Aug.* 2) *Cf. Lambertum.* 3) *Cf. Herim. Aug.* 3) *Stumpf nr.* 2372—2374. 4) *Cf. Herim. Aug., Lambertum a.* 1050. 5) *Stumpf nr.* 2376. 2377. 6) In Saxonia, *Herim. Aug.* 7) *Marchio Carintanorum. Cf. supra a.* 1042.

1050. rectionis *Traiecti celebrat[1]. Post haec dolens sibi a pessi- *p. 805
mis quibusdam praereptam Ungariam, quae prius tam evi-
Iul. 16. dente Dei iudicio cesserat ditioni suae, in Nuorenberg[2] suo
f. 84. fundo principes convocat Baioariae totius, quid super his
ageret, consulturus. Complacitum est urbem Heimenburg[a, 3]
aedificari et interim ab armatis aedificantes custodiri. Sed
quia hoc Dei inspiratione consilium dederunt, postea eius
auxilio in re fortiter[b] comprobaverunt. Nam cum ipsum
opus Baioaricis provincialibus solum fuisset iniunctum, ad-
modum pauca multitudine illuc convenerunt armatorum.
Hoc ut audierunt hostes, aliquod detrimentum sui inde
Sept. 22. suspicantes, ipsa nocte Thebeorum irruerunt in castra
nostratium. Et cum in aliquo tabernaculo colligerentur
plus quam ducentae sagittae, nulli tamen hominum est
vulnus inflixum. Hunc impetum ubi eadem septimana ter
quaterque sustinuerunt, tandem in unum conglobati obviam
Iudith 13, 17. iverunt. [c]Ecce divina clementia adfuit, quae nusquam in
se sperantes deserit. Nam confestim ut conflixerunt, ipsi
admodum pauci immanem exercitum vicerunt, fugaverunt
et, quoscunque insequi poterant, prostraverunt. Quapropter
protectorem sui Deum laudantes, ad propria regressi sunt
ovantes, paucorum in urbe praesidium constituentes. Sed
ne quid mala mens linqueret inexpertum, hanc Ungri de-
struere conati sunt, rursum tanto congregato exercitu, qui
nullius posset comprehendi obtutu. Loquor ingentia, sed
tamen comprobabantur fuisse maiora. Nam cum paucissimi
diem dominicum cum feria secunda et tercia tanti exerci-
tus sustinuissent impetum, nullum ex suis excepto uno
cecidisse, laudabant Deum; ipsi vero tantam multitudinem
hostium prostraverunt[d], unde redeuntes socii ad asportan-
dum sex naves compleverunt. Caeleste etiam signum ibi non
defuit, scilicet[e] proeliantibus illis turtur mirae pulchritu-
dinis muros circumvolitavit. Ignem vero ad incendendum
qualibet parte orientis et occidentis, meridiei vel aquilonis
f. 84'. admovebant: hunc ventus occurrens[f] deflectebat. Ex quo
posteaquam hostes cognoverunt reatum suum, discesserunt
confusi[4]. Tum accusatur Kazemer dux Bolaniorum, quod

a) Heimemburg *Aventinus scripsisse videtur.* b) foriter *c.* c) *pergit Aventini librarius.* d) *emendavi H.-E.;* prostravere *c.* e) sed *c.* f) occurrens *in marg. repetitum.*

1) *Idem refert Herimannus Augiensis. Traiectum Maastricht esse, non Utrecht, probavit Steindorff, 'Jahrbücher' II, p.* 106, *n.* 1. 2) *Stumpf nr.* 2390. 3) *Hainburg.* 4) *Haec paucis verbis ab Herimanno Augiensi narrantur.*

vi sibi usurparit provinciam[1] datam ab imperatore Boiemorum duci. In villa regia Gosolarae ad imperatorem venit[2] et obiectum[a] iureiurando excusavit; in quibus culpabilis fuit, hoc iuxta placitum imperatoris correxit, accepta gratia domum rediit[3]. Autumno imperatrix[4] Deo gratias filium peperit[b]. Nov. 24. Nov. 11.

1051.

Natale Christi caesar augustus Pholide celebrat[c. 5], paschalia Agrippinae feriat[d], ibique filium baptizari curavit[e. 3]. Ad Ungros expeditio facta incommoda ac satis[f] laboriosa. Totum namque aestivum tempus, pluviis abundans, inmanes fecit prorumpere aquas. Qua de re plures tam hominum quam equorum summersi[g] sunt. Imperator vero ita disposuit iter suum, ut navigio descendens[h] per Danubium adsumptionem Deiparae virginis celebraret Bathavorum urbe[6]. Illic Gotefrido duci praememorato beneficium suum, quod habuit ab episcopo Coloniensi, reddi iussit et eum contra Baldwinum iuniorem nuper rebellantem provinciae esse defensorem rogavit. Ipse vero cum valida manu Baioariorum, Longobardorum, Saxonum[i], Suevorum, Francorum, Sclavorum ad Ungariam usque pervenisset, et iter illo ingrediendi interclusum fuisset, habito consilio longam circuitionem peregit[7] et absque navibus et plaustris solo equestri itinere regionem intravit. Nec mora, ad quaecunque loca accessit, igne ferro exceptis ecclesiis vastavit. Sed cum hostis palam luce occurrere non auderet, et exercitus diuturnitate temporis fame laboraret[k], domum sese[l] recepit, sequenti anno reversurus[m]. Pardo Mogontinus archiepiscopus obiit, Liutpoldus Babenbergensis praepositus succedit[8]. Hunfrid archiepiscopus Parthenopolitanus obiit, Engilhart successit[n]. Hunfrid Ravennas episcopus obiit, Heinrihc succedit[o]. Dietricus Constantinus episcopus obiit, succedit Rumolt[p. 9]. Mart. 31. Aug. 15. Iun. 11. Febr. 28. Aug. 23. 24. Iun. 22.

a) obictum *c.* b) *post in marg. haec verba Aventinus addidit:* Honoricum in die Martini. *Cf. Lambertum.* c) c. *in marg. adscriptum;* celebravit, resurrectionem Domini Agr. *Staind.* d) f. *in marg. adiectum.* e) fecit *Staind. recte. Avent. compluries* curare *more antiquorum Latinorum pro* facere *annalistae scripsit, cf. p.* 33, *n.* f. *H.-E.* f) satis *superscriptum c.* g) sumersi *c.* h) descedens *c.* i) Saxorum *c.* k) laborare *c.* l) in propria se *Staind.* m) et rursus seq. a. exercitum illic ducere constituit *Staind. (recte H.-E.)* n) *s. deest c. Suppleri ex Staindelio.* o) H. s., *omissionis signo in contextu verborum posito, Aventinus in marg. adiecit;* cui Hainricus successit *Staind.* p) cui Rumoldus successor constituitur *Staind.*

1) *Silesiam.* 2) *Stumpf nr.* 2393. 2394. 3) *Cf. Herim Aug.* 4) Imperatrix tandem imperatori filium peperit, *Herim. Aug.* 5) In Saxonia apud Goslare, *Herim. Aug.* 6) *Cf. Stumpf nr.* 2411. 7) longo propter fluviorum illuvionem circuitu per Carentani fines transiens. *Sic Herimannus Augiensis, qui multo accuratius de hac expeditione agit.* 8) Pro quo imperator Liutpaldum, Babinbergensem praepositum, constituit, *Herim. Aug.* 9) *Cf. Herim. Aug. et Lambertum.*

*1052. *p. 801

Apr. 19. Natale imperator feriavit[a] Goslarae, pascha Nemidone.
Rursus ad Ungros expeditio, sed nihil honoris vel utilitatis
f. 85. Aug. adquisitum regno. Cum enim urbem Preslawaspurch[1], in
finibus utriusque regni sitam, diutina premerent obsidione,
papae adiuratione constricti inde discessere[b]. Quod factum
est callida machinatione regis Ungrorum, qui promiserat,
quaecunque papa iussisset, se facturum, si per eius obtentum
imperator cessaret ab oppugnatione suorum. Cum vero Danubium transfretasset exercitus, cuncta, quae spoponderat, est
mentitus. Sed cum etiam exercitui iam stipendia defecissent,
in sua redierunt singuli, cum exercitu reversuri anno sub-
Oct. 7. sequenti[2]. Radasponam autem veniens papa cum imperatore exaltationem sanctarum reliquiarum, ut decuit, celebravit, hoc est Wolfgangi et Erhardi episcoporum urbis
praedictae[3]. Quo tempore imperatrix filium secundum
genuit, Chunradum nomine[c. 4]. Non modica penuria frugum, vini modicum et acerrimum. Nizo episcopus Frisin-
Apr. 6. 13. gensis obiit, succedit Ellinhard[4]. Bonifacius marchio de
Nov. 15. Mai. 6. Italia insidiis cuiusdam militis sui occiditur[5].

1053.

Natale apud Wangiones imperator celebravit[d]. Chuono
dux Baioaricus et praesul Radasponensis Gebehardus ea
tempestate gravissimas inter se inimicicias contraxere[6], sed
Apr. 11. cum imperator Mersiburch pascha celebraret[e], illuc evocavit utrumque ad conloquium generale pariterque complures regni totius principum[f], quorum iudicio dux praememoratus ducatu est depositus[4]. Prolata etenim sunt iniusta
iudicia, quae pridem in populo fecerat, et quoniam urbem
quandam episcopi, Paracstein[7] dictam, incendio concremaverat. Quod quidem iudicatur pergrave, si quis in regno
tale quid audet committere. Sed cum inde discessisset
domum[g], intestina molitus est commovere bella. Quapropter

a) i. f. *quae in cod. desunt, apud Staindelium leguntur.* b) *Aventinus medio in contextu verborum haec verba uncis inclusa adiecit:* Qui legatus huc ierat, vide eius Vitam Ratisbonae. c) Ch. n. *post addita sunt.* d) i. c. *desunt c.* e) celebrat *c.;* perageret *Staind.* f) *fortasse legendum* princ. regni totius. *H.-E.* g) *fort. leg.* in propria *(cf. p. 47, n. 1). H.-E.*

1) *Pressburg.* 2) *Cf. Herim. Aug. et Vitam Leonis IX. auctore Wiberto L. II, c. 8.* 3) *Cf. Chronicon Ekkehardi, Notas S. Emmerammi, Auctarium Ekkehardi (SS. XVII, p.* 572. 364*).* 4) *Cf. Herimannum Aug.* 5) Bonifacius, ditissimus Italiae marchio, immo tyrannus, insidiis a duobus exceptus militibus sagittisque vulneratus et mortuus, Mantuae sepelitur, *Herim. Aug.* 6) *Cf. Herim. Aug.* 1052. 7) *Parkstein in Palatinatu superiore.*

brevi plures iniquitatis suae socios adquisivit eosque sibi
firmos et fideles esse iuramento constrinxit. His ad velle
dispositis, ipse cum manu valida per Carinthanos ad Ungros
confugit[a] et plures coniurationis eiusdem conscios domi re-
liquit, quos sibi postmodum bella moventi auxilio fore f. 85'.
speravit. Hi ergo deprensi facile ab hac stultitia sunt
repressi. Ipse vero adiunctis sibi Ungris Charionas inva-
dit[1] et, plurima loca vastans, urbem quandam, Hengisti-
burg[b] dictam[2], occupavit ibique praesidio imposito in Un-
gariam se recepit. Quo tempore papa adversum Nord- Iun. 18.
mannos pugnavit[3], in quo proelio eheu! fere omnes amisit,
quicunque ex regno Teutonico venerant in auxilium eius.
Ipse etiam in Beneventana urbe invitus, ut fertur, ali-
quamdiu est retentus[4]. Vini, frugum maxima penuria[5] in
tota pene grassabatur Baioaria. Quapropter colono fugiente
plurimi vici deserti remansere. Sybicho Nemidonensis epi- Apr. 12.
scopus obiit, Arnoldus substituitur[6]. Hartwicus episcopus Nov. 6.
Babinbergensis obiit[7].

1054.

Apud Otingun imperator natale Christi, curtem re-
giam, celebravit[c], ibique maiori filio suo[8] ducatum Baioa-
ricum contradidit, Adalberoni consobrino suo tradit episco-
patum Pabinpergensem[d. 9]. Inde Radisponam ad generale
colloquium recessit[10]. Quibus diebus hi, qui in urbe Hen-
gistiburc praesidio relicti erant a Chuonone, fatigati crebra
provincialium incursione, ipsi sua sponte urbem diripiunt
p. 807. et clam inde in Ungariam aufugiunt. Paschalia *Mersi- Apr. 3.
burch[11] imperator feriavit[e]. Leo obiit, vir sanctus; infirmi Apr. 16.

a) *Aventinus primum scripsit* perfugit, *tum mutavit* confugit; *in Annalibus ducum Boiariae V, 8. habet* transfugit. b) *sic c., post correctum* Hengistisburg. *Cf.* Hengistiburc *sub anno sequenti.* c) celebrat *c.;* celebravit *c. Staindel.* d) ep. Pab. concessit *Staindel. recte* (: recessit). e) i. f. *desunt c.*

1) *Cf. Herim. Aug.* 2) *Hengstburg, castellum quondam munitissimum, in Styria haud procul a S. Margarethen, a vico Wildon in meridiem situm. Cf. Chroust in 'N. Arch.' XV, p.* 587—590. 3) *Prope Civitatem, Apuliae urbem.* 4) Ibique tempore aliquanto detentus nec redire permissus, *Herim. Aug.* 5) Frugum penuria facta est non modica, *Herim. Aug.* 6) *Sibicho obiit a.* 1054. *Cf. Annales necrol. Fuldenses (SS. XIII, p.* 214*), Annales Weissemburgenses, Lambertum.* 7) *Cf. Herim. Aug. Lambertus mortem Hartwici perperam a.* 1054. *adscribit.* 8) *Heinrico. Cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' II, p.* 674. 9) Natalem Domini in villa Otinga egit, ibique Babinbergensis aecclesiae praesulatum consobrino suo Adalberoni donavit, *Herimannus Augiensis sub hoc anno, postquam de rebus anni praecedentis ultimo loco haec adnotavit:* Imperator vero, in Baioariam veniens, ducatum eiusdem provinciae filio suo aequivoco tradidit. 10) *Cf. Herim. Aug.* 11) Mogontiae, *Herim. Aug., cuius auctoritas pluris facienda est. Cf. Stumpf nr.* 2454. *[At vide quae H. Bresslau in 'Jahrbücher' II, p.* 428 *monet.]*

Mai. 22. sanati ad eius sepulcrum[1]. Pentecoste Quitilingunburch imperator celebravit[a], quo ad se ducem Boiemicum ac Bolanicum evocat eosque post longissimam disceptationem inter
Aug. se pacatos domum remittit[2]. Ipse vero expeditionem suam contra Baldwinum direxit. Improvisus ergo ingreditur provinciam, maximam frugum pecorumque inveniens abundantiam. Sed cum hostes non auderent palam occurrere, ipse plurima loca devastans ferro et igne disposuit repatriare. Cum vero inimici cognovissent, remissius militem agere, unam exercitus partem subito incursantes, non minimam stragem dedere solitoque sibi fuga consuluere. Quos imperator secutus, tendentes repperit, tantaque clade multa-
f. 86. vit, ut dux ipse cum admodum paucis vix evaserit[3]. Ungri iterum Charionas invadunt, factaque praeda in patriam laeti recedunt; Chuonone cum suis ducente[b], orientalem saepius Baioariae oram[c] invasere, plurima loca diripuere, hominum inmensam multitudinem captivam abduxere. Tandem provincialibus ad arma convolantibus, aliquot ex his et illis caesi, plures sunt vulnerati. Ungri tamen praedam, quam praemiserant, retinuerunt, sed post haec ipsam provinciam incursare cessaverunt. Quo tempore etiam Gotefridus novus hostis extitit. Ingressus enim Italiam viduam Bonifacii marchionis Beatricem uxorem ducit[4], quam tamen post brevi reliquit, expulsus inde communi conspiratione plaebis, ac se Baldwini rursus inmiscuit armis[5]. Hoc anno
Mart. 8. obiit Azilinus Hyldenesheimensis episcopus, succedit Hezil[6]. Ulricus episcopus Brexionae obiit.

1055.[d]

Dominicum natale imperator celebravit in villa regali
Ian. 10. Goslare[7]. Ipsis diebus mortuus est Bratizla dux Boemicus[8].
Mart. Post haec imperator Ratisbonam venit[9], ibique generale colloquium habuit. Ibi ergo Gebehardum episcopum Eich-

a) i. c. *desunt c.* b) *codex in contextu verborum* agente, *quod interpunctum est; in marg.:* ducente. c) *an legendum* marcham? *Cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' II, p.* 674. d) *pergit librarius Aventini.*

1) *Cf. Herim. Aug.* 2) *Cf. Cosmae Prag. chronicam II, c.* 13 *(SS. IX, p.* 75*).* 3) *Cf. Gesta epp. Camerac. Cont. c.* 10—14. 4) Beatricem, Bonifacii quondam marchionis viduam, uxorem accepit, *Herim. Aug.* 5) *Cf. Lambertum a.* 1055. *et vide Steindorff, 'Jahrbücher' II, p.* 272, *n.* 3. 6) *Cf. Annales Hildesheimenses et Lambertum.* 7) *Cf. Bertholdum et Lambertum.* 8) *Cf. Cosmae Prag. chronicam II, c.* 13. 9) *Stumpf nr.* 2464. 2465.

stattensem apostolicae sedi praefecit, quem et mox ante se in Italiam transmisit[1]. Zpitigneum etiam[a], maiorem filium Boemici ducis, in locum substituit patris, sicque dispositis aliis, quae voluit, in Italiam transivit[b]. Resurrectionem ergo Domini apud Mantuam sabbatizavit[2]. Ekkihardum Apr. 16.
in sedem Brexionae urbis constituit[3]. Generalem sinodum Iun. 4.
papa sibi occurrente habuit[4], ubi complures[c] episcopatu deponi fecit[5]. Quosdam de militibus Bonifacii rebellantes, filio etiam eius defuncto, facile oppressit, ipsamque Beatricem in custodiis servari praecepit[6]. Quo tempore Richerius abbas Cassinensis, qui et Leonensem abbatiam regebat, unam, id est Leonensem, sponte remisit, quam mox ex petitione ipsius Richerii apud Florentiam tradidit imperator Wenzlao monacho Altahensi, viro admodum[d] modesto et f. 86'.
sapienti. Ea tempestate obiit Altahensis abbas Dietmarus, Sept. 3.
vir omnigena pietate probatus, pro quo communi fratrum consensu eligitur Adalhardus, eiusdem congregationis monachus, bonis quibusque merito aequiparandus. Et quoniam pridem obierat Waltheri Veronensis episcopus, imperator ibidem constitutus[7] Diotpoldum substituit in locum eius. Nov. 11.
Quod vero Deo amabilem principem divina providentia defendat semper et muniat, hinc, qui velit, colligat. Dum ergo in Italia commoratur, quidam de regni principibus, qui etiam familiariores illi videbantur, hoc est Gebehardus patruus eius, Ratisbonensis episcopus, Welf Charintanorum dux aliique complures clandestina cum his consilia concinnant, qui pridem publici hostes extiterant. Igitur Deo dignum augustum vita simul et regno privare, Chuononem, qui ad Ungaros confugerat, in locum eius subrogare conantur[e], et quoniam in hac coniuratione erant, ut praedixi, imperatoris amicissimi, potuit miserabile facinus perpetrari, scilicet[f] nisi hoc Deus ut casses comminuisset aranearum, quoniam non est consilium neque fortitudo contra Deum. cf. Prov. 21, 30.
Primum igitur Chuono, quem principem elegerant, miserabili excruciatus peste, fraudem et nequitiam terminavit

a) et etiam *c.* b) transmisit *c.;* transivit *Staind.* c) c. *deest c., ubi lacuna exstat.* d) honesto *additur in Auctario Ekkehardi, ubi haec omnia exscripta sunt.* e) c. *deest c.; Staindelius:* conantes. f) sed *c.*

1) *Vide anonymum Haserensem c.* 38 *(SS. VII, p.* 265*).* 2) *Stumpf nr.* 2470. *Cf. Bertholdum.* 3) *Cf. Steindorff, 'Jahrbücher' II, p.* 299—300*, n.* 5. 4) *Florentiae. Cf. Bertholdum a.* 1055. *et Bonithonem p.* 590. 5) Multi episcoporum per symoniacam heresin depositi sunt et quam plures per fornicationis crimen, *Bonitho l. l.* 6) *Cf. Bonithonem l. l.* 7) *Stumpf nr.* 2484.

*morte. Mox etiam Welf, infirmitate correptus et in ex- *p. 808.
tremis iam poenitentia ductus, peccasse se publice fatebatur et, ut indulgentiam apud augustum mereretur, supplex precabatur. Cui etiam curtem suam, Utingun dictam[1], delegari fecit, socios coniurationis aperuit et mox ultimum
Nov. 12. 13. diem clausit. Et quoniam imperator de Italia iam fuerat reversus, ad commeatum evocatus episcopus. Cum ergo primum infitiaretur, postremo manifestis signis est victus,
Febr. 11. custodiae mancipatur[2]. Hermannus archiepiscopus Agrip-
Oct. 2. pine obiit[3], successit Anno. Arnoldus Nemidonensis obiit,
Oct. 26. cui Chuonradt successit[4], Azilinus de Mersiburch[a], pro quo
f. 87. Wofpho substituitur[5]. Udalricus etiam Tridentinae urbis
Febr. 25. praesul moritur, quem Hatto in episcopatu subsequitur[4].

1056.

Apr. 7. Dominicam nativitatem imperator ad Duras aquas[6] celebravit, pascalem agnum in Bodirbrunnun victimavit[7],
Mai. 26. sacrum pentecoste[b] . . . peregit, et mox regi Charalingo-
Iun. rum[c] ad colloquendum in finibus utriusque regni occurrit[8]. Ibi rex cepit negare quoddam pactum, quod inter ipsum et imperatorem pridem fuerat factum. Sed cum imperator paratus esset, acie potius dimicare, quam veritatem[c] semel susceptam[d] omittere, ad ultimum etiam proposuit examen monomachiae per se ipsum et illum pugnandae. [e]Quibus rebus ut rex se iam victum intellexit, cum suis omnibus
Iul. 2. noctu clam aufugit[f. 9]. Imperator vero Wangionem rediit[10], quo etiam papa Italia nuper digressus occurrit[11], ubi de

a) *supplendum* moritur; *Staindelius habet:* obiit, cui Wofpho successit. b) *lacuna in c. Procul dubio supplendum est* Goslare. *Cf. Lambertum et diplomata apud Stumpf nr.* 2497. 2498. c) *sic c.* d) succesptam *c.* e) *Aventinus ipse librarium excipit.* f) auffugit *c.*

1) *Utting ad lacum, qui Ammersee vocatur. Hanc curtem Welf ex hereditate Adalberonis, ultimi ex comitibus Ebersbergensibus, acceperat. Cf. Historiam Welforum Weingartensem (SS. XXI, p.* 460*).* 2) *Cf. Chronicon Wirzeburgense et Ekkehardum.* 3) *Mortem Herimanni ad annum* 1056. *referunt Lambertus, Bertholdus, Marianus; auctor Vitae Annonis (SS. XI, p.* 469*) cum nostris Annalibus et Chronico Wirzeburgensi de anno* 1055. *consentit.* 4) *Cf. Ann. necrol. Fuldenses (SS. XIII, p.* 214*), Chronicon Wirzeburgense a.* 1055, *Lambertum a.* 1056. 5) *Uterque in Bawaria natus erat. Cf. Chronicon epp. Merseburgensium (SS. X, p.* 181. 182*). De Woffone canonico Eichstetensi vide Gundechari Librum pontificalem (SS. VII, p.* 249*).* 6) *Quas Zurzach esse, quidam volunt. Bertholdi codices* apud castrum Turegum *et* Turegi *habent, quod Zürich esse inter omnes constat.* 7) *Cf. Lambertum.* 8) *Ad villam Ivois. Cf. Lambertum.* 9) *Cf. de his rebus Lambertum.* 10) *Stumpf nr.* 2500—2503. 11) *Auctor erravit; papa enim mense demum Septembri Goslariae imperatori obviam venit. Cf. Anonymum Haserensem (SS. VII, p.* 265*) et Lambertum ac vide Steindorff, 'Jahrbücher' II, p.* 351, *n.* 1.

statu regni plurima disponit, Gebehardo episcopo ante iam custodia relaxato gratiam suam reddit, Chuononem nepotem suum[1] poenitentem pro rebellione suscepit, et sic singulos domum[a] redire permisit[2]. Hac ipsa tempestate principes Saxonici contra Luidilizos[b] pugnarunt[c], sed heu turpiter Sept. 11. victi inde fugerunt, magno inibi suscepto suorum detrimento, interfecto etiam marchione Willihelmo[d.3]. Annus iste extitit detestabilis et luctum inconsolabilem intulit multis. Cum enim Romanum imperium vigeret tranquilla pace, offensus peccatis nostris Deus se dignum imperatorem gravi percussit morbo[e]. Cui cum vitae adventaret terminus, papa cum multis aliis universi ordinis praesentibus, publice confessionem peccatorum facit[4], filium suum Henricum, haeredem regni relinquens, omnibus conmendavit et sic, sacro corporis et sanguinis Domini viatico confirmatus, hominem exuit et stola inmortalitatis indutus aulam regni Oct. 5. caelestis, ut vere credimus, intravit[5]. Cuius corpus, Nemidonum[b] translatum condigno honore, festo Symonis et Oct. 28. Iudae, quemadmodum vivens praeceperat, est tumulatum[6]. [f]Rex vero Henricus per dominum papam ad Aquasgrani f. 87'. deducitur et in sede regali collocatur. Post haec Coloniam venit, ubi Baldwinum comitem, qui diu patri suo rebella- Dec. 5. 6. verat, in deditionem suscepit et sibi post haec firmum et fidelem fore iurare facit[7].

1057.

Dominicam nativitatem rex Henricus adhuc[g] puer parvulus Ratisbone cęlebravit, colloquium generale cum regni primatibus habuit[8]. Chuononi cuidam cognato suo[9] *p. 809. ducatum, *quem Welf habuerat[10], tradidit. Quoniam vero imperatrix mater eius fatebatur, se gravidam fore, ideo ducatum Baioaricum permisit eam retinere, ut si filius ex ipsa nasceretur, ipse eodem principatu potiretur. His igitur ita dispositis, post pauca Saxoniam secessit. Dominus

a) d. *c.*; in sua *Staind.* b) *sic c.* c) pugnaverunt (: fugerunt) *legendum videtur.* d) *librarius Aventini in marg. adiecit:* Albertus marchio Austriae obit, Ernestus filius succedit; *cf. Annales s. Rudberti Salisburgenses (SS. IX, p.* 773*). At Staindelius et Auctarium Ekkehardi (ad a.* 1055*) habent:* Adalbertus marchio Austrie obiit, cui Ernestus filius eius successit; *quibus Annales Mellicenses (SS. IX, p.* 498*) conferas.* e) *lege* morbo perc. gravi (: paci). f) *librarius Aventini pergit.* g) aduc *c.*

1) *Fratrem Heinrici, palatini comitis in regno Lotharii.* 2) *Vide Chron. Wirzeburgense.* 3) *Cf. Lambertum.* 4) *Vide Anonymum Haserensem p.* 266. 5) Ad interminabilia coelestis regni gaudia, ut vere credimus, est translatus, *Anon. Haser. l. l.* 6) *Cf. Anonymum Haserensem et Lambertum.* 7) *Stumpf nr.* 2528. 2529. *Cf. Sigebertum Gemblacensem.* 8) *Cf. Bertholdum et Lambertum.* 9) *Eidem, qui supra, n.* 1. *Cf. Lambertum.* 10) *Ducatum Carintanorum.*

etiam papa mox in Italiam rediit. Insequente quadra-
Febr. 14. gesima Adalbero episcopus Pabenpergensis hac exutus est
Mart. 30. vita, quam sedem rex in festivitate pascali apud Wangionum[1] tradidit venerabili Guntherio, eiusdem congregationis canonico, sed tunc temporis cancellario Italico, qui mox, ut potestatem suscepit, statim etiam ipso die sancti pascae benedictionem[a] cum magna gloria accipere promeruit. Ipsa
Iul. 28. aestate papa Victor moritur, et in eius locum frater Gote-
Aug. 2. fridi ducis Fridericus, cognomine Stephanus, a Romanis subrogatus[b], rege ignorante, postea tamen electionem eius comprobante. Episcopatum autem Eichstatensem, quem dominus papa habuit, rex Gunzoni capellano suo[2] tradidit.

1058.

Apr. 19. Dominicum natale rex Goslare[3] celebravit, agnum
Apr. 10. vero pascalem Mersiburg[4]. His diebus in Bodurbrunnun maior ecclesia cum aliis duobus monasteriis est igne con-
Iun. 7. sumpta[5]. Sacrum autem pentecoste apud Augustam rex peregit, ubi et generale colloquium tocius regni principum
Mart. 29. habuit[6]. Defuncto igitur papa Stephano piae memoriae, alius substitutus est[7] et consecratus occulte. Quod cum principibus non placeret, deposito illo Augustam ad regem
f. 88. misere legatum[8], petentes, apostolicae sedi praeferri episcopum Florentinum[9]. Qua eorum petitione approbata aliisque regni negotiis ordinatis, singuli regressi sunt ad propria. His diebus legati Ungrorum sepissime veniebant pacemque fieri postulabant, et, ut haec verior firmiorque haberetur in posterum, regis sororem[10] filio domini sui, nomine Salomoni, dari postulabant in coniugium. Hoc ubi tandem regni primatibus complacuit, rex cum matre in
Sept. 20. fines Ungarie venit[11], utriusque regni primores iureiurando

a) ben. s. pasc. *c.* b) *lege* subrogatur (: moritur).

1) *Stumpf, 'Reichskanzl.' nr.* 2534—2539. 2) *Immo Agnetis imperatricis capellano. Cf. ipsius Gunzonis i. e. Gundechari Librum pontificalem Eichstetensem (SS. VII, p.* 245*).* 3) Mersinburg *Lambertus. Auctoritas monachi Altahensis pluris facienda videtur, nam regem die* 27. *mensis Decembris in palatio Pöhlde moratum esse constat. Cf. Gundechari Librum pontificalem (SS. VII, p.* 246*).* 4) Magadaburh *Annalist. Saxo. Cf. Meyer von Knonau, 'Jahrbücher' I, p.* 84. 5) *Cf. Marianum Scottum.* 6) *Stumpf nr.* 2554—2557. *Cf. Annales Augustanos.* 7) *Benedictus X. Cf. Bertholdum et Lambertum.* 8) *Male Lambertus hanc legationem anno* 1059. *missam esse refert. Vide etiam Meyer von Knonau, 'Jahrbücher' I, p.* 676. 9) *Gerardum, qui post Nicolaus II. appellatus est.* 10) *Iudith.* 11) *Stumpf nr.* 2559.

pacem firmare fecit, sororem tradidit et mox se in Franciam recepit. Autumnali igitur tempore dux Charintanorum[a] Chuono Longobardiam valida manu est ingressus, sed resistentibus sibi provincialibus turpiter est regressus. Ebbo abbas Fuldensis est defunctus, in cuius locum eligi- Nov. 17.
tur Sigifridus, eiusdem congregationis monachus[1].

1059.

Nativitatem Domini apud Argentinam rex feriavit. Hoc anno frumenti et vini satis abundans copia in Baioaria fuit[b], sed gravis pestilentia hominum animaliumque per totam provinciam grassabatur[2]. Abbas Herfeldensis Megin- Sept. 26.
herę obiit. Episcopus etiam de Halberstatt, Purchardus Oct. 17.
nomine, et archiepiscopus Magontiacensis[c] Liutpoldus viam Dec. 7.
ingressi sunt carnis universae[1].

1060.

Incarnationem Domini rex Frisingun egit[3], episcopatum Halberstatensem[d] Purchardo dedit. Sacrum epiphania Ottingun celebravit, ac Sigifrido abbati Fuldensi archi- Ian. 6.
praesulatum Magontiae[e] tradidit[4]. Regressus autem in Franciam, Fuldensem abbatem statuit Wittradum, eiusdem congregationis monachum[5]. Hiems[f] tam acerba per Teutonicum regnum habebatur, ut immensitate ac diuturnitate nivis ac frigoris multi mortales hac luce privarentur. Mox secuta est aquarum talis effusio, qualis vix aut nunquam fertur in illo regno provenisse[g][6]. Rex autem in f. 88'.
Halberstatt peregit sanctum pasca[7], et mox eo recedente Mart. 26.
ecclesia ipsa cum aliis aedificiis est igne consumpta. Hac aestate Chuonradus episcopus Nemidonensis obiit, cui Ein- Apr. 18.
hart successit[1]. Piae memoriae Baldwinus Iuvavensis archi- Apr. 8.
.810. praesul est defunctus, *pro quo eligitur Gebehardus cancellarius[8]. Hoc igitur anno obiit papa Nicolaus[9], pro quo

a) Charitanorum *c.* b) habebatur *Staind. melius* (: grassabatur). c) Moguntinus *Staind.* d) Halbarstattensem *c.* e) Moguntie *Staind.* f) *ap. Staind. addit.* haec. g) pr. r. *Staind. melius* (: effusio).

1) *Cf. Lambertum.* 2) *Cf. Bertholdum.* 3) Wormaciae *Lambertus, cuius error manifestus est. [At vide, quae H. Bresslau in 'Jahrbücher' II, p.* 428. *et Meyer von Knonau in 'Jahrbücher' I, p.* 156 *sq. de hac discrepantia sentiunt.]* 4) *Cf. Marianum Scottum.* 5) *Cf. Lambertum a.* 1059. 6) *Vide Bertholdum et Annales Augustanos.* 7) *Cf. Gesta episcoporum Halberstadensium (SS. XXIII, p.* 96*).* 8) *Cf. Annales S. Rudberti Salisb.* 9) *Constat, mense demum Iulio anni* 1061. *Nicolaum II. mortuum esse. Quam ob rem omnia, quae hic de schismate narrantur, ad annum sequentem referenda sunt. Cf. commentationem meam, quam inscripsi: 'Die Kirchenspaltung nach dem Tode Nicolaus II.' et fragmentis Annalium Altahensium adiunxi.*

episcopus Luccensis[1] a quibusdam Romanorum in sede apostolica est constitutus, qui statim consecratus Alexander nomen accepit, quamvis communi eorum voluntate electus non fuerit, ut in sequentibus apparebit[a]. Episcopus autem Parmensis, Kadalo nomine, audita unius morte, alterius autem electionem simulans se nescire, sumpta secum, ut ferebatur, pecunia inmensa, curtem adiit, regem Augustae reperit, ibique cum matre regis et episcopo Augustensi[2], qui adhuc palatio praesidebat, res suas agere non quievit, donec se ad sedem apostolicam a rege conlaudari et, ut mos est, infula pontificali investiri impetravit[3]. Qui mox in Italiam regrediens et illum iam consecratum apostolicae sedi publice praesidentem reperiens, illo quidem anno in episcopatu suo quievit, postea vero heresim magnam et bellum periculosum, quod in suo loco dicetur, Romanae ecclesiae invexit. Quoniam autem[b], ut iam diximus, Alexander communi Romanorum voto electus non fuerat, quidam eorum, furto surripientes, crucem auream, quae ante papam portari solebat, et alia quaedam pontificalia ornamenta ad istum detulerunt. Quibus ille mox indutus publice procedebat, et honorem apostolicum sibi ab omnibus exhiberi exigebat, quosdam etiam potentiores data pecunia ad hoc[c] inliciebat. Inicia dolorum haec. Rex enim puer erat, mater vero utpote femina his et illis consiliantibus facile cedebat, reliqui vero palatio praesidentes omnino avariciae inhiabant, et sine pecunia ibi de causis suis nemo iusticiam inveniebat, et ideo fas nefasque confusum erat.

Hoc etiam anno pax est rupta, quae dudum cum Ungris est facta. Refertur supra[4], qualiter regis soror filio regis Ungrorum fuerat nuptum data[5]: cui conventioni regis frater, Bel nomine, cum filio non intererat, ideoque nostratibus semper suspecti erant. Ob hanc igitur causam in Ungariam mittuntur ex latere regis episcopus Eppo de
f. 89. civitate Citiza[6], marchio Saxonicus, marchio Baioaricus[7] et alii quam plurimi. Igitur post paucos dies adventus eorum in Ungariam rex Andreas, iam aperte cognoscens coniura-

a) *quae sequuntur Aventinus ipse descripsit.* b) autem *superscriptum.* c) adhoc *c.*

1) *Anselmus.* 2) *Heinrico.* 3) *Basileae, non Augustae, Kadalus insignia pontificis maximi accepit.* 4) *Sub anno* 1058. 5) *Immo sponsa. Cf. Bertholdum ad a.* 1059 *(SS. V, p.* 271*) et vide Meyer von Knonau, 'Jahrbücher' I, p.* 96, *n.* 85. 6) *Zeitz.* 7) *Ernestus, qui marchae orientali praeerat. Vide Meyer von Knonau, 'Jahrbücher' I, p.* 193.

tionem fratris adversus se factam, adsumens reginam, filium nurumque, conlectaque non parva multitudine principum gentis suae, simul cum nostratibus in Baioariam voluit exire, credens se in terra aliena tutiorem fore. Quem frater cum magno exercitu insequitur, subitoque in ipsis faucibus viarum, quas portam regni vocant, a tergo adgreditur, statimque nostris in arma ruentibus ingens pugna exoritur, summaque vi utrimque bellatur[1]. Sed Ungri, qui cum rege erant, fugiendo tantum sibi consulebant, nostri autem, qui adversus tantam multitudinem pauci erant, angustia et difficultate locorum constricti, simul etiam innumera multitudine oppressi, amissis suorum plurimis, ad ultimum et ipsi cedere[a] sunt coacti, ibique rex vivus capitur[2], sed eodem momento, equis et curribus conculcatus, moritur. Regina tamen cum filio et nuru gentisque suae principibus in Baioariam simul cum nostris egreditur. Capti sunt etiam ex nostris episcopus Eppo, Willihalm Saxonicus marchio, comes Poto aliique quam plurimi. Inter multos autem, qui ibi fortiter pugnavere, virtus duorum tamen emicuit maxime, scilicet Willihalmi marchionis et Potonis comitis[3]. Hii enim, dum nostri caederentur, in quodam eminentiori loco substitere, tantamque stragem fecere, ut ea, quae pridem de fortissimis quibusque admiratu digna habebantur, modo in comparatione istorum parva videantur. A vespera enim usque ad ortum solis pugnantes, nequaquam a tot militibus capi potuere, donec accepta fide publica semet ipsos dedere[4]. Gebehardus episcopus Ratisbonensis obiit, succedit Oto canonicus Babenbergensis[5]. Dec. 2.

1061.

Natale caesar Mogontiaci celebravit[b], mox post sanc- Ian. 6.
tam theophaniam[c] Radisponam cum matre venit[6]. Illuc ergo occurrit vidua regis Ungarici cum filio nuruque, quam
*p. 811. tamen *statim remisit rex in orientalem marcham Boiariae, illic[d] praecipiens ei de suo servire, filium autem

a) caedere *c.* b) c. *in cod. omissum ex Staindelio supplevi.* c) theophania *c.* d) *huic voci in codice annexum videtur* que *atramento paene oblitum.*

1) Commisso praelio ab utraque parte fortiter est pugnatum, *Thwrocz p.* 137. 2) Captus est ad portas Musum, *Thwrocz.* 3) *De Potone, qui erat ex comitibus palatinis Bavariae, vide Ekkehardum sub anno* 1104. 4) *Cf. Bertholdum et Annal. vet. Ungaric. a.* 1060. *Lambertus, qui fusius de his rebus agit, eas sub a.* 1061. *male refert.* 5) *Cf. Lambertum.* 6) *Cf. Stumpf nr.* 2591. 2592.

Mart. eius sororemque propriam abduxit secum in Franciam[1], donec pertractasset sapienti consilio principum suorum, qualiter ipsis recuperaret, quod amiserant, regnum. Bel f. 89'. autem, qui caput et causa horum erat malorum, nimium gaudebat sperans, se a rege pacisci quae vellet, per eos, quos cęperat. Quod cum videret ad votum suum non provenire, quia Teutonici reges non solent minis cuiuspiam terreri vel cedere[a], episcopum ultro a captivitate relaxat, alios autem adhuc secum retinuit. Sed cum generositatem eorum iam didicisset vere, ipse marchionem cepit invitare, filiam suam in coniugium accipere. Quod cum ille promisisset se facturum, dimissus ad patriam rediit moxque diem extremum clausit[2]. Sicque anno sequenti etiam reliqui omnes a captivitate sunt relaxati.

His etiam diebus Roma intestino bello laborabat, quoniam, ut iam diximus, quidam illorum ob gratiam episcopi Parmensis Alexandro non communicabant et cum hoc[3] quasi fidem regi servabant, quoniam ab ipso laudatum audierant. Ob hanc igitur causam legati Romanorum Aug. 15. Augustam venere, cum rex ibi adsumptionem Deiparae Virginis ageret et generale conloquium haberet. Ex his vero idem episcopus unus erat, qui Alexandrum consecraverat. Is ergo accepto dicendi loco tali perorabat modo[b]: 'Succurrite, potentissimi principes, ecclesiarum matri, succurrite apostolicae sedi. Ecce enim, cum omnes per vos in pace agant, sola Romana ecclesia bellis intestinis quassatur per Alexandrum, qui se papam nominat, quod tamen non est nec unquam erit, siquidem de eo iuste iudicatum fuerit. Non enim ex consensu regis, utpote patricii nostri, ut pastor in ovile intravit, sed data pecunia Nordmannis, inimicis videlicet vestris, ut fur et latro aliunde ascendit. Ecce adsum ego ipse, qui eum consecravi, sed Deum testor, quia vim patiens et coactus hoc feci. Quapropter, iustissimi iudices, quaeso, huic pesti, dum tempus est, obviate, ne capite morbido putrescente etiam reliqua membra citius incipiant languescere'. His ergo in curia auditis, diu multumque est disceptatum, quidnam super hoc esset agendum, quia episcopis nec iustum nec facile videbatur, disci-
cf. Matth. 10, 24. pulos iudicare magistrum. Tandem ergo, facta deliberatione, mittitur episcopus Halberstatensis[c] cum regis et quorundam

a) caedere *c.* b) loco *c.* c) Halbarstatensis *c.*

1) *Stumpf nr.* 2593. 2) *Cf. Lambertum a.* 1061. 1062. 3) *Parmensi episcopo.*

pontificum litteris, qui utrarumque partium allegationes audiret et vice caesaris et principum iuste exinde iudicaret. Is ergo Romam veniens et singula, prout gesta erant, per- f. 90. discens, quibusdam comprobantibus, quibusdam etiam adhuc contradicentibus, etiam ipse Alexandri electionem ratam esse firmavit, sicque ad propria remeavit[1]. Hoc tempore mater caesaris ducatum Baioariae[a], quem dudum retinuerat, sua sponte remisit, eumque Otoni, viro prudenti, commendari curavit[2]. Adalman Brixiae episcopus obiit, Ulricus succedit[3].

1062.

Natale Christi caesar Goslarae, pascha Nemidone[4] Mart. 31. celebrat. Rex igitur iam adolescere incipiebat, palatio autem praesidentes sibimet ipsis tantum consulebant, nec regem quisquam, quod bonum iustumque esset, edocebat, ideoque in regno multa inordinate fiebant. Quapropter Anno archiepiscopus Coloniensis, duces et optimates regni crebra conventicula faciebant[5], quid de hoc agendum foret anxie nimis ad invicem conquirebant. Tandem ergo firmato consilio, cum rex esset iuxta Rhenum in loco, qui Werida dicitur[6], cum grandi multitudine ex improviso curtem adeunt, crucem et regiam lanceam ex capella auferunt, regem ipsum navi imponunt nulloque obsistente ad Coloniam[7] Mai. usque deducunt[b]. Mater ergo regis tristis discessit inde, sed cum recordaretur, quam grave est regni negocia tractare, faciens ex necessitate virtutem[8], sacrum sibi velamen postulavit imponi. Ergo praedia, quae sibi in dotem data erant, solummodo retinuit, caetera regni gubernacula ex integro cuncta dimisit, seque totam ad Dei servicium contulit. Namque vigiliarum et orationum eius instantiam, eleemosinarum frequentiam, cibi potusque parcitatem, vestium cultusque vilitatem et caetera humilitatis ac pietatis eius opera quicunque vidit, libere protestari potuit, quod haec inmutatio dexterae excelsi fuerit. Et quoniam Ps. 76, 11.

a) Boiariae *c.* b) perducunt *corr.* deducunt *c.*

1) *Haec erroribus scatent. Burchardus, episcopus Halberstadensis, anno* 1062. *Romam missus est post synodum Augustanam, quae mense Octobri a.* 1062, *non Augusto a.* 1061. *habita erat. Cf. Meyer von Knonau, 'Jahrbücher' I, p.* 213, *n.* 24. 2) *Cf. Lambertum.* 3) *Cf. Steindorff, 'Jahrbücher' II, p.* 299. 300, *n.* 5, *ad a.* 1055. 4) Apud Traiectum *Bertholdus. Cf. Bresslau, 'Jahrbücher' II, p.* 428 *sq. et Giesebrecht, 'Kaiserzeit' III, p.* 1101. 5) crebra conventicula facere *Lambertus a.* 1062. 6) *Kaiserswerth.* 7) *Stumpf nr.* 2607. *Cf. Lambertum.* 8) *Cf. Hieronymi Apologiam adversus scripta Rufini III, p.* 2 *(Opp. ed. Vallarsius II, p.* 532*):* facis de necessitate virtutem.

episcopus tunc palatio praesidens iusticiae studebat, etiam res publica florescere incipiebat.

Hac ergo tempestate[1] episcopus Parmensis, de quo *p. 8
supra sermo fuit, sedem apostolicam, quam canonice non
f. 90'. potuit, armis obtinere contendit. Ad quam spem illum hoc induxerat, quod a rege laudatus erat. Insuper et quidam Romanorum illi favebant. Quapropter, conlecta non parva manu Longobardorum, Romam ire[a] perrexit, veniens-
Mart. 25. que ultra Sutriam, quam nostri Sudrun dicunt, in loco, qui Campus crassus dicitur, tentoria fixit[2], statuens ibi aliquot dies repausare exercitum, simulque sperans, solo suo adventu territis Romanis aut sponte discedere Alexandrum, aut se magna auxilia ex Urbe habiturum. Insuper et hoc illum animabat, quod fautores sui intra Urbem turrim Crescentii[3] tenebant, insuper et aliam firmissimam turrim, quae est in ripa Tiberis iuxta pontem Olvii[4]. Alexander autem fautoresque sui iam dudum adventum istorum praescierant, ideoque et ipsi armis se defendere parabant. Quo cognito, episcopus Parmensis statim elevatis militaribus signis castra movit, sicque instructa acie Romam tendit. Econtra igitur fautores Alexandri, et ipsi armis instructi, processere[b], quibus etiam multi ex plaebe se miscuerunt cum propter animi mobilitatem, tum etiam propter iram et indignationem, quoniam ipsis videbatur grande dedecus fore, quod quisquam hostiliter armata manu praesumeret Romam propius accedere. Nec mora, statim primo congressu victi,
Apr. 14. Romani terga vertunt, sicque versus Urbem fugientes, multi caesi et vulnerati cęcidere. Quidam vero, ad Tyberim festinantes, navem intravere, sed istis subsequentibus et uno tantum lanceam iaculante, cum unusquisque timeret sibi, in unam partem ratis constipantur cuncti, et[c] nave reversata pene omnes suffocati sunt in aqua[5]. His militiae gestis episcopus Parmensis cum suis iam clari habebantur, et timor eorum per universam Romam cottidie augebatur.
Mai. Attamen, priusquam urbem intrarent, supervenit huic per-
f. 91. turbationi [d]dux Gottefridus[6], qui dudum post mortem im-

a) iri *c. superscriptum.* b) *lege* processerunt (: miscuerunt). c) sed *c.* d) *pergit Aventini librarius.*

1) *Haec recte se habent. Mense Martio anni* 1062. *Kadalus primum Romam cum exercitu aggressus est.* 2) *Cf. Benzonem II, c.* 9. 3) *Castro S. Angelo.* 4) Milvii credo *adscripsit Aventinus in margine codicis.* Ad pontem Holbii *Benzo II, c.* 13 *(SS. XI, p.* 617*).* 5) *Cf. Annales Augustanos et Bertholdum, Annales Romanos (SS. V, p.* 472*) et Benzonem II, c.* 9 *(SS. XI, p.* 616*).* 6) *Cf. Benzonem II, c.* 13. *et Bonithonem p.* 595.

peratoris in Italiam fuerat reversus et, connubio iunctus
viduae Bonifacii, maximus habebatur in illis partibus regni.
Hic ergo nunc minis nunc consilio cum ambobus non ces-
savit agere, donec utrumque persuasit ad sedem pontificatus
sui redire, praecipiens, amborum legatos secum ad regem
ire, ut is postmodum sedem apostolicam sine controversia
teneret, quem rex et regni principes iudicarent. Huic
diffinitioni ambo facile consentiebant, quoniam uterque de
sua causa praesumebat. Sed cum hi legati ad curtem
regiam venissent et causa haec in curia agitari coepta
fuisset, omnibus placuit, ut is, qui consecratus foret, rursus
ad apostolicam sedem reverteretur, donec canonico et sino-
dali iudicio auditus aut eidem sedi iuste praeferretur aut
damnatus iuste deponeretur. Sicque legati dimissi in
patriam redeunt, et Alexander non multum post temporis
reversus est Romam[1]. Engilhart Magdeburgensis episcopus Aug. 30.
obiit, succedit Wezil[2]. Obiit etiam Adalhardus abbas Alta- Nov. 13.
ensis, vir in monastica professione perfectionis summae[a].

1063.

Rex in Frisingun[3] natale Domini celebravit, ubi con-
stituit Wenzlaum Altaensibus patrem, eiusdem congrega-
tionis monachum et fratrem[b], sed tunc temporis abbatem
Leonensem. Is ergo Altaham veniens in dominica circum- Ian. 1.
cisione fratribus cunctis congaudentibus, susceptus est cum
ingenti honore simulque communi leticia universae fami-
liae. Sanctum igitur pasca rex in Goslare celebravit, ibi- Apr. 20.
que in sabbato sancto repentinus tumultus subito exarsit[4],
sed favente Dei[c] clementia mox sopitus cessavit.

Alexander ergo papa, ut iam diximus, Romam rever-
sus erat et, ut mos est Romanae ecclesiae, post pasca sino-
dum episcoporum et abbatum convenire fecit. In hac
igitur sinodo de episcopo Parmensi mota est questio, quod
datis pecuniis, per heresim scilicet simoniacam, sedem ob-
tinere tentasset apostolicam et, cum hoc non proveniret
p. 813. ad votum suum, *bellum et armatas manus intulerit Romae,

a) s. perf. *Auctar. Ekkeh. et Staindel.* (: Altahensis). b) patrem *Auctarium Ekkehardi.* c) di *c.*

1) *Alexander II. ante pascha a.* 1063. *Romam rediit.* 2) *Annal. necrologici Fuldenses, Bertholdus, Annalista Saxo de morte Engelhardi anno* 1063. *consentiunt.* 3) Goslariae *Lambertus, haud dubie hic in errorem inductus. Cf. Stumpf nr.* 2617. *et Meyer von Knonau, 'Jahrbücher' I, p.* 305, *n.* 135. 4) *Tumultus ille pentecostes solemnia turbavit, non festos paschales. Cf. Annales Corbeienses et Lambertum.*

f. 91'. matri ecclesiarum, sicque eo praesidente et consiliante homicidia et membrorum[a] obtruncationes ibi multae forent factae. Haec igitur eius crimina cum cunctis essent manifesta, et ad negandum vel satisfaciendum pro his nec ipse veniret nec quemquam transmitteret, iudicatus[b] ab omnibus, anathematis iaculo est percussus. Ille vero, ut haec audivit, episcopos et clericos, quos potuit, apud Parmam collegit[1] et ipsum Alexandrum similiter damnavit, dicens, se pastorem dominici gregis iure habendum, utpute a rege, Romano[c] scilicet patritio, electum et constitutum, illum vero ab omnibus fore detestandum et insequendum, qui non a sacerdotibus vel a Romano populo canonice esset electus, sed a Nordmannis, Romani imperii inimicis, lupina fraude et furtim et subdole fuerat introductus. Hoc igitur modo se invicem isti invidiose mordentes accusabant et defendebant.

Rex autem regnique principes nimis anxii erant, quoniam soror regis cum viro suo iam pridem expulsi erant de regno suo, et necdum contra haec quicquam erat gestum, quod regio honori duceretur dignum. Quapropter generale
Aug. colloquium apud Maguntiam habuit, ususque sapientum consilio, hac eadem aestate exercitum in Ungariam ducere disposuit. Sicque dimissi redeunt ad sua, et quoniam haec futura erat iuvenilis regis expeditio prima, unusquisque, prout potuit, se ad hanc summopere praeparare studuit. Bel autem, qui Salomonem de regno expulerat seseque iam regali unctione consecrari fecerat, cum audisset expeditionem hanc tali apparatu adornari, nimium cepit angustiari. Saepe etenim antea inter nostrates et Ungros bella gesta erant, ideoque illum non latebat nostrorum vel in consilio sapientia vel in bello audacia, et idcirco nimis cepit inquirere, qualiter expeditionem hanc posset praepedire. Tandem igitur excogitato consilio legatos mittit; primo omnium excusare se iussit, quoniam ipse regem Salomonem de regno non expulerit, sed cum ille sua sponte profugeret, nemine
f. 92. insequente, tunc sibi a tumultuante milite impositum diadema non licuisse recusare. Quapropter si rex vellet iam in regnum redire, ipse illum condigno honore, quemadmodum regem dominum suum, paratus esset suscipere eique servire, ea tamen lege, si se permitteret ducatum

a) menbrorum *c.* b) indicatis *c.* c) R. *in cod. superscriptum.*

1) *Vide Benzonem II, c.* 14.

illum retinere, quem[a] habuerat sub eius patre. Et ut omnem tolleret nostratibus suspicionem, huius pacti filium suum obsidem promisit se transmissurum ad regem. Attamen dolus et fraus Ungarica iam pridem nostratibus rerum veritate sepius erat experta, et ideo verbis his nemo voluit fidem accommodare. Legati redeunt infecta pace, ipse autem, ingenita sibi calliditate pacem se cupere simulans, legatos subinde mittebat, sed nihilo minus interea angustias viarum vallabat, urbesque muniens ad bellandum se praeparabat. Eius autem ars arte deludebatur, quia cf. Sall. Iug. c. 48.
spes pacis verbis ei dabatur[b], re autem vera bellum ingeri parabatur. Quid plura? Adveniente igitur tempore opportuno rex ad fines Ungariae venit[1] cum exercitu magno, Sept.
sed omnem ingrediendi aditum reperit sibi interclusum tam firmissimis munitionibus operum, quam etiam sollicita custodia militum. Quapropter Ungris, qui cum Salomone ad se transfugerant, viam monstrantibus per quoddam harundinetum praemisit partem exercitus, praecipiens, eis ingressis, sibi renuntiari[c], si ipse cum reliquis posset subsequi. Ipsi autem ingressi propter nimiam difficultatem neminem remittunt, sed itinere duorum dierum urbem quandam, quae Miesiginburch dicitur[2], adeunt, hanc statuunt expugnare et illic regi ingrediendi viam aperire[d]. Rex autem hoc eorum consilium ignorabat, sed tamen ipse, illis nescientibus, ad hanc eandem urbem interim veniebat, sicque ex improviso sibi invicem occurrentes civitati utrimque appropinquabant. Nec mora, ingens tumultus exoritur, urbs quasi in momento capitur, apertisque portis rex cum omni exercitu salvo Ungariam[e] ingreditur. Bel autem cum filio non longe aberat, sed ad bellandum promtus inmensam multitudinem collegerat. Sed mox, ut hos adversum se venientes cognovit, spiritum exhalavit, filius[f] autem, ne caperetur, vix fugiens evasit. Sicque Dei providentia gens f. 92'.
et tota illa terra sine sanguine per regem Henricum regi Salomoni est restituta. Salomon autem, non immemor factae in se pietatis, invitavit regem ad Wizinburg, quae est regni sui metropolis, celebratisque conviviis, muneribus
*p. 814. regiae munificentiae dignis eum honoravit[g], nec *quisquam

a) quam *c.* b) quia — dabatur, *signo omissionis in contextu verborum posito, in margine codicis adscripta sunt.* c) renuctiari *c.* d) apperire *c.* e) Ungrariam *c.* f) *Aventinus in marg. adiecit:* Goeso et Ladizolaus. *Cf. Steindorff, 'Jahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich III.' II, p.* 444. g) honeravit *c.*

1) *Stumpf nr.* 2630. 2) *Wieselburg; cf. Adam. Brem. III, c.* 42.

principum decenter non donatus abivit[1]. Gaudentibus igitur cunctis rex cum suis in Baioariam revertitur, et hoc modo rursus cum Ungris pax firmatur[2]. Hoc anno Henri-
Sept. 3. cus Augustensis praesul moritur[a], cui Embricho[b] successit[3].

1064.

Dominicam incarnationem rex peregit apud Wangionem[4]. His diebus rursus legati Romanorum venerunt conquesti, singulis episcopiis singulos praesules sufficere, de sola apostolica sede duos simul contendere. Hac illorum quottidiana querela rex et principes permoti, statuerunt apud Mantuam sinodum fieri, ubi possent concurrere ambo papae, si fas est dicere, pontifices Teutoni, Romani et Longobardi. [c]Huic decreto ambo simul, Alexander et Kadalo, libenter assentiebantur, quoniam, ut diximus, uterque de causa sua praesumebat. Synodus autem ista in die sancti penthecostes denunciatur futura. Superveniente autem aestate mittitur a caesare ad eandem synodum archiepiscopus Coloniensis cum aliis episcopis et principibus non paucis. Episcopus autem Parmensis cum ingenti multitudine ad locum, qui Aqua nigra[5] dicitur, accessit. Exinde legatos ad archiepiscopum Coloniensem misit, mandans huic, huic concilio se nullo interesse, nisi sibi permitteretur synodum tenere et in loco iudicantis papae praesidere. Sed cum caesareis nunciis indecens ac iniustum hoc[d] videretur, ut Alexander, qui iam papa erat, absens et inauditus deponeretur, ipse quidem in loco, quo diximus, substitit, exploratores tamen inde cottidie Mantuam misit, per quos sciret, quaeque illic dicta vel gesta fuissent. Alexander autem ad synodum promptus occurrit, quoniam regulis ecclesiasticis in omnibus semper obedire studuit.
f. 93. Ex Italia autem pontifices et abbates aliique principes innumeri undique confluunt, et propter studia partium, quae inter illos magna erant, diversi diversis favebant. Igitur
Mai. 31. feria secunda sancti penthecostes cunctis in ecclesiam congregatis, post invocationem sancti Spiritus omnibus secun-

a) obiit *Staind.* b) Embriccho *c.* c) *Aventinus ipse pergit.* d) h. *superscriptum c.*

1) *Cf. Aen. V, v.* 305: non donatus abibit. 2) *Cf. Lambertum, qui paucis verbis de hoc bello agit.* 3) *Cf. Ann. Augustanos.* 4) Coloniae *Bertholdus.* 5) *Acquanegra, ab urbe Mantua inter septentrionem et occasum, in districtu Castiglionensi posita (cf. Meyer von Knonau, 'Jahrbücher' I, p.* 380, *n.* 28*).*

dum morem positis subselliis, primum Alexander sermonem[a] fecit de pace et concordia, postmodum proferre iussit, si qua essent dicenda. Tunc archiepiscopus Coloniensis: 'Rex', inquit, 'et regni principes audierunt de te multorum, qui haec vera adfirmant, relatione, quod per heresim symoniacam perveneris ad sedem apostolicam, cumque tibi conscius fores criminis tanti, Northmannos, Romani imperii hostes, socios et amicos tibi adscivisti, ut eorum auxilio contra regulas ecclesiasticas, etiam rege invito potestatem hanc retineas: quapropter nos a rege directi sumus, ut, quid inde verum sit, cognoscamus'. Tum ille — ut verbis ipsius utamur — respondit: 'Nostis quidem, filii carissimi, si accusatores mei veraces vellent esse vel videri, modo deceret eos, sicut me, adfore in praesenti. Quibus tamen non cogerer nisi mea sponte respondere, quia cuncti novimus iustum non esse, discipulos magistrum accusare vel iudicare. Attamen nunc[b], ne sancta Dei ecclesia scandalum habeat cf. Matth. 10, 24.
super me, testor et iuro per hunc, quem colimus, adventum Spiritus sancti, quia conscientiam meam nunquam symoniaca heresi conmaculavi, sed me reclamantem et renitentem traxerunt et in sede apostolica invitum statuentes consecraverunt. Et hoc illi fecere, qui secundum antiquum Romanorum usum eligendi et consecrandi pontificis curam et potestatem noscuntur habere. Quod autem mihi obicis[c] Northomannorum societatem et amiciciam, nihil est, quod de hoc modo respondeam, sed si quando filius meus rex ipse venerit Romam ad suscipiendam imperialem benedictionem et coronam, ipse tunc praesens comprobabit, quid ex his verum sit'. His f. 93'.
auditis, cuncti credentes, eum obiecta bene purgasse, et ipsi eius electionem laudavere, clero canente: *Te Deum laudamus,* reliquis autem in commune Deum benedicentibus et laudantibus. Tandem silentio facto Alexander papa de Parmensi episcopo quaestionem movebat, quem tamen ipse non episcopum, sed hereticum nominabat. Cumque eius crimina nemo esset, qui refelleret, synodali iudicio rursus eum devovebat, Cisalpinis et Italicis cunctisque, qui dicere noverant, incidentibus: 'Fiat, fiat'! Et hoc quidem modo solutum est con- Iun. 1.
cilium die illo. Sequenti vero die archiepiscopus Coloniensis non intererat, et ecce fautores Parmensis episcopi ecclesiam cum magno strepitu irrumpebant, Alexandrum papam hereticum vociferabantur, quidam etiam evaginatis gladiis mor-
*p. 815. tem ei minabantur. Quo viso, qui in concilio erant, pene omnes fugere, solus papa vix remansit in loco *sessionis

a) sermone *c.* b) nc *c.* c) obiicis *c.*

suae, adiuvante et consiliante illi Wenzlao venerabili abbate,
qui usum Langobardorum iam didicerat plene, quia multa
verbis audacter minari soleant, quae tamen opere adim-
plere nullatenus audent[a]. Quod et hic eodem modo accidit,
quia mox, ut Beatrix, uxor Gotefridi ducis, templum cum
suis intravit, omnis ille tumultus et fragor bellicus in
1. Cor. 15, 52. momento et, ut ita dicam, in ictu oculi deficiens cessavit.
Sicque reliquis duobus diebus cum pace ordinatis, quae
ordinanda erant, Alexander papa Romam regreditur. Reli-
qui omnes ad propria revertuntur.

1065.

Natale Christi Coloniae[1] caesar celebrat. Igitur fides
catholica iam longe lateque florebat, omnia oracula pro-
phetarum, quae ante adventum Christi admodum pauci
intelligebant, iam eo nato et passo cunctis credentibus
luce[b] clarius liquebant, inter quae videbatur et illud esse
Ies. 11, 10. completum: *Et erit sepulchrum eius gloriosum.* Hoc etenim
anno Iherusalem pergebat multitudo tanta, ad sepulchrum
f. 94. Domini adoratura, ut quivis credere posset, quia plenitudo
Rom. 11, 25. gentium intraret, et quoniam multa dicenda forent de
eodem itinere, queso, ne cui videatur grave, nos etiam ex-
inde pauca quaedam summatim perstringere. Inter eos
igitur, qui pergebant, principes isti erant: Sigifridus archi-
episcopus Moguntiacensis, Wilelmus[c] episcopus Traiecten-
sis[d], Otto episcopus Ratisbonensis, Guntherius praesul
Babenpergensis. Hic ergo, quamvis caeteris adolescentior
esset aetate, reliquis tamen inferior non erat sapientia
animique virtute, et quod iam post mortem eius sine dolore
et gemitu non possumus recordari, tunc temporis decus et
columna videbatur tocius regni. Ut enim secretorum illius
conscii solent affirmare, ad unguem factus erat[2] multarum
virtutum perfectione. Hos igitur primates sequebatur tanta
multitudo comitum et principum, divitum et pauperum,
quae videtur excedere numerum duodecim millium[3]. Igitur
mox, ut fluvium, qui Marowa[e] dicitur[4], transierunt, statim

a) *lege* audeant (:soleant). b) *quae sequuntur, librarius Aventini descripsit.* c) Wielmus *c.*
d) Treiectensis *c.* e) *librarius primo scripsit* Morawi, *tum literas* o, a *et* i *transformavit,*
ut supra.

1) Goslariae *Bertholdus et Lambertus. In errore versatus est scriptor noster.*
Cf. Stumpf nr. 2655. 2) *Hor. Sat. I,* 5, 32: ad unguem | Factus homo.
3) plus septem milibus *Marianus Scottus.* 4) *Potius Morava quam March*
fluvius, qui solis Slavis Morava, nostro annalistae ad a. 1042. *Maraha audit.*

pericula latronum et raptorum crebro incidere, quae tamen ipsi prudenter declinantes et caute, tandem urbem Constantinopolitanam adiere. Illic ergo tam honorifice se agebant in cunctis, ut ipsa graeca et imperialis arrogantia nimium miraretur super his. Pro magno etiam spectaculo praesulem Guntherium inhiabant ipsumque non episcopum, sed regem Romanorum esse credebant, et ob hoc in forma episcopi se occultare[a], quoniam aliter per illa regna sepulchrum Domini non posset adire. Igitur post aliquot dies inde exeuntes, Aliquiam[1] venere per varias angustias et tribulationes, quemadmodum idem Guntherius episcopus manifestat, ex eodem loco inter caetera scribens ita ad suos, qui domi erant: 'Vere, fratres, transivimus per aquam et ignem, et tandem perduxit nos Dominus ad Aliquiam, quam sacra scriptura commemorat Laoditiam. Experti enim sumus Ungros sine fide famulantes, Vulgarios occulte[b] rapientes, fugimus Uzos[2] aperte debachantes, Constantinopolitanos vidimus graece et imperialiter arrogantes, Romanitas perpessi sumus ultra omnem humanam et ferinam rabiem sevientes; gravia quidem perpessi sumus, sed adhuc[c] graviora supersunt'. Cum ergo in Aliquia morarentur dies paucos, ecce multi redeuntes ex Hierosolimis ceperunt occurrere per dies f. 94'.
singulos, comitum suorum mortes innumeras nuntiantes, suas autem calamitates recentibus et adhuc[c] cruentis vulneribus demonstrantes; publice protestantur neminem per illam viam posse transire, quoniam sevissima gens Arabitarum, humanum sitiens sanguinem, omnem illam occupasset terram. Quid ergo agerent, quo se verterent? Inito igitur consilio citius complacuit, semet ipsos sibi abnegare, totam spem suam in Domino ponere, scientesque, se sive viventes sive morientes Domini esse, alacri mente per terram paganorum Rom. 14, 8.
versus civitatem sanctam ceperunt abire. Mox igitur ad civitatem quandam, quae Tripolis dicitur[3], cum pervenissent, et dux ille barbarus tantam multitudinem vidisset, sperans se infinitas pecunias invenire, omnes pariter crudeli ense decrevit trucidare. Sed hoc iniquis meditantibus, divina clementia Domini non defuit in se confidentibus.

a) ocultare *c.* b) ocule *c.* c) aduc *c.*

1) *Laodiceam (Latakieh).* 2) *Gens Turcica, quam illo ipso anno Bulgariam imperio Byzantino subiectam invasisse ac omnia diripientem in Thraciam et Macedoniam prorupisse, ex Ioanne Scylitza, scriptore rerum Byzantinarum, scimus.* 3) *Tripoli.*

Confestim ergo de mari, quod civitatem ex una parte inundabat, nubes quaedam tenebrosa ascendebat, ex qua fulgura et choruscationes cum tonitru et horrore nimio procedebant. Cumque tempestas haec usque ad sextam alterius diei extenderetur et mons undarum marinarum *plus solito elevaretur, ipsi pagani necessitate constricti *p. 8
vociferabant inter se, civitatem ipsam simul cum plebe quantocius in abissum dimergendam fore, Deo christianorum pro suis pugnante. Quo metu mortis dux ille ab intentione animi sui revocatur, moxque maris commotio placatur, christianis abeundi facultas conceditur. Variis ergo tribulationibus et angustiis vexati, per totam paganiam tandem veniunt ad urbem Caesaream[1] nominatam, ubi et
Mart. 24. cenam Domini celebrabant, quae illo anno VIIII. Kal. Aprilis occurrebat. Etiam quasi pericula cuncta se evasisse gratulabantur, quoniam hinc usque ad Iherusalem non plus quam duum dierum iter computatur. Altera autem die, id
Mart. 25. est in parazave[a], hora diei pene secunda[2], cum egrederentur Capharsala[3] vicum, subito incidere in manus Ara-
f. 95. bitarum, qui mox ut lupi esurientes diu desideratam praedam super eos insiliebant et primos quosque dilaniantes miserabiliter trucidabant. Nostri autem primo temptabant resistere, sed citius, ut inermes, compulsi sunt in vicum refugere. Quibus fugientibus quantae ibi fuissent hominum cedes, quam innumerae mortis species, quantae calamitates et miseriae, quis valeat verbis explicare? Ibi ergo episcopus Traiectensis[b] Wilelmus graviter vulneratur, et vestibus cunctis exutus cum aliis multis, miserabili modo caesis, in terra iacens dimittitur. Reliqui autem tres episcopi simul cum diversarum gentium non parva multitudine atrium quoddam muratum duasque turres lapideas occupavere[4], exinde, quamdiu Deus daret, parati se defendere. Porta autem atrii nimis angusta erat, ac hoste imminente[c] onera equorum deponere non valebant; ideoque perdiderunt ipsos equos et mulos cum omnibus, quae portabant. Quibus hostes divisis inter se, mox ipsos pecuniarum dominos properabant extinguere. Econtra illi arma iudicantes, quae-

a) *sic c.* b) Treiectensis *c.* c) iminente *c.*

1) *Kaisarieh.* 2) Circa terciam diei horam, *Lambertus.* 3) Carvasalim *Marianus Scottus. Chabarzaba sive Antipatris oppidum antiquis temporibus nominabatur, nunc Kefr Sâba audit; non est Capernaum, ut Lambertus sibi persuasit.* 4) Atrium quoddam occupant, *Lambertus.*

cunque in manum venerant, fortiter resistebant. Quapropter maiori indignatione hostes permoti, acriores insurgebant. Quos nihil omnino contra se ausuros putabant, iam viriliter repugnare videbant. Tribus igitur continuis diebus summa vi praeliatur utrimque, quoniam nostris, quamvis fame et siti vigiliisque laborantibus, tamen pro vita et salute res erat, hostes vero lupina rabie frendebant, quia praedam, quam sibi videbantur inter fauces retinere, nullo modo permittebantur transglutire. Tandem igitur in ipsa dominica sancti pascae hora diei quasi nona, dicta Mart. 27.
inter eos pace, octo principes paganorum permissi ascendunt in turrim, in qua erant episcopi, velut ibidem cogituri, quanto pecuniarum pondere vitam suam ac abeundi licentiam vellent redimere. Sed mox ut ascendere, is, qui maximus inter eos videbatur esse, ad pontificem Guntherium, quem principem omnium putabat, accessit, lintheum, quo caput suum involutum erat, absolvit, collo episcopi sedentis circumposuit[1]: 'Ecce', inquiens, 'te solo capto omnes f. 95'.
hos in mea potestate habeo et iam iamque tecum pariter in arbore suspendam, quantoscunque ex vobis voluero'. Hic, hic agnosci potuit, quia iustus ut leo confidit. Nam cum haec Prov. 28, 1.
illius facta et dicta per interpretem agnovisset, venerabilis vir ille nequaquam territus est ex innumera et circumfusa hostium multitudine, sed protinus exiliens uno ictu manus suae paganum ad terram deiecit[a] collumque eius pede suo pressit: 'Eia', inquiens, 'mei, insurgite, omnesque istos comprehensos vinculis fortiter constringite, telisque suorum, qui nos impugnant, nudos opponite'. Nec mora, simul cum dicto factum est, quod iussit, et hoc modo impetus inpugnantium paganorum illo die quievit. Sequenti igitur die hora quasi nona dux regis Babyloniorum, qui praeerat in civitate Ramula[2], auditis his, quae fiebant, quamvis gentilis, tamen ad liberandum nostros cum magna multitudine veniebat. Cogitabat enim, si isti perirent tam miserabili caede, nullum posthac causa orationis per illam terram venire, et exinde se suosque grave damnum incurrere. Cuius adventu cognito, Arabes undique dispersi fugere, et ipse, acceptis his, qui comprehensi erant et ligati, nostris ianuam patefecit exeundi. Qui egredientes ad civitatem Ramulam per-

a) *Aventinus ipse abhinc pergit.*

1) Linteum, quo caput more gentis obvolverat, expediens, facto vinculo, in collum episcopi iniecit, *Lambertus.* 2) *Ramleh.*

venere, ibique a duce et oppidanis[a] illis retenti duas
heptomadas inviti resedere. Tandem igitur dimissi, II. Idus
Apr. 12. Aprilis civitatem sanctam sunt ingressi. Quantus ergo illic
fons lacrimarum sit effusus, quantas et quam puras precum
hostias Deo inmolaverint, quam hilari mente iam post
Ps. 131, 7. multa suspiria decantaverint: *Adorabimus in loco, ubi stete-
runt pedes eius,* quis verbis explicare *poterit? Ibidem igi- *p. 81
tur per XIII dies intima devotione vota sua Domino sol-
ventes, tandem ad Ramulam regrediuntur ovantes. Arabes
autem multo plures undique convenerant, omnesque aditus
viarum mente crudelissima insidiantes obsederunt, quoniam
extractam sibi de faucibus praedam nimium dolebant. Sed
hoc nostri non ignorantes, mox negociatoribus illis naulum
f. 96. dantes ventumque aptum observantes, navem ascenderunt,
Mai. prosperoque cursu octavo die in portu urbis Aliquiae appli-
cuerunt. Post aliquot ergo dies moventes exinde, quamvis
non sine magno labore et difficultate, tamen laeti post
longa viarum spacia in finibus Ungariae et in ripa Danubii
fluminis tandem consedere. Sed fallax hoc saeculum quid
laetum unquam habuit aut laeto fine terminavit? Iam
enim flumen ipsum transierant[b], iam se patriae propinquare
gaudebant, et ecce saepe dictus vir inlustris pontifex Gun-
therus, velut iam de die mortis suae praescius, in ipsa ripa
fluminis genu in terram flexit, terramque exosculans: 'Laus',
inquit, 'et gratiarum actio Deo omnipotenti, qui me in haec
loca perduxit. Nam ubicunque iam ipse constituerit obitus
mei horam vel locum, certus tamen sum, quia fideles mei ad
Babenperch deferent corpus meum'. Quid multa? Eadem
hora morbo corripitur, nec tamen ab itinere retardatur,
donec pervenit ad urbem, quae Deserta civitas nuncupatur[1].
Ibi ergo non valens diutius morbo reluctari, sed pro certo
sciens, iam appropinquare diem obitus[c], tribus illis coepi-
scopis aliisque compluribus sacri ordinis viris facta confes-
sione, sancti olei delibutus unctione, et suscepto viatico
Iul. 23. dominici corporis et sanguinis, X. Kal. Augusti obiit. Cuius
corpus fideles illi comites et coepiscopi lamentantes inde
levavere et, quia maxima multitudo fidelium eius, aliud de
eo sperantium, occurrebat cottidie, cum ingenti luctu pene

a) oppidaneis *c.* b) transsierant *c.* c) *lege* d. o. i. appropinquare (: reluctari).

1) *Oedenburg. Hoc civitatis nomen etiam Arentinus in margine codicis ad-
scripsit. Albae (Weissenburg) Guntherius fato functus esse in Vita Alt-
manni (SS. XII, p. 230) dicitur.*

totius Baioariae[a] et Franciae ad Babenperg detulere et ante aram sanctae Gertrudis, quemadmodum ipse adhuc vivens ordinaverat, cum honore decenti sepeliere. Et licet ille, ut vere credimus, ad meliora conscenderit, luctum tamen inconsolabilem suis dereliquit. Ut enim cum pace omnium dicamus, nostris temporibus illo in virtutibus maior rarus quisquam surrexit aut nullus, et vix credi potest, si post eum iam talis sit aliquis surrecturus[1]. Succedit in episcopatum illi Herimannus, Mogontinus canonicus[2]. Egilbertus Bathavinus episcopus obiit, Altmannus succedit[3]. Rutheri[b] Mai. 17.
Tarvisiensis episcopus obiit[4], succedit Wolframmus, tum Oct. 8.
abbas Oziacensis[5], pridem vero monachus Altahensis. Hoc f. 96'.
anno abbatia Altahensis in beneficium datur Otoni duci Baioarico[6], quod mox multi coeperunt opinari et dicere, quia non ei cessurum esset prospere.

1066.

Natale Christi rex Mogontiaci[c. 7] celebrat, paschalia vero Apr. 16.
Nemidone[d. 8]. Tribus proximis diebus ante pascha per totam Italiam stella quaedam mirae magnitudinis apparebat, quae radium unum in modum hastae versus orientem mittebat. Post pascha autem in diebus rogationum non per Italiam solum, sed iam per totum regnum stella cometa apparuit et per quatuordecim dies[9] magno miraculo intuentibus fuit. Quibus diebus rex iam adeo coepit infirmari, ut penitus de eo desperassent medici et quidam principum spe et cupiditate iam occupassent solium regni[10]. Sed agente divina

a) Baioriae *c*. b) Ruotheri *Staindel*. c) Moguncie *Staind*. d) in Spira *Staind*.

1) *De Guntherii itinere ac morte et Lambertus et Marianus agunt, sed minus accurate, quam monachus Altahensis.* 2) Vicedomnus Mogontinus *Lambertus*. 3) *Cf. Lambertum.* 4) *Vide Annal. Augustanos (SS. III, p.* 128*) et Necrologium Weltenburgense (Böhmer, Fontes IV, p.* 571*); cf. Bresslau, 'Jahrbücher' I, p.* 127. 128. *et Meyer von Knonau, 'Jahrbücher' I, p.* 481, *n.* 170. 5) *Cf. Auctarium Ekkehardi. Wolframus fuit abbas monasterii Ossiach in Carinthia, qualis occurrit in instrumento a Gebehardo archiepiscopo Salisburgensi sigillato et in libro, cui titulus est: Annus millesimus monasterii Ossiacensis, p.* 60. *typis reddito.* 6) *Cf. Lambertum a.* 1063. 7) *Goslariae a rege natale Christi actum esse, Lambertus refert. Sed cum initio anni rex conventui Triburiensi interfuerit, fides annalium nostrorum praestare videtur.* 8) Traiecti *Lambertus et Bertholdus. Cf. H. Bresslau, 'Jahrbücher' II, p.* 429. *et Meyer von Knonau, 'Jahrbücher' I, p.* 498, *n.* 15. 9) Per quatuordecim fere noctes continuas *Lambertus. Cf. Meyer von Knonau, 'Jahrbücher' I, p.* 524, *n.* 56. 10) Rex . . . gravissimam aegritudinem incidit, ita ut a medicis desperaretur et principes de regni successione consilia conferre coepissent, *Lambertus*.

cf. Ps. 117,18. clementia rex, qui castigando salubriter castigatur, citius sanitati restituitur, sicque spes iniqua corvorum hiantium deluditur[1]. Cum vero sponsa illius[2] iam esset adulta, quam pater eius[3] secum adduxerat novissime regrediens de Italia[4], et cum ipse iam flore iuventutis vernaret et Wirziburch
Iun. 29. natale apostolorum Petri et Pauli celebraret[5], regia benedictione eam coronari fecit, moxque in Ingilinheim[6] cele-
Iul. 13. bratis nuptiis regali munificentia, ut par fuit, in consortium regni eam adsumpsit. Hac aestate Aquitani[7] cum Anglis
Oct. 14. Saxonicis navali praelio pugnaverunt[8], eosque victos suo *dominio subiugaverunt. Retulerunt ergo nobis, qui eodem *p. 818.
bello interfuere, duodecim millia hominum ex parte vincentium cecidisse[9]. Quanti autem ex parte victorum sint mortui, haud facile fuit numero comprehendere. Quidam etiam interpretabantur, idcirco stellam crinitam tam terribilem pridem exarsisse, quod tot millia hominum eodem anno periere[10].

f. 97.

1067.

Apr. 8. Natale Christi rex peregit[a] Radisponae[11], pascha Goslarae. Igitur dux Gotefridus, qui viduam Bonifacii in matrimonio habebat, rege permittente, ut iam diximus, per fines Italos principatum administrabat[12]. Nordmanni autem, qui dudum Apuliam invaserant, per multos annos nimium iam confortati erant, ideoque ignominiosas[b] legationes et responsa regi regnique principibus saepe remittebant[c]. Sed cum rex in aliis regni partibus occupatus esset et idcirco illorum superbiae obviare non valeret, praedictus dux Gote-

a) r. p. *in cod. omissa ex Staindelio suppleri.* b) ignominiosa *c.* c) remittebat *c.*

1) *Hor. Sat. II,* 5, 56: corvum deludet hiantem. 2) *Bertha, filia Odonis comitis Maurianae et Tarantasiae i. e. Sabaudiae ex Adelheida marchionissa Taurini.* 3) *Henricus III.* 4) *a.* 1056. *Cf. Bertholdum.* 5) *Cf. Stumpf nr.* 2693. 6) *Errat scriptor. Triburiae nuptias celebratas esse, ex diplomate regis compertum habemus (Stumpf nr.* 2694*). Cf. Lambertum et Annales Rosenfeldenses ac vide Giesebrecht, 'Kaiserzeit' III, p.* 1114. 7) *Normanni.* 8) *Terrestri proelio Anglos a Normannis devictos esse, inter omnes constat.* 9) *Quindecim millia alii scriptores numerant. Lappenberg, 'Geschichte von England' II, p.* 61. *Cf. Ehrenfeuchter, 'Die Annalen von Niederaltaich' p.* 66 *sq., n.* 1; *Kitt, 'Die Entstehung der Altaicher Annalen (in Untersuchungen zur Mittleren Geschichte herausgegeben von Max Büdinger, vol. II)' p.* 72, *n.* 2. *eundemque in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XII, p.* 624, *n.* 1. 10) *Cf. Annales Augustanos.* 11) Spirae *Bertholdus.* Apud Bavenbergam *Triumphus S. Remacli I, c.* 18 *(SS. XI, p.* 446*). Regem, qui initio mensis Decembris Goslariae moratus erat (Stumpf nr.* 2698*) et ante purificationem Mariae Augustam venit (Ann. August.), Bambergae natalem Christi egisse, verisimillimum est. Tum Augusta Ratisbonam iter fecit (Stumpf nr.* 2700. 2701*).* 12) *Cf. supra verba scriptoris a.* 1062.

fridus magnam multitudinem Teutonicorum ac Italorum conlegit et ad comprimendam illorum arrogantiam perrexit. Cui etiam dominus papa et Romani se coniungebant, quoniam ipsi iam diu potentiam Nordmannorum nimium metuebant, nec per se resistere illis confidebant. Confestim igitur facile ceperunt[a] quaedam castella, quae reddiderunt Mai
illis, quorum pridem erant propria, sed per vim Nordmannorum ablata. Cum ergo urbem Aquinum[1] vallassent obsidione firmissima et iam iamque urbs esset capienda, Richardus[2] ducem se convenire per legatos oravit, qui mox, precibus eius annuens, ad pontem Karilan[3] illi obviam venit, ibique in medio pontis eiusdem secreto se invicem sunt allocuti, et mox dux obsidionem solvit. Sicque singuli ad propria sunt reversi[4]. His temporibus inter principes Baioaricos periculosae erant exortae inimiciciae, unde factae sunt hominum mortes[b] innumerae, oculorum effossiones aliorumque membrorum miserrimae detruncationes. Dux autem Oto, utrimque accipiens pecuniam, nihil horum curae habebat, et ideo magna pars provinciae incendio et depraedatione vexata laborabat. Inter haec etiam Trevirorum praesul obiit[5], quem pontificatum contra voluntatem eorum rex Chunrado, Coloniensi praeposito, dedit. Cum autem clerus pariter et populus hoc ferrent indigne, quidam episcopii milites eundem episcopum illo venientem vivum cępere et de quadam altissima rupe praecipitari fecere. Quo casu nullam membrorum lesionem passus, cepit fugere, sed mox eum captum secundo praecipitavere. Sicque tercia vice reductus est et deiectus, tandemque Iun. 1.
moriens ad meliora conscendit, ut vere credimus, miraculis quippe magnis ad tumbam eius coruscantibus. Interfectores autem eius postea, ferreis circulis constrictos, poenitentiam agere conspeximus. Tandem ergo Treviris concessa electione, elegerunt Utonem virum nobilem et honoratum, eiusdem congregationis canonicum[6].

a) caeperunt *c.* b) motes *c.*

1) *Aquino.* 2) *Princeps Capuae.* 3) *Est Liris amnis, qui hodie Garigliano vocatur. Convenerunt Godefredus et Richardus in ripa ad pontem S. Angeli in Todici, haud procul a monasterio Casinensi siti; pons interruptus erat.* 4) *Cf. de his rebus Amatum (Ystoire de li Normant) VI, c.* 9. 10; *Chron. mon. Casinensis III, c.* 23; *Bonithonem p.* 599. 5) *Eberhardus, archiepiscopus Treverensis, iam die* 15. *mensis Aprilis anni* 1066. *mortuus erat.* 6) *Cf. Annales Weissemburgenses et Lambertum a.* 1067, *Vitam Conradi archiepiscopi Treverensis (SS. VIII, p.* 213—219*) et Gesta Treverorum (l. l. p.* 182. 183*).*

f. 97'. **1068.**

[a]Nativitatem dominicam rex peregit in Goslare[1] et
Febr. 2. post haec Augustam venit in purificatione Mariae, paratus inde in Italiam transire[2]. Sed cum regni principibus laboriosum videretur simul ire, facile persuaserunt regi, pueriliter utpute multa consideranti, in Saxoniam redire et pro se legatos in Italiam transmittere. Mittuntur igitur Anno Coloniensis archiepiscopus, Henricus Tridentinus[b], Otto dux Baioaricus. Hi ergo cum Ravennam venissent, civitatis illius pontificis[3] usi sunt confabulatione et convivio, nec etiam devitabant *Parmensem episcopum, sese adeuntem *p. 81
alio in loco, quos utrosque Alexander papa ligaverat anathematis vinculo. Ob hanc igitur causam noluit eos videre, cum Romam venissent, videlicet quia excommunicatis a se
Prov. 19, 25. communicassent[c]. Sed quia scriptum est: *Corripe sapientem et diliget te,* citius reconciliari meruere humillima satisfactione, tandemque audita eorum legatione post paucos dies dimissis illis, mandat regi, quae voluit. Ipse vero more solito post albas[4] sinodum episcoporum habuit, in qua sinodo pontifex[5] a civitate Turtun[6] aderat, qui temporibus piae recordationis papae Leonis contra vastatores episcopii sui dimicando homicidium fecerat et ob hoc iam tot annis sacerdotali ministerio caruerat. Cum vero huc usque perseverasset in luctu penitentiae, illic reconciliari et ministerium suum recipere meruit tocius sinodi intercessione, quoniam, ut diximus, hoc fecerat in defensione ecclesiae. Florentinus autem praesul[7], quia per heresim simoniacam in episcopatum intraverat, accusatus et manifestis indiciis convictus protinus deponitur[8]. Affuit etiam illic Uto, Trevirorum praesul venerandus, qui et ipse de eadem heresi est accusatus, sed mox, per iusiurandum se excusans, innocens est iudicatus et post haec in magna veneratione a papa et Romanis est habitus[9]. Episcopi autem, regii nuntii, Roma digressi, confestim ad propria sunt reversi. Solus Otto dux substitit in Italia, quasi cum principibus terrae

a) *Aventini librarius pergit.* b) Trendentinus *c.* c) communissent *c.*

1) *Cf. Lambertum.* 2) *Haec haud dubie pertinent ad annum* 1067, *quo rex in purificatione S. Mariae iter Romanum Augustae parabat. Anno* 1068. *nativitatem S. Mariae Augustae celebravit. Cf. Annales Augustanos.* 3) *Heinrici, qui partes Kadali tuebatur.* 4) *Albae sunt dies hebdomadae, quae pascha subsequitur. Pascha eo anno incidit in diem* 23. *mensis Martii.* 5) *Petrus.* 6) *Tortona.* 7) *Petrus Mezzabarba.* 8) *Cf. Mansium in Collect. conc. XIX, col.* 993. 9) *Cf. Jaffé, Reg. Rom. pont. nr.* 4646.

regni illius tractaturus negotia. Huius rei gratia obviam ei venit cum magna multitudine Italorum dux Gotefridus in urbis Placentinae campestribus. Cum ergo consedissent, f. 98.
et res aliqua agi[a] cepta fuisset, Itali, sua superbia elati et velut natali odio Teutonicum ducem audire dedignati, incondito clamore cuncta coeperunt turbare et nullo perfecto negotio ducem compulerunt abire. Fuere tamen, qui iam tunc inciperent suspicari et dicere, quoniam vir ille regi non esset fidelis perfectę et idcirco in Italia mansisset[b], si vel ducem Gotefridum vel alium aliquem socium consilii sui posset adsciscere.

Intra haec illae graves, quae inter Baioaricos principes exarserant, inimiciciae Deo miserante facile sunt restinctae. Cum enim ad tantam insaniam prorupissent, ut contra se invicem cum valida manu armatorum in orientis partibus convenirent, tanta mentes eorum quadam die corripuit rabies, ut parentes, cognati et affines, velut iam iamque pugnaturi, armatos contra se invicem educerent et instruerent legiones, spectabaturque miserrima cedes. Sed quid non praestas fidelibus tuis, Iesu benigne? Ecce enim, cum iam in mutuis corporibus loca vulneribus oculis metirentur et manus eorum ad iaciendum et feriendum iam iamque levarentur, in ipso congressionis articulo et, ut ita dicam, minus quam momento, Deo respiciente, tanta mentes eorum subito pervasit inmutatio, ut, armis depositis, cum fletu et lacrimis, quae pridem egerant, sibi invicem perdonantes et pacis oscula libantes, cuncti ad propria regrederentur sani et ovantes[c]. Annus hic Altahensibus et Leonensibus extitit detestabilis, quia dominus Wenzla, utriusque monasterii pater venerabilis, VIII. Kalendas Octobris viam ingressus est universae carnis. De cuius Sept. 24.
viri virtutibus supervacuum duxi aliqua disserere, ne plura dicens inveniar minus dixisse. Hoc tantum de eo viro sufficiat nosse, quoniam multi eorum, quibus praeerat in utroque monasterio, solent adhuc protestari[d] una voce, similem illi pietate patrem se nunquam habuisse et, si post habituri sint, nimium desperare. Eodem anno Rabinger[1] patriarcha obiit, cui Sigihardus cancellarius successit[e].

a) a. *superscriptum.* b) mansisse *c.* c) *a verbis:* Deo respiciente *usque* ovantes *Aventinus ipse annales descripsit, tum librarius denuo opus prosecutus est.* d) prostrari *c.* e) sus-cessit *c.*

1) Ravenger *Lamberto,* Rabengerus *Annalibus Augustanis (ad a.* 1063*).*

f. 98'.

1069.

Dominicum natale rex Mogontiae[1] peregit, moxque expeditionem contra Liutizos[a] in ipso hiemis tempore parari iussit[2]. Quo tempore dux Otto, qui in beneficium habuit Altahensem abbatiam, fratribus illis[b] eligendi inter se[c] abbatis concessit licentiam. Qui mox sine ulla dilatione elegerunt quendam suae congregationis fratrem, nomine Walckerum, virum multis virtutibus adprobatum. Expeditio autem, quamvis subito iussa esset et facta, tamen admodum utilis est probata. Terra etenim illa paganorum aquis et paludibus est *plena, sed tunc, hiemis scilicet tempore, *p. 820. nimium erat congelata, et ideo exercitui[d] facta est facilis ingrediendi et egrediendi via. Levi igitur congressione urbes aliquot ceperunt, villas innumeras vastantes succenderunt, predam et captivitatem inmensam secum abduxerunt. Ipsis ergo diebus facinus infandum patrandum fuisset, nisi Deus iniquorum consilia dissipasset. Cum enim, dimisso exercitu, rex iter ageret cum admodum parva multitudine, saepe dictus et dicendus dux Otto cepit eum rogare, domum suam, quae illius civitatibus in via erat, secum adire, promittens, se inibi serviturum studiose. Qui mox annuit petenti, quia necdum ab eo suspicabatur quicquam mali. Erat autem tunc inibi Chuno, minister et nutritor regis[3], qui ferebatur gratiam ducis non habere. Iniit ergo, ut dicunt, cum suis dux consilium, ut idem Chuono dehonestaretur, quasi iugulandus ante cubiculum et, cum rex ad sedandum tumultum cubiculo prosiliret, ab aliquo confossus interiret. Tunc igitur militibus ducis, quod sibi iussum erat, conantibus et verborum contumelias, unde litis initium fieret, iaculantibus, moxque his et illis: 'Arma, arma!' conclamantibus, Chuononi citius socii sui in armis adstiterunt, sicque temere cepta facile quieverunt. Rex autem nec quisquam ex suis illa hora intellexit, cuius rei causa haec machinata fuerint, attamen verum esse ita,

a) Luttizes *c.*, Liutices *cod. Staind.; correctum.* b) illi *c.;* illis *in Auctario Ekkehardi et apud Staindelium.* c) inter se *in cod. omissa, in Auctario Ekkehardi et apud Staindelium leguntur.* d) exercitu *c.*

1) Goslariae *Bertholdus et Lambertus. Cf. Stumpf nr.* 2721. 2) *Cf. Annales Weissemburgenses, Bertholdum, Sigebertum Gemblacensem.* 3) *Cf. Brunonem c.* 11. *et diploma regis, die* 26. *mensis Octobris anni* 1064. *datum, quo Cunoni praedia quaedam concessit (Stumpf nr.* 2652*). Rex profitetur, se liberaliter agere* ob fidele servicium humilemque supplicationem Cunonis iuventutis suae pedissequi.

ut diximus, quidam, Egino nomine, postea manifestavit, qui f. 99 huic consilio eadem nocte interfuit, quique de manu ducis gladium se accepisse affirmabat, cum quo interfectorem regis se fore ipsi promiserat[1]. Haec autem cum illo tempore essent cęlata et sedata, non idcirco tamen quievit iniquorum mens prava. Proxima etenim aestate duodecim Francorum et Saxonum principes contra regem coniuraverunt, quorum unus dux Otto rursus ferebatur esse. Scientes igitur, familiarem hostem ad nocendum esse promtiorem, palam rebellare fecerunt Teti marchionem[2], Adalbertum comitem[3]; reliqui vero simulabant se regi servare fidem, quo vel prospere[a] agentibus rex facilius interiret[b], vel, si victoria regem sequeretur, istis adiuvantibus illi citius veniam et regis graciam recipere mererentur. Nec mora, urbem quandam, nomine Scidingun[4], episcopi Babenpergensis, marchio occupavit, Adalbertus autem regiam abbatiam, Nienburg dictam[5], invasit et praedia regis, quae in circuitu erant, sibi servire coegit. Rex autem Ratispone[c] positus, ubi haec audivit, collecta multitudine ceptis eorum obviare festinavit. Cuius reditum Adalbertus comes ut cognovit, de civitate, quam pervaserat, profugit. Quem principes quidam cum provincialibus sunt insecuti, sed ab illo illo quidem die miserabiliter caesi sunt et fugati. Rex autem in Thuringia[d] civitatem marchionis, nomine Pichilingun[6], obsedit, quam primo impetu captam succendi iussit. Movens ergo inde Scidingun pervenit, quae licet et ipsa expugnaretur, prima congressione tamen ex parte regis multi vulnerati et mortui cecidere[7]. In praesentia dux Oto tunc aderat, sed nec hos nec illos adiuvabat, nec quemquam ex suis auxiliari sinebat. Haec autem reliqui coniuratores videntes prospere geri, nullo modo se manifestari sunt ausi. Quapropter marchio et Adalbertus, se derelictos sentientes consciosque suos pene ante tubam trementes, magnam praediorum suorum partem regi dantes, gratiam eius meruerunt omnesque consilii sui coniuratos nominaverunt. Quos[e] tamen rex interim dissimulavit se f. 99'.

a) illis *in codice excidisse videtur.* b) *quae sequuntur, Aventinus ipse exaravit.* c) Ratisponte *c.* d) Thuryngia *c.* e) Quo *c.*

1) *De Eginone vide Lambertum a.* 1070. *et Brunonem c.* 19. 2) *Praefuit marchiae orientali Thuringicae.* 3) *de Ballenstedt.* 4) *Scheidungen in Thuringia.* 5) *München-Nienburg ad Salam.* 6) *Beichlingen, haud procul a Kölleda situm.* 7) *Cf. Lambertum, qui de his rebus fusius agit. Multa ab eo aliter narrantur, atque in annalibus nostris.*

scire, quia incautum videbatur sibi fore, tot regni primates
inimicos simul adsumere[a]. Aliam autem inrationabilem
causam ipsis diebus cepit moliri, quae Deo prohibente non
potuit perfici. Inlicitis namque concubinarum amplexibus
adhaerere solebat et idcirco reginam, quam[b] consortem
regni legaliter duxerat, penitus abicere[c] cogitabat. Auxit
autem hanc eius iniquam voluntatem episcopi Mogontini
confortatio, qui promiserat, se illi hoc permissurum syno-
dali iudicio[1]. Dum autem haec synodus expectatur, interim
regina apud Lorasham[2] morari iubetur. Grandis erat mul-
torum admiratio et, quid inde futurum esset, stupens ex-
Oct. pectatio. Cum vero dies synodi venisset et pontifex pro-
cedens iam consedisset, ecce missus domini *apostolici[3] *p. 821
adfuit, qui terribiliter ei minando nunciavit, quia, si ipse
auctor fieret huius iniustae separationis, papa vivo nun-
quam illum compotem fore ministerii sacerdotalis. Quo
audito synodus est soluta et regina regali thoro rursus re-
stituta. [d]Temporibus ipsis in Italia contigit huiusmodi[e]
res quaedam miserabilis. Adelheit, socrus regis, Laudasanis
irata fuit; quapropter, vastata provincia, ipsam civitatem
Laudam[4] cum magna multitudine obsedit, quamque ex-
pugnatam igne fecit succendi, et portis obstrusis nullum
patiebatur egredi. Igitur monasteria, ecclesiae cunctaque
urbis moenia igne sunt concremata; quo incendio virorum,
mulierum ac parvulorum periisse feruntur multa milia.
Huius reatus causa post haec Romam adiit, sed papa non
indicta penitentia eam redire iussit. Fatebatur enim, se
nescire, si qua vel qualis in tot et tantis criminibus de-
beret indici penitentia vel subsequi indulgentia. Sed quia
eundem virum novimus pium ac mitem fuisse, nequaquam
credimus, hoc eum dixisse, si cor illius perspexisset digne
Dec. 24. contritum et humiliatum fuisse[5]. Hoc anno dux Gote-
f. 100. fridus obiit, cui filius suus Gozilo[f], qui et Gotefridus, in
hereditate et principatu successit[6]. Eodem anno Hartwicus
Veronensis episcopus moritur, pro quo Huswardus eligitur.

a) adsummere *c.* b) q. *in margine codicis additum, signo omissionis in contextu verborum posito.* c) abiicere *c.* d) *abhinc usque ad finem omnia librarius Arentini descripsit.* e) *vox corrupta videtur. Forsitan scribendum sit:* hoc modo. f) Gozili *c.*

1) *Eadem fere Lambertus refert.* 2) *Lorsch.* 3) *Erat Petrus Damiani.* 4) *Lodi.* 5) *De his rebus in aliis historiis nihil inveni. Cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' III, p.* 191. 1123. 6) *Cf. Bertholdum a.* 1069. *et Lambertum a.* 1070.

1070.

Dominice nativitatis festum rex egit in Frisingun[1]. Post paucos ergo dies obiit vir venerabilis Wolframmus, Tarvisiensis episcopus, pro quo Azili est constitutus. Sacrum autem pasca rex Nemidone[2] celebravit, et in pentecoste in Mihisina[3] colloquium principum habuit. Otto autem dux nullo modo quiescere patiebatur, sed occulta[a] consilia semper contra regem machinabatur. Et cum iam hoc pene omnibus esset in ore, rex tamen dissimulabat se credere, donec Egino praedictus regem adiit et rem omnem, cuius ipse optime conscius fuerat, manifestavit. Quo cognito rex ultra silere incautum credidit, ducem in sui praesentiam venire iussit; quae de eo audierat coram multitudine aperuit[4]. His ille auditis, ut erat callidus nimium, constanter perstabat negare, tandemque dimissus iubetur domum ire, certo die ad Goslare venturus et de eodem crimine coram rege et principibus singulari certamine se purgaturus. Quibus induciis finitis cognoscens, regem in sua sententia perdurare et Eginonem, consiliorum suorum conscium, sibi congressurum fore, die quidem constituto adfuit, sed tamen in praesentiam regis venire noluit, mandans regi, se non posse[b] curtem venire, nisi rex sibi venienti et abeunti concederet fideiussores pacis firmae. Cui rex: 'Pax', inquit, 'ei ad me venienti firma erit et post, prout reus et innocens apparuerit'. Quod responsum secum altius ut tractavit, rursum mittens alias inducias rogavit, moxque equum ascendens festinus abscessit, quia regem non aliud, quam quod ipse postulabat, facturum esse putavit. Cum hoc autem in curia auditum esset, fuere, qui mox insequendum putarent, sed amicis eius, qui in praesenti aderant, contranitentibus et, quibus poterant, verborum argumentis tota die causam protrahentibus, subito rex inquisivit principes sub sacramento regalis iusticiae, quod iustum esset, se iam de hac re agere. Quorum iudicio reus maiestatis esse decernitur, et in regis potestatem[c] redacto ducatu, quem habuerat, ipse, ubicunque inveniretur, persequi ab omnibus iubetur. Quapropter quidam ex familiaribus regis predia illius invasere, omnibusque vastatis edificia ipsius villasque

Apr. 4. Mai. 23. Aug. 1. f. 100'.

a) oculta *c.* b) ad *excidisse videtur.* c) potestate *c.*

1) *Consentiunt Bertholdus et Lambertus.* 2) In Hildenesheim *Lambertus. Cf. Stumpf nr.* 2733. 3) Merseburc *Lambertus.* 4) *Hoc factum est Mogontiae mense Iunio. Cf. Lambertum.*

concremavere, ipse vero in montana silvae, quae Chetil dicitur[1], se coniecit, quos potuit, socios collegit, exinde eruptiones nunc hic, nunc ibi faciebat, episcopia villasque regales praeda et incendio vastabat. Tali perturbatione terra Saxonum et Thuringorum toto illo anno laborabat[2].

1071.

Natale dominicum rex[a] in Babenberg celebravit[3], ubi ducatum Baioaricum cuidam principi, Welf dicto, tradidit. Is ergo Welf filiam eiusdem Ottonis[4], de quo loquimur, uxorem duxerat et hanc se legaliter habiturum iureiurando firmaverat. Ergo cum iam soceri sui *ambiret ducatum et *p. 823 hoc regiis consiliariis non videretur cautum, eandem uxorem suam patri remisit et se posthac nunquam ad illam accessurum rursus iuravit. Quo facto praediorum suorum et pecuniarum quantitatem regi donavit[5], ducatum accepit, moxque cuiusdam Angli Saxonici principis, Tostig[b] nomine, viduam uxorem duxit, factumque est manifestum periurium et publicum adulterium[6]. Cum autem rex in Luticha cele-
Apr. 24. braret pasca dominicum[7], accidisse illic audivimus ab his, qui intererant, tale miraculum. De monasterio, quod Stabelaus[8] dicitur, rex cellam quandam[9] cum omnibus ad eam pertinentibus abstulerat, quam archiepiscopo Coloniensi tradiderat. Cum igitur fratres nullo modo possent hanc iterum recuperare, corpus sancti Remaclii in feretro levantes, ad curtem detulere et ante regem et episcopum, simul convivantes, super mensam posuere. Et: 'Eia', inquiunt,

a) rex *deest c.* b) *nomen, quod in codice omissum est, supplevi.*

1) *Silva* Ketil *seu* Ketela, *cuius Thietmarus III, c.* 26 *(c.* 15, *SS. III, p.* 767*) et diploma Heinrici IV. d. d.* 21. *Sept.* 1062 *(Stumpf nr.* 2611*) meminerunt, prope vicum Kessel ab urbe Cleve in meridiem situm quaeritur (cf. Meyer von Knonau, 'Jahrbücher' I, p.* 45 *sq., n.* 43*). At probabilius est, Ottonem in saltum, quem Thüringerwald vocamus, se coniecisse.* 2) *Cf. Lambertum.* 3) *Natalem Christi rex Goslariae egit. Cf. Lambertum et diploma regis d. d.* 6. *mens. Ianuar. (Stumpf nr.* 2740*).* 4) *Ethelindam.* 5) Nihil pensi habens, quantum auri, quantum argenti, quantum redituum ac possessionum dilapidaret. *Lambertus.* 6) *Haec omnia apud Lambertum eodem fere modo narrantur.* 7) *Coloniae, non Leodii regem pascha egisse, Lambertus docet. Sed post pascha Heinricus Leodium venit. Cf. Triumphum S. Remacli II, c.* 1 *(SS. XI, p.* 450*). In suspecto quodam diplomate regio (Stumpf nr.* 2900*) haec verba leguntur:* apud curiam nostram Legiae celebratam in pascha, anno videlicet inc. Dom. 1071. *Cf. H. Bresslau, 'Jahrbücher' II, p.* 429 *sq.* 8) *Stablo.* 9) *Monasterium Malmundariense (Malmedy).*

'sancte Dei, supplices tuos exaudi et defende, bonaque tua noli alienis in praedam concedere. Nec enim ante ad monasterium tuum a nobis portaberis, quam res pauperum tuorum tibi vendicare dignatus fueris'. Quo viso et audito, rex et episcopus irati de mensa se levare, abbatem fratresque minis et contumeliis verborum nimium affecere. Illis autem recedentibus mirabili modo ruptis palis, qui firmissimi videbantur, mensa ad terram decidit et, unum[a] de circumstantibus, f. 101. qui et contra sanctum Dei latraverat, opprimens, tibiam eius confregit. Monachi autem in eodem loco cum reliquiis sanctis pernoctabant, lacrimisque perfusis incessanter divinum auxilium flagitabant. Altero[b] autem die, quo rex ibi Mai. 9. commessurus erat, sanctum levantes, inde in quoddam pomerium detulere. Ibi ergo cunctis, qui ibi aderant, videntibus, quidam contractis adreptans manibus mox incolomis[c] est erectus. Post pauca quidam cecus accessit, moxque lumen recepit, sicque per unius horae spacium factae sunt curationes quinque hominum. Quo audito fit ingens populi concursus, et campanis subinde sonantibus cunctisque divinas laudes acclamantibus, rex et episcopus, qui iam ad mensam consederant, timore perculsi[d] surgunt, ad locum miraculi accedunt, videntesque vera esse quae audierant, in commune cum caeteris et ipsi Deum sanctumque eius glorificabant. Mox igitur rogante episcopo rex cellam, quam abstulerat, reddidit, tantundemque praediorum de suo addidit abbatemque et fratres in pace abire permisit[1]. Rege autem diem pentecostes in Halberstat celebrante[2], cum saepe dictus Otto iam sentiret, res suas non proficere, episcopum Adalbertum, quem prius offenderat, sibi conciliavit, eumque causae suae oratorem erga regem fore rogavit. Is ergo inter missarum sollemnia non cessavit tamdiu pro eo agere, quousque regis gratiam meruit recipere praediaque sua ex integro possidere. Beneficia[e], quae inmensa habuerat, perdidit ex parte maxima, inter quae etiam abbatia Altahensis libertati pristinae est restituta[3]. Fuere etiam, qui crederent, idcirco illum de tanto dignitatis culmine cecidisse, quoniam locum ipsum subiu-

a) unus *c.* b) Altera *c.* c) in coloniis *c.* d) persulsi *c.* e) Beneficiaque *c.*

1) *Cf. Triumphum S. Remacli l. l. p.* 450—459. *et Lambertum.* 2) *Cf. Lambertum, Annalistam Saxonem, Gesta episcoporum Halberstadensium (SS. XXIII, p.* 96*).* 3) *De Ottone regi reconciliato Lambertus minus accurate agit.*

gasset servituti suae, quod nullum praecessorum unquam audierat fecisse.

Hoc anno archiepiscopus Mediolanensis[1] episcopatum sponte sua dimisit[a] et monachicum habitum conversationemque assumpsit. Mox igitur quidam ex clericis[2] ipsius pro episcopatu rogaturus regem adiit, mille libras se daturum iuravit et pontificatu suscepto rediit. Mediolanenses
f. 101'. autem audientes, haec taliter acta esse, nullo modo consenserunt, illum urbe recipere. Alexander autem papa, ut haec agnovit, utrosque illos anathematizavit, illum quidem, quia semel susceptum regnum pontificatus deposuit se nesciente, hunc autem, quia seniore suo vivente et per heresim symoniacam hoc ausus fuerat usurpare[3]. Et quoniam ad haec venimus, nemini, quaeso, odiosum sit, aperire nos paucis, qualiter eodem anno saepe confutata sit ipsa heresis. Igitur presule Constantiensis[b] ecclesiae moriente[4], quidam Halberstatensis[c] canonicus, Karlimannus nomine[5], praedia sua *pecuniasque inmensas regi tradidit et eundem *p. 823
pontificatum emit, et quia, ut quidam sapiens ait[6]: *qui ecclesiae semel per venalitatem subrepserit, quamdiu eidem praefuerit, nunquam redimere cessabit,* mox ut Constantiam venit, clericorum ac laicorum suorum beneficia cepit auferre[d] substantiasque eorum publicare, volens de rebus eorum pecunias recolligere, quas prius pro acquirendo episcopatu videbatur expendisse. Constancienses autem, hac perculsi clade, nequaquam dominum apostolicum hoc celavere, sed eius auxilium contra vastatorem Christi ovium imploravere. Is ergo, ut querelas et preces eorum iustas agnovit, archiepiscopo Moguntiensi[7], cuius erat suffraganeus, mandavit, ut nullatenus pontificalem benedictionem a se susciperet, nisi prius causam eius sinodali iudicio examinasset[8]. Ad quam etiam sinodum vice sua adesse praecepit Gebhardum Iuvavensem archiepiscopum. Facta igitur sinodo et rege
Aug. 15. assidente, simul legato sedis apostolicae manifestis indiciis

a) suadi misit *c.* b) Constantiense *c.* c) Halbarstatensis *c.* d) aufferre *c.*

1) *Guido.* 2) *Godefredus.* 3) *Cf. Arnulfi Gesta archiepp. Mediolan. III, c.* 22. *et Bonithonem p.* 598. 599. *Novi nonnihil nostri annales afferunt.* 4) *Romualdo, qui anno* 1069. *die* 4. *vel* 5. *Novembris fato functus erat.* 5) Karolus *Lamberto a.* 1069. 1071. 6) *Nescio, cuius verba scriptor hic laudet. Propius tamen accedunt ad sententiam eorum, quae Humbertus cardinalis c.* 35. *libri II. adversus Simoniacos (SS. Lib. I, p.* 184*) conquestus est.* 7) *Sigifrido.* 8) Praecepit, nisi se heresi praedicta expurgaret canonice, quod nequaquam eum consecraret. *Bertholdus a.* 1070.

est victus, deponitur, et post paucos dies alius pro eo constituitur[1]. Quando abbas Augiensis obiit[2], episcopus Hildenesheimensis[3] magnam pecuniae quantitatem regi dedit et eandem abbatiam consanguineo suo, abbati de Hildenesheim, Sigiberto nomine[4], dari impetravit, quam cum ille per aliquot tempus tenuisset et cuidam in confessione, qualiter sibi in potestatem obvenerit, manifestasset, audivit ab eo, in huiusmodi reatu nullam confessionem vel indulgentiam fieri posse, nisi homo id, quod suscepisset iniuste, adhuc[a] in carne vivens dimittere festinaverit sua sponte et f. 102.
iuste. 'Quam', inquit, 'pro[b] hoc peccato remissionem poterit quis sperare, quod nec in die exitus sui vult a se separare?' Hoc ille audiens, opportunitatem cepit inquirere, ut eandem abbatiam honeste posset dimittere. Inter haec extitit quidam Luitpoldus[5], familiaris regi, qui cepit regem precari, ut de eadem abbatia curtem unam in beneficium sibi iuberet dari. Hoc igitur rege praecipiente sub obtentu gratiae suae, venerabilis ille vir, nactus[c], quam quaerebat, occasionem ultra noluit dissimulare, sed: 'Ecce', inquit ad regem, 'paratus sum ipsam abbatiam prius ex integro relinquere, quam ob vestri gratiam Deum et sanctam Mariam offendere'. Et hoc dicens virgam pastoralem regi reddidit, ipseque ad priorem suam abbatiam in Hildenesheim rediit. Nec diu post idem tempus Luitpoldus letabatur, quia res sanctae Mariae inquietare moliebatur. Nam in praesentia regis cum iter ageret, equo expavescente cecidit, et gladio proprio con- Iul.
fossus interiit. Cum autem abbatis praedicti gesta in ore multorum versarentur et ab omnibus, qui audierant, laudarentur, quidam Ruodpertus, abbas de monasterio sancti Michaelis[6], triginta libras auri[7], ut ferunt, regi obtulit et

a) aduc *c.* b) per *c.* c) nactam *c.*

1) *Praeter Bertholdum et Lambertum vide acta synodi Mogontinae et litteras de his rebus a Sigifrido archiepiscopo ad papam datas (in Codice Udalrici Babenbergensis apud Jaffé, Bibl. rer. Germ. V, p.* 68—81*; cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' III, p.* 1127*).* 2) *Udalricus abbas Augiensis a.* 1069. 7. *Nov. mortuus est.* 3) *Hezilo.* 4) *Meginwardus vel Meginhardus vocatur apud Bertholdum Bernoldumque et Lambertum. Certe a.* 1069. *Sigibertus abbas fuit monasterii S. Michaelis in Hildesheim, Meginwardus vero, qui ei a.* 1079. *defuncto successit, prioratum eiusdem monasterii tenuit. V. Lüntzel, 'Geschichte der Diözese und Stadt Hildesheim' I, p.* 338. 339. 5) *Luitpoldus de Mörsburg. Cf. Lambertum (SS. V, p.* 185*) et Brunonem de bello Saxonico c.* 81 *(SS. V, p.* 362*).* 6) *Bambergensis.* 7) Irrupit Ruobertus, abbas cognomento Nummularius, annumeratis in aerarium regis mille pondo argenti purissimi. *Lambertus.*

eandem Augiensem abbatiam emit. Quod cum fratres et milites eiusdem loci agnovissent et a rege exinde iustitiam habere non possent, missa legatione auribus domini apostolici hoc insinuavere. Qui, ut erat strenuus in rebus ecclesiasticis, litteras mox direxit et eidem abbati ministerium sacri altaris interdixit; cuius praecepto cum nollet obedire, milites eiusdem monasterii eum exinde fugavere[1]. Haec autem Deo teste non scribimus studio detrahendi, sed quia confidimus hoc aliquibus fore ad exemplum cavendi, ne quis deceptus frivola spe huius mundanae exaltationis et sibi per heresim Deo odibilem[a] mercetur intollerabile dedecus turpissimae deiectionis et in futuro
Aug. penas perpetuae dampnationis. Hoc autumno, dum haec aguntur, regina filium genuit, qui in albis vita decessit[b].

f. 102'.

1072.

Festum incarnationis dominicae rex celebravit Ratisbonae[2]. Igitur per longum iam tempus potentes quosque rex ceperat contemnere, inferiores vero divitiis et facultatibus extollere et eorum consilio, quae agenda erant, amministrabat, optimatum vero raro quemquam *secretis suis *p. 824
admittebat, et quia multa inordinate fiebant, episcopi, duces aliique regni primores de regalibus se subtrahebant[c]. Inter quos Ruodolphus et Berhtoldus duces[3] ad regem sepe vocati sunt, sed tamen venire noluerunt, quousque etiam rex suspicari ceperit, quia contra se rebellare pararent. Cum etiam sermo ferretur, quoniam expeditio contra eos pararetur, ipsi semper mittentes inducias petebant, sicque impetum regis deludebant. Hoc anno Henricus archipraesul Ravennatis ecclesiae moritur, pro quo Wigbertus constituitur. Huswardus etiam Veronensis episcopus obiit, cui Brun[4] successit.

1073.

Natale Domini rex in Babenberg celebravit[5]. Quo
Apr. 21. anno Alexander papa ex hac luce migravit, pro quo

a) odibem *c.* b) Werhardus Mathhilt rc . . *adiunxerat librarius, quae post ipse delevit. Cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' III, p.* 150. c) *i. e.* de iuribus regiis se eximebant.

1) *Cf. Lambertum et Bertholdum.* 2) Wormatiae *Lambertus. Cf. Stumpf nr.* 2752. *Sed paulo post rex Ratisbonam venit.* 3) *Sueviae et Carintiae.* 4) *Antea* magister scolarum Hildenesheim *(SS. VII, p.* 848*).* 5) *Consentit Lambertus.*

Romani constituerunt Hildebrandum, eiusdem Romanae
ecclesiae archidiaconum, quem[a] consecrantes nominaverunt
Gregorium. Diem palmarum rex in Eihstatti[b] [1] celebravit, Mart. 24.
ubi et Ruodolpho et Berhtoldo ducibus gratiam suam
reddidit[2]. Agnum vero pascalem Ratisbonae victimavit, Mart. 31.
in festo pentecostes apud Augustam colloquium principum
habuit[3], moxque se in Saxoniam recepit. Captus etenim Mai. 19.
nescimus qua locorum dilectione, in silva, quae Harz dicitur, urbes multas iam dudum ceperat edificare. Sed quia
in vicino ipsarum urbium praedia pauca vel nulla habebat,
illi, qui civitates custodiebant, propter inopiam victualium
praedas semper faciebant de substanciis provincialium. Si
quis vero curtem adisset haec lamentari[4], contumeliis
affectus videbatur expelli. Cumque malum hoc cresceret
de die in diem, et rex in Goslare ageret principis apostolorum festivitatem[5], plures Saxonici principes illo devenere, Iun. 29.
si finem his malis possent impetrare. Qui post aliquot
dies, vix intromissi ad regis praesentiam causaque dicta, f. 103.
sine honore et certo responso regrediuntur ad propria.
Mox igitur crebra conventicula faciebant[6] et, quid de
malis hiis agerent, anxie tractabant. Tandem ergo convenit illis, minis et rebus bellicis res suas potius agere,
quam leges patrias libertatemque propriam tam irrationabiliter amittere. Cum autem rex in dilecto sibi loco,
Harzesburg dicto, maneret et regale convivium familiaribus
suis exhiberet, subito narratur a clientibus[c], quia magnus
Saxonum in proximo consedisset exercitus. Statimque
misso nuncio rex, ut causam conventus eorum agnovit,
turpe putans, minis eorum cedere, propter paucitatem vero
militum metuens, sanguine iudicium facere, ratus tempori
cedendum, in Franciam disposuit abire. Cui abeunti saepe Aug. 8.
dictus Otto in via insidias tetendit et, multo maiorem
militum copiam habens, transeunti tamen se inspicienti
congredi[d] non praesumpsit. Sicque rex in Franciam ac
deinde in Baioariam[e] usque pertransiit[7]. Post regis autem Nov.

a) quemque *c.* b) Eihstet *Staindel.* c) dicentibus *c.* *Correxi ex mea sententia.* d) egredi *c.* e) Baioriam *c.*

1) In civitate Augusta *Lambertus.* 2) *Idem refert Lambertus.* 3) *In his omnibus Lambertus cum monacho Altahensi convenit.* 4) *I. e. ad haec lamentandum.* 5) *Cf. Brunonem c.* 23. 6) clandestina conventicula crebro faciebant *Lambertus.* 7) *Cf. Lambertum et Brunonem c.* 27.

abscessum Saxones urbem illius, Heimburg dictam[1], obsederunt[a] eamque in deditione susceptum destruxerunt, villas quasdam succenderunt, ac deinde mala multa in illa regione excreverunt.

a) obsiderunt *c*.

1) *Heimburg, castellum prope Blankenburg situm. Cf. Lambertum (SS. V, p.* 201*) et carmen de bello Saxonico, l. I, v.* 85—138 *(SS. XV, p.* 1220. 1221*).*

ANNALIUM RATISBONENSIUM MAIORUM

FRAGMENTUM.

Fragmentum hoc preciosissimum ante aliquot annos in singulari folio saec. XI. codici Monacensi olim Tegernseensi assuto [nunc cod. lat. Monac. 29089] V. D. W. Meyer invenit et cum V. Cl. W. de Giesebrecht communicavit, qui id libro suo de historia imperatorum Germanicorum celeberrimo Vol. IV. ed. 2, p. 515 sqq. [ed. 4, p. 513 sqq.] inseruit et quantum ad historiam horum annorum cognoscendam faciat bene exposuit. Sane annales hos in Bavaria, Ratisponae ut videtur, scriptos perditos esse, valde est dolendum, quippe qui res tunc temporis gestas diligenter memoriae tradant. Auctor Heinrici IV. partes tenuit, sed aequo animo etiam de adversariis iudicavit. Codex quamvis mendis nonnullis aspersus, autographus censendus est, cum compluribus locis eadem manu verba post addita sint, quae non tam neglegentia omissa quam ad narrationem exornandam adiecta videantur. Codice in bibliotheca Monacensi iterum iterumque quam diligentissime examinato ope liquoris sulphuratici nonnulla legere potui quae primum editorem fugerunt. Utinam propitia fortuna maiores huius operis partes ut reperiantur concedat!

G. WAITZ.

[1084].

. . . ex his Ro[m]anos principes [cum] bello vincere non [p]osset, sibi tandem fideles effecerat[1]. Quas [g]azas

1) *Rex Heinricus.*

dum Italis retribuere haud valeret ex [su]is propriis opibus, studuit has colligere de [su]biectis sibi episcopis et abbatibus aliisque suis princi[pi]bus prope omnibus. Maximam etiam pecuniam de [Ra]tisponensibus atque de cunctis fere in reg[n]o suo adquisivit civibus urbanis, unde [ad]versus eum late succrevit grande odium et [in]vidia immanis. Hoc ipso anno Mogon[tia]censi pontifici Sigifrido in obstinatione
Febr. 15. sua contra imperatorem defuncto, quidam episcopi ei [consen]tanei, id est Saltzpurgensis[1], Pataviensis[2], Wir[zepur]gensis[3], Wormaciensis[4], Metensis[5], cum quibusdam Saxonicis episcopis caesari rebellabant conamine cuncto[a]. In papa enim suo Hiltibrando, quia adhuc vivebat, magnam fiduciam habebant, quem totis sibi viribus favere sciebant.

1085.

MLXXXV. Nat. Domini imperator dum Wangione celebrare atque erroneorum episcoporum machinamenta, diu pontificatibus eorum ępiscopali[b] providentia de[stit]utis[c], contra Deum et contra se iniuste multiplica[ri] pertractaret, obtimatum suorum disposuit consilio, ut tantis malis finem faceret cum Dei auxilio. Denique decrevit, ut Wernheri, tunc Mogontinus ab eo archiepiscopus constitutus[6], caeterique eius fideles episcopi et alii principes sui post[d] epiphaniam Domini, ipso imperatore absente, cum prefatis erroneis episcopis et eorum sequacibus colloquium haberent de eo in villa Gerstunga dicta, si imperator dignus esset regno pro sua innocentia, vel si iuste deponendus esset ob capitalia delicta. Ubi dum prope omnes ex utraque parte convenirent atque Mogontiacus presul Wernheri[e] suique auxiliarii ex sanctis scripturis neminem nisi Deum debere vel iuste posse caesarem deponere diffinirent, adversarii ex novis suis scriptis conabantur imperatorem H[einricum][f] refutare, sicque discessum est ab invicem non facta pace, sed . . . o[g] peiore facto priore, adeo, ut quidam Saxonicus preses Dietrîh vocabulo[7], cum, prius rebellis imperatori H[einrico][f], ei ex verbis Wernheris archiepiscopi subiugari moliretur, statim a suis comprovincialibus per invidiam

a) *ita c.;* coniuncto? b) ep. pr. *in rasura c.* c) de | tutis *c.* d) p. e. D. *post add. c.* e) Wernh *c.* f) H. *c.* g) dissidio *vel simile vocabulum suppl. G.*

1) *Gebehardus.* 2) *Altmannus.* 3) *Adalbero.* 4) *Adalbertus.* 5) *Herimannus.* 6) *Canonicus Halberstadensis, iam a.* 1084. *die* 4. *Oct. mens. consecratus.* 7) *De quo comite Theoderico de Katelenburg cf. Annalistam Saxonem (SS. VI, p.* 722*).*

occideretur. Hec ergo imperator cognoscens, ante quadragesimale tempus prefatis episcopis malis legatos suos mittens, eos post quatuordecim dies paschalis festi Mogontiam ad generalem synodum venire imperavit; quod si non facerent, paenitus illos ex iudicio papae Clementis[1] et aliorum episcoporum deponendos esse ab episcopiis interminavit. Ipse vero postquam pascha Domini Ratisponae sabbatizavit, Apr. 20. ad condictam synodum cum domni apostolici Romanis episcopis multisque cum suis perveniens, emulos suos triduo expectavit. Qui dum Mogontiae essent et in presentiam synodalis concilii venire noluissent, imperator ex Romanorum aliorumque pontificum iudiciis eosdem sibi adversantes episcopos excommunicavit et eorum pontificatus fidelibus suis clericis commendavit. Post hanc synodum generaliter sic peractam, quamvis in diebus rogationum papa Hilti- Mai. 6—28. brandus moreretur, nullus tamen de episcopis predictis Mai. 25. studuit, ut gratiam imperatoris consequeretur. Ipse quoque papa in extremis suis omnes a se excommunicatos vere absolvit de episcopalis panni obligatione, quod episcopi eius, dum viveret sanus adhuc, sequaces, tunc quando obiit, non credentes, prius ab eo obligatos permansisse fatebantur in excommunicatione. Dixerunt etiam, imperatorem cum omnibus suis esse excommunicatum, unde, si ei humiliarentur[a], credebant, se incurrere grave peccatum. Horum nenias imperator spernens, in eadem aestate ad Saxônes cum exercitu perveniens, honorifice ab eis cum omni deditione[b] susceptus est, et Herman, quem prius regem habuerunt, ab ipsis cum iuramento deiectus est. Verum dum per aliquot menses pacifice cum multa gloria apud illos fuisset et quorundam consilio exercitum repatriare permisisset, quosdam[c] presidatus inter ipsos absque eorum consensu permutare voluit; unde postea nimis doluit. Prius ergo illis consentientibus in Saxonia pontificatus sibi adversantibus episcopis auferens et ei subditis clericis tribuens, dum seculares eorum[d] potestates vellet similiter permutare, sensit prope omnes principes Saxonicos adversum se coniurare. Hac pro causa coactus est occulte inglorius cum suis reverti in Frantiam, anxie volens celeriter remeando devastare cum exercitu[e] Saxonum provintiam. Pontifices vero tunc con-

a) humiliari *mihi videtur id quod Graecis* ὁμιλεῖν. b) dediticione *c.* c) quasdam *corr.* quosdam *c.* d) eorum *post add.* c. e) c. e. *post add. c.*

1) *Clemens III. antipapa, antea Wibertus archiepiscopus Ravennas.*

stituti in Saxonia pariter cum imperatore inde recesserunt absque gloria. Depulsi autem episcopi, audita imperatoris tali discessione, ad episcopia sua gaudentes redierunt sine dilatione. Interea quidem in Iuvavensi, id est Saltzpurgensi, archiepiscopatu Noricae provintiae prius inauditae ibi calamitates emerserunt, quae omnes fere[a] caesaris fideles nimis perterruerunt. Reiecto enim in Mogontina synodo cum aliis episcopis Gebehard[o] Iuvavensi archiepiscopo, imperator episcopatum dedit suo[rum] cuidam[b] clerico, Perhtolt dicto[1]. Ad hunc pontifica[tum] quidam preses, Engilpreht nomine miles erat[2], qu[i] prius eidem Perhtoldo fratrem suum[3] occiderat ipsum[que] cum [sociis[c] captu]m, durae custodiae subegit, donec eos inde adhuc rex manens H[einricus][d] redemit. Hinc Perhtolt, episcopi nomen adeptus, dicto presidi in Ka[ren]tinis locis multa sua predia devastavit, presesq[ue] econtra cum suis auxiliariis Iuvavensem urbe[m] invasit, et sic eam cum[e] locis ad eam pertinentibus possedit multo tempore, u[t] novus episcopus interim nullatenus eam posset recipere. Castellum vero munitissimum, iuxta eandem urbem si[tum][4], a fidelibus caesaris et sui episcopi erat possessum, qui, quoniam inibi victum habuerunt copiosum, nullis hostibus permiserunt illuc fieri ingressum. Imperator autem prefata m[a]la audiens in Frantia, studuit ambos, episcopum scilicet ac presidem, per internuntios ab inceptis malis compes[ce]re, qui nullomodo ei voluerunt adquiescere. Deinde iratus caesar contra episcopum nimisque . . .[f] culpasque presidis dissimulando eum laudabat et eundem[g] exercitui contra Saxones aggregari [impe]rabat[g]. Secum ergo iam pridem

a) *post add. c.* b) c. cl. *e corr. c.* c) *ita G. suppl.* d) H. *c., quod Waitz in errore versans* Herman *reddidit. Heinricus autem brevi ante, scilicet pridie Calendas Apriles a.* 1084, *coronam imperialem susceperat. Cf. W. Meyer in 'Sitzungsberichte der philos.-philol. Classe der k. b. Akademie der Wissenschaften'*, 1882, *II, p.* 264. e) c. l. ad e. p. *post add. c.* f) exacerbatus *vel simile verbum supplendum videtur.* g) *W. Meyer l. l. p.* 265. *pro* et eundem *legit* quia presidem *et pro* [impe]rabat *supplerit* [spe]rabat.

1) qui a vulgo Prunzagel dictus est, oriundus de Mosburch, castello Bawaric, *Chronicon Gurcense (SS. XXIII, p. 8).* 2) *Quem Sigfridi Spanheimensis et Rihkardae Larentinae filium fuisse, monasterium S. Pauli in Carintia fundasse et a.* 1095. *mortuum esse, eiusdem monasterii codex traditionum saeculo XII. aut XIII. conditus asserit (Ankershofen, 'Handbuch der Geschichte des Herzogthumes Kärnten' II, p.* 908 *sqq.). Re vera* Engilpreht comes de Spanheim *testis occurrit cuiusdam traditionis praesente archiepiscopo Gebehardo ad altare S. Petri Salzpurgensis ecclesiae factae ('Notizenblatt, Beilage zum Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen' VI, p.* 67*).* 3) *Bertholdum* de Mosburch, fratrem nobilissimi principis Purchardi nomine *fuisse, auctor Vitae Chunradi archiepiscopi Salisburgensis (SS. XI, p.* 66*) comperit.* 4) Hohensalzburg.

. . . .[a], adiutor contra hostes suos extitit; ideo[b] ei [sua] beneficia augens, illum fideliter se adiuvare in adversis rebus credidit. Caeterum ille, quoniam[c] Perhtol[dum] super se dominum constituit, nimis ei infidelis post[ea] fuit. Hoc caesar nesciens, dum Ratisponam venir[et] eundemque sibi placabiliter occurrere cerneret, ip[sum] ac caeteros comites Noricos cum eorum militibus [necnon] pontifices cum aliis principibus expeditionem p[ost] proximam epiphaniae Domini octavam in Saxonia e[i] promittere impetravit et statim pro auxiliariis in Frantiam remeavit.

1086.

MLXXXVI. Postquam imperator natale Domini [in] Wormacia et ei contiguis locis epiphaniam Christi [cele]bravit, cum exercitu, quem undecunque ex sibi [sub]ditis provintiis congregarat, in Saxoniam intra[vit]. Cumque illuc pervenisset[1], predicti, iam dictus prese[s] Engilpreht, quoniam [frater] Magadapurgensis episcopi[2], [scili]cet adversarii caesaris, fuit, omnes principes. . . . . .

a) in bellum profectus *suppleri potest; in codice vero quaedam addita sunt, quae litteris evanescentibus vix legi possunt;* si auc *oculis apprehendere mihi videbar; sed fortasse* in auxilium *scriptum erat.* b) dominus *fortasse post add. c.* c) *sic lego cum W. Meyer, Waitz legit* qui.

1) *Cf. Annal. Augustan.* 1086 *(SS. III, p.* 131*).* 2) Hartwici.

INDEX NOMINUM.

A.

Goz-, Gozz-

H.

Hart-, Hard-

Henricus, Heinricus, Heinrihc.

ERRATA TYPOGRAPHI.

Pag. 11. *lin.* 34. *lege* terrore compulsus. *Pag.* 25. *lin.* 32. *l.* regi, repugnanti. *Pag.* 64. *a.* 1064. *lin.* 17. *l.* se nolle (*pro* nullo) interesse.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

ANNALES BERTINIANI.

HANNOVERAE ET LIPSIAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSI.

ANNALES BERTINIANI.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

1883.

ANNALES

BERTINIANI.

RECENSUIT G. WAITZ.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

1883.

HANNOVERAE, TYPIS CULEMANNORUM.

Annalium Bertinianorum auctores inde ab anno 830. *rebus quarum memoriam posteris tradiderunt coaetaneos et Hludowici imperatoris ac Karoli Galliae regis imperio subditos fuisse, cum universa operis ratione, tum locis nonnullis*[1], *qui maiore id evidentia ostendunt, datur intelligi. Prioris partis auctor, qui maiorem imperatoris venerationem, addito ei semper* domni *titulo, prae se fert, stylo impeditiore et dicendi genere minus claro et castigato utitur, quippe qui e. g. vocem* hostis *pro* exercitu, hostiliter *pro* exercitialiter[2], perdonare[3], *deponentia et activa pro passivis*[4] *et passivum pro activo*[5], *indicativum pro coniunctivo*[6], *plusquamperfectum pro imperfecto*[7], *verbum* habere *pro perfecto*[8], debere *pro futuro*[9], *usurpet. Vivente eum adhuc imperatore scripsisse, verba a.* 832. sicut ei mos est *testantur, medio anno* 835. *operi finem imposuisse, diversa exinde scribendi ratio evincit. Nomen eius pariter ac conditionem ignoramus; citra tamen Carbonariam vixisse a.* 834. *apparet*[10]. *Annis* 741—829. *annales Laurissenses cum Einhardi continuatione ad verbum exscripsit, insertis tantum a.* 749. 750. *et* 754. *tribus haud magnae molis notitiis. Annorum* 830—835. *historiam medias inter res praesens composuit.* SS. I, p. 419.

Secundam operis partem Prudentio, claro olim Trecen-

1) *E. g. anno* 836*:* ac nostra ex parte firmatum; *a.* 849: cui Ingmarus . . praesidet; *a.* 862: qui Salomon duce habitant in Niustria; *a.* 867: gener Salomonis, cuius consilio plurimum utitur; *a.* 869: aliis exeniis quae regnum illius admodum gravant. 2) *A.* 830. 832. 833. 3) *A.* 834; *Italorum 'perdonare', Gallorum 'pardonner'.* 4) *A.* 831. 832. 833. 5) *A.* 832. 6) *A.* 832: cum Mogantiam venit; cumque . . cognovit; cumque . . pervenit. 7) *A.* 834: ut . . reliquisset; qualiter . . potuisset; ut . . illi concessisset et ut . . reverteretur. 8) *A.* 834 quae dicta habuerat = quae dixerat. 9) *A.* 832: illi promissum est . . ut omnes . . ei auxilium ferre deberent. 10) *Certe hoc loco* citra *non eo sensu dictum puto, quo postea cum* cis *coniunctum* (cis citraque) *ponitur* (= ultra), *cum Prudentius saepius* ultra et citra *coniungat (a.* 838. 841. 843*). Neque tamen cis Rhenum, sed in Belgica scripsisse putandus est. Cf. Monod, 'Revue critique'* 1872, *p.* 264. *G. W.*

sium episcopo, deberi, ex Hincmari Remensis epistola 25. *ad Egilonem archiepiscopum Senonensem directa*[1] *intelligitur, qua ita scribit:* domnus Prudentius in annali gestorum nostrorum regum, quae composuit, ad confirmandam suam sententiam, gestis anni dominicae incarnationis 859. indidit dicens: 'Nicolaus pontifex Romanus de gratia Dei et libero arbitrio, de veritate geminae praedestinationis et de sanguine Christi, ut pro credentibus omnibus fusus sit, fideliter confirmat et catholice decernit'; quod per alium non audivimus, nec alibi legimus. Unde, quia ipsa gesta, quibus haec conscripta sunt, iam in plurimorum manus devenerunt, necesse est, ut taliter de hoc domno apostolico suggeratis, ne scandalum inde in ecclesia veniat. . . . . Ipsum autem annale quod dico, rex habet, et ipse est ille liber, quem coram vobis in ecclesia, ubi vos nobis commendavit, coram vobis ab illo mihi praestitum ei reddidi. *Verba ab Hincmaro relata, in annalibus nostris sub finem anni* 859. *leguntur. Cum vero Prudentius anno* 861, *ut ibi paulo post habetur, obierit, certe ultra eius anni initium opus suum producere non potuit. Doctissimus olim abbas Lebeuf peculiari ea de re dissertatione*[2] *commentatus, reliqua inde ab a.* 861. *a prioribus plane diversa esse probavit. Et primum quoad singulas voces, Prudentium ex Hispania oriundum, patrio more, quotiescunque occurrat*[3], *non* epiphaniae *sed* apparitionis Domini *festum dicere, res Francorum et in universum christianorum* nostras *vocare*[4], *si qua res poscat, non vocem* hostis *sed Romano more* exercitus *adhibere, utque ex Iulii Caesaris commentariis et Itinerario Antoniniano didicerit, urbes Galliae veteri appellatione* Agedincum Senonum, Augustam Trecorum, Augustam Trevirorum, Augustam Veromanduorum, Caesarodunum Turonum, Durocortorum Remorum, Samarobrivam Ambianorum, Lotitiam Parisiorum, Tullum Leucorum *nominare, dum contra a continuatore operis post annum* 861. *semel tantum* Durocortorum Remorum *adhibeatur, et vox* hostis *loco* exercitus[5] *genere masculino et feminino, et* honores[6] *loco* beneficia feudalia[7] *apud eum occurrant, proposuit. Porro Prudentium non solum Hispanica plurima referre*[8], *sed in omnibus quae memoratu digna contigerint, mutationibus solis et lunae*[9], *cometis*[10], *aurora*

1) *Hincmari Opera II, p.* 292. 2) *'Dissertations sur l'histoire ecclésiastique et civile de Paris'. Paris.* 1739. *p.* 432—499. 3) *A.* 838. 839. 840. 842. 4) *A.* 836. 837 *bis.* 838 *bis.* 839. 845. 847. 849. 850. 5) *A.* 865. 866. 867. 872 873. 875. 880. 6) *Prudentius semel a.* 839. *de honoribus beneficiariis loquitur.* 7) *A.* 865. 866. 869 *bis.* 872. 882. 8) *A.* 839. *et* 847. *de Puotone;* 844. 847. 848. 849. 852. 858. 859. 9) *A.* 838. 840. 860. 10) *A.* 855.

boreali[1], *pluviis et tempestatibus*[2], *terrae motibus*[3], *exundationibus aquarum*[4], *fulminibus*[5] *hieme et pestibus*[6], *fame*[7] *et luporum devastationibus*[8] *describendis versari, et res ecclesiasticas leviter tantum et verbis antiquitus usitatis attingere*[9], *et omnia, bona malave, animo pio et benigno divinae omnipotentiae libenter adscribere*[10], *quibus omnibus omissis, continuatorem id maxime agere, ut, quantum necesse fuerit, historiam Karoli regis, ceterum ante omnia Hincmari Remensis archiepiscopi gesta, nullis praetermissis, quam latissime exponeret. Quod cum cuilibet inspicienti pateat, nec, ut Prudentium*[11], *ita continuatorem quoque summis in ecclesia gradibus sublimatum fuisse*[12], *dubitare liceat, et complura, quemadmodum Prudentio Trecas aut aliam in Senonum atque Autissiodori vicinia*[13], *ita tertiae partis auctori Galliam Belgicam et Remos sedem adsignent*[14], *annalium inde ab a.* 861. *auctorem ipsum Hincmarum fuisse, extra dubium venit. Ita iam ante abbatem Lebeuf cardinali Fleury et episcopo De la Ravalliere persuasum fuit; et quicumque eam annalium partem attentius evolverit, archiepiscopi illius, non solum in iure canonico, sed et in rebus ipsis suo tempore gestis versatissimi, ingenium minime desiderabit; et quaedam ab eo allata vix cuiquam praeter Hincmarum nota esse potuerunt. Eiusmodi sunt, quae a.* 867. *de clericis peregrinorum habitu a Hincmaro Romam ablegatis, de die quo Hincmarus papae epistolam accepit regique Carolo legit, et a.* 882. *de Hincmari fuga Sparnacum refert; et quisnam praeter Remensem archiepiscopum contentionis de primatu Galliae inter Hincmarum et Ansegisum a.* 876. *tam late exponendae curam suscipere voluisset? [Denique Richerus Remensis luculento testimonio, Hincmarum Annales sua usque tempora perduxisse, probat].*

Quae cum ita sint, facile quoque intelligitur, cur locus de Gothescalco, quem, qualis hodie in Annalibus a. 849. *exstet, a Prudentio scribi non potuisse viri docti existimant, eam in speciem mutatus sit. Hincmarum enim ex sententia sua librum suo usui destinatum correcturum fuisse, re ipsa patet, nec est quod vel leviter in eo reprehendi possit. Abbas*

1) *A.* 839. 859. 2) *A.* 846. 858. 3) *A.* 842. 849. 4) *A.* 839. 846, *cf.* 858. 5) *A.* 858. 6) *A.* 856. 860. 7) *A.* 843. 8) *A.* 846. 858. 9) *A.* 837. 846. 853. 859. 10) *A.* 839. 843. 845. 848. 850. 853. 858. 11) *A.* 846. 12) *A.* 865. 872. 13) *A.* 841. 846. 858. 859. 14) *Cf. quae a.* 862. 866. 871. 877. *de Transsequananis, a.* 870. *de Karoli vastationibus in Belgica, et a.* 880. *de Ludowici regis itinere ab Aquis in* istas *partes, usque ad Duziacum, Attiniacum, Ercuriacum et Ribodimontem affert, quorum tria priora in dioecesi Remensi sita, vigintiquinque, undecim et quinque tantum leugis Remis distant.*

Lebeuf in editione Bouquetiana loci, qualem a Prudentio profectum fuisse existimat, restituendi periculum fecit; cuius sententiam infra quoque referemus.

Quodsi de operis fide quaerimus, magnam ei in universum auctoritatem tribuendam, Hincmarum vero, in rebus praecipue suis, maiore circumspectione consulendum esse, ex superioribus patet. *G. H. PERTZ.*

Hos annales sub imperatoris Ludovici et regis Karoli Calvi auspiciis scriptos esse, ut seriem annalium publica auctoritate susceptorum continuarent, alii contenderunt, alii in dubium vocaverunt[1]. *De qua quaestione hic agere supersedeo, lectores ad ea remittens quae V. Cl. Wattenbach*[2] *exposuit. Recte enim monuisse videtur, episcopos Galliae, et praesertim Hincmarum Remensem minime regibus ita addictos fuisse, ut res in eorum favorem vel mutarent vel tacerent. Neque inter turbines, quibus regnum Francorum ultimis eius annis obrutum erat, hos annales in aula servatos esse, sed Hincmarum, qui fere usque ad vitae terminum eos continuavit, codicem secum habuisse, etiam Remis profugum, ut Nortmannorum impetum evaderet, asportasse*[3], *post vero eo reduxisse, putarim.*

Hincmaro vivo in epistola synodi Carisiacensis (a. 879*) quaedam ex Annalibus sunt sumta*[4]. *Postea Flodoardus in Historia Remensis ecclesiae componenda eis usus est*[5]; *Richerus librum quem conscripsit ab eo tempore incipiendum iudicavit quo Hincmarus calamum deposuit*[6]. *Qui in monasterio S. Bavonis Miracula sancti conscripsit et Lambertus Sancti Audomari canonicus in genealogia comitum Flandrensium*[7] *ex Annalibus nonnulla mutuati sunt. Praeterea auctores Chronici Vedastini, Annalium Mettensium*[8] *et Continuationis Aimoini Historiae Francorum in monasterio S. Germani Parisiensi additae magnam eorum partem descripserunt, ita ut saeculo XI. complura libri exemplaria in Gallia et Lotharingia extitisse necesse sit. Rhenum vero hic liber, quod scimus, numquam transgressus est, et duo tantum codices iniqua saeculorum fata evaserunt.*

1*) Codex bibliothecae publicae A u d o m a r e n s i s nr.* 706,

1) *Cf. Noorden, 'Hinkmar' p.* 153, *n.; Girgensohn, 'Prudentius und die Bertinianischen Annalen'* 1875. 2) *'Geschichtsquellen' ed.* 4. *I, p.* 239 *sqq.* 3) *Ita iam Noorden p.* 401. 4) *Cf. SS. XIII, p.* 471, *n.* 4 *(ubi legas velim: similiter in Ann. Bert. a.* 834. *leguntur); p.* 472, *n.* 2. 7. 5) *Ibid. p.* 479. 507. 6) *Praef.:* Cuius rei initium a vicino ducendum existimavi, cum res multo ante gestas divae memoriae Hincmarus . . . . suis annalibus copiosissime annexuit. 7) *SS. IX, p.* 309. 8) *Annis* 830—837; *v. Duchesne III, p.* 300.

olim cum nr. 697. *coniunctus, membr., saec. X. satis eleganter duabus manibus exaratus, quarum altera duos tantum quaterniones (e et f), cum initio horum annalium, altera maiorem tam voluminis quam annalium partem conscripsit. Praemittuntur alia opera historica, Eutropius, Marcellini chronicon, Gregorius Turonensis recensionis C, Fredegarius, Annales Laurissenses maiores, ita ut grande et continuum historiae opus hic collectum exstet, sive ab ipso librario sive ab altero quodam, cuius laborem hic sibi appropriavit. Certe vel Remis vel ex Remensi codice hoc factum est exemplum, quippe quod in fine Odelrici archiepiscopi et cleri Remensis chartam, anno vero* 789. *in margine notam de Tilpini archiepiscopi obitu* (Hoc vero anno, ut computatum est, depositio fuit domni Tilpini episcopi 3. Nonas Septembris) *addiderit*[1]. *Librum a Bethmanno inspectum ('Arch.' VIII, p.* 80. 414*) in usus nostros accuratissime contulit b. m. Ioh. Heller. Ex eodem*[2], *tunc monasterii S. Bertini codice, 'cuius exemplar cura R. P. Heriberti Rosweidi soc. Iesu descriptum est et a Ioanne Bollando eiusdem soc. Antwerpia transmissum', primus Franciscus Duchesne Annales edidit (Historiae Francorum SS. III, p.* 150—261*), eius lectionem satis accurate exprimens. Hanc editionem Muratori (SS. R. Italicarum II, p.* 491*) repetivit, Bouquet (SS. R. Gallicarum et Francicarum T. VI. VII. VIII), nova codicis Bertiniani collatione accepta, nonnullis locis emendatam proposuit.*

1 *a) Codex bibliothecae publicae Bruxellensis nr.* 6439—6451, *olim S. Vedasti Atrebatensis*[3], *post collegii societatis Iesu Antwerpiensis, membr. saec. XI, qui eadem opera quae codex* 1 *continet, ex hoc procul dubio descripta, praeterea Annales Laurissenses minores et Vedastinos aliaque, quae SS. II, p.* 192. *recensentur, ubi Pertz praecipuas huius libri lectiones enotavit, quae ipsius originem satis produnt*[4], *ita ut nihil fere fructus ex eo percipere potuerimus.*

1) *In dorso ultimi folii haec leguntur, teste Lebeuf:* Karolus Martellus, pater Pippini genitoris Karoli Magni, primus decimas ab altaribus divisit et militibus tradidit, unde eternam damnationem incurrit. *Quae recentioris aetatis esse videntur.* 2) *Hoc Pertz probavit contra diversam sententiam quam Lebeuf sustinuit, 'Hist. de l'académie des inscriptions' T. XVIII, p.* 274 *sqq. Singulis lectionibus, praesertim loco a.* 843. *eraso et a Duchesnio omisso (sed in altero codice servato) confirmatur. Cf. etiam Dehaisnes p. VII, n.* 3) *Ita 'Archiv' VIII, p.* 401. *et Arndt in Gregorii Turonensis editione p.* 26. *Dehaisnes quidem p. II. codicem in monasterio Lobiensi compilatum diuque servatum dicit, perperam, ut videtur, Pertzii verbis, SS. II, p.* 192, *intellectis.* 4) *Neque Monod assentire possum, qui l. l. p.* 247. 1 *et* 1 a *ex communi fonte emanasse statuit.*

2) *Codex Chronici Vedastini in bibliotheca publica Duacensi nr. 753. nunc servatus, de quo SS. XIII, p. 674 sqq. agitur. Magna Annalium pars in hoc chronicon transiit, nunc vero, quaternione evulso, anni 830—844. tantum exstant. Auctor librum quem prae manibus habuit tam fideliter expressit, ut fere codicis locum expleat, et quamvis plerumque etiam in mendis apertis cum* 1 *conveniat, non tamen hoc usus esse potest, cum nonnulla rectius et plenius exhibeat.*

Ex 1 *et* 2 *novam editionem paravit C. Dehaisnes Parisiis* 1871; *quam iustis votis parum respondisse, G. Monod ostendit ('Revue critique'* 1872, *nr.* 16; *cf. quae monui 'Gött. Gel. Anz.'* 1873, *nr.* 1). *Nonnullis tamen eius adnotationibus usus sum, alias ex Bouqueti et Pertzii editionibus retinui; praeterea libros a VV. CCll. Simson et Dümmler de horum annorum historia conscriptos et quae Monod (l. l.) exposuit consului. Ad codicum vero lectionem emendendam eos adhibui auctores qui Annales posteriore tempore exscripserunt, praesertim Aimoini continuatorem, qui inde ab a.* 869. *presso pede eos sequitur. Codicem Parisiensem nr.* 12711. *autographon in hunc finem V. Cl. A. Molinier diligenter excussit, ita ut nunc demum de vera eius lectione, ab editis valde diversa, referri potuerit. Acta publica ab Hincmaro narrationi inserta cum exemplaribus alibi servatis contuli, neque tamen ea emendare volui quae ipsi auctores contra grammaticae regulas peccantes scripsisse videntur*[1].

G. WAITZ.

1) *Cf. quae exposui 'Sitzungsberichte d. Berl. Akad.'* 1883. *p.* 113 *sqq.*

PARTIUNCULA INCIPIT DE GESTIS REGUM FRANCORUM, QUO KARLO DEFUNCTO CARLOMANNUS ET PIPPINUS FRATRES REGNUM ADEPTI SUNT FRANCORUM.

PARS I.

741.

Karlus denique maior domus defunctus est . . . . A. Laur. mai.

. . . .

. . . .

749.

Pippinus coniugem duxit Bertradam cognomine Bertam, Cariberti Laudunensis comitis filiam[1]. . . . .

. . . .

Pippinus monente sancto Bonifacio quibusdam episcopatibus vel medietates vel tertias rerum [reddidit[a]], promittens in postmodum omnia restituere[2]. . . . .

. . . .

Stephanus confirmavit Pippinum unctione sancta in regem et cum eo inunxit duos filios eius domnum Karolum et Karlomannum in regibus anno Domini 754, 6. Kal. Augusti[3].

757.

. . . . . . Eodem anno celebravit natalem Domini in Corbonaco[4] et pascha, et immutavit se numerus annorum Domini in cf. A. L. m. cod. 5.

758.

. . . .

. . . .

. . . .

Anno ab incarnatione Domini 830.[b]

conventus ibidem[5] factus est. In quo statuit[6] cum universis Francis hostiliter in partes Brittaniae[c] proficisci,

a) *deest* c.; *suppl. P.*; abstulit *'vel quid simile' perperam Ch. proposuit.* b) *in marg. manu scribae:* . . . februa, *sed reliqua abscissa.* c) Britanniae 2, *semper.*

1) *Cf. Hahn, 'Jahrb. Pippins' p.* 151 *sqq.* 2) *Cf. de hoc loco 'D.VG.' III, p.* 68, *n.* 1. 3) *Diem* 5. *Kal. Aug. affert Hilduinus de S. Dionysio; v. ibid. p.* 70, *n.* 4) *Cherbonne.* 5) *Aquisgrani; cf. Einhardi annales a.* 829. *in fine.* 6) *Hludowicus imperator.*

maximequę hoc persuadente[a] Bernhardo[b] camerario. Et non Mart. 2. multo post Aquis exivit, id est quarta feria quae dicitur capud ieiunium[c], valde pedum aegritudine laboriosus, et [statuit[d]] per maritima loca illuc properare, domna imperatrice in Aquis dimissa. Quod iter omnis populus moleste ferens, propter difficultatem itineris eum illuc sequi noluerunt. Nam aliqui ex primoribus murmurationem populi cognoscentes, convocaverunt illum, ut eum a fide, quam domno imperatori promissam habebant, averterent. Ideoque omnis populus, qui in Brittaniam ire debebat, ad Parisium se coniunxit[e], necnon Hlotharium[f] de Italia et Pippinum[g] de Aquitania hostiliter adversum patrem[h] venire, ut illum de regno eicerent et novercam suam perderent ac Bernardum interficerent, compulerunt. Quod praefatus Bernardus sentiens, fuga lapsus Barcinonam pervenit. Cumque domno imperatori illorum consilium denunciatum esset[i], continuo obviam illis ad Compendium perrexit. Ibique veniens Pippinus[k] cum multitudine populi, consensu Hlotharii[l] omnem potestatem regiam uxoremque eius tulerunt, ac velantes eam, miserunt Pictavis ad monasterium Sanctae Radegundis; cuius etiam fratres, Conradum[m] videlicet atque Rodulfum, tonsorantes, per monasteria Apr. 24. retruserunt. Post octavas autem paschae Hlotharius de Italia perveniens, placitum illic habuit et Herebertum, fratrem Bernardi, excaecari iussit aliquosque fideles domni imperatoris in custodiam misit. His omnibus ita peractis, alium conventum domnus imperator cum filio suo Hlothario circa Kalendas Octobris Noviomago condixit[n], ubi Saxones et orientales Franci convenire potuissent. Nam illuc ex utraque parte, scilicet domni[o] imperatoris et Hlotharii, multorum congregatus est exercitus, ibique domnus imperator, recuperato[p] imperio, iussit auctores illius facti[q], quorum fraus detecta et conspiratio patefacta erat, propter illorum controversiam in custodiam mitti usque ad aliud placitum, quod Aquisgrani erat habiturus. Verum ab omnibus episcopis, abbatibus, comitibus[r] ac ceteris Francis iudicatum est, ut coniux eius, quae iniuste et sine lege ac iudicio ei ablata fuerat, ad memoratum condictum placitum reduceretur et, si quislibet aliquod[s] crimen illi obicere vellet, aut se legibus defenderet aut[t] iudicium Francorum subiret. Et inde domnus imperator ad hiemandum Aquis properavit

a) persudente *corr.* persuadente 1. b) Bernardo 2. c) *ita* 1. 2. d) statuit *deest* 1. 2. e) iunxit 2. f) Loth. 2, *nonnumquam.* g) Pipinum 2, *semper.* h) *e corr.* 1. i) fuisset 1[a]. k) Pipinus *h. l. etiam* 1. l) Chlotharii 2. m) Conraddum 2. n) conduxit 1. 2. o) *ante* domni *rasura quinque fere litterarum* 1. p) recuperata 1; o *e corr.* 2. q) factu 1. r) comitis 1. 2. s) aliquot 1. t) ac *corr.* aut 1.

anno ab incarnatione Domini 831.

Nam circa Kalendas Februarii, sicut condictum fuerat, generale placitum habuit eosque qui anno superiori propter seditionem prius in Compendio et postea in Niumago domnum imperatorem offenderant venire iussit, ut illorum causa discuteretur et diiudicaretur. Primumquę a filiis eius ac deinde a cuncto qui aderat populo iudicatum est, ut capitalem subirent sententiam. Tunc domnus imperator solita pietate vitam et membra illis indulsit ipsosque per diversa loca ad custodiendum commendavit. Hlotharius vero, propter quod magis illis consenserat quam debuisset, genitoris pium commovit animum. Ad quod placitum domna imperatrix, sicut iussum fuerat, veniens, et in conspectu domni imperatoris ac filiorum eius assistens, de cunctis se obicientibus[1] purificare velle agebat[a]. Percunctatusque est[2] populus, si quislibet in eam aliquod[b] crimen obicere vellet. Cumque nullus inventus esset, qui quodlibet illi malum inferret, purificavit se secundum iudicium Francorum de omnibus quibus accusata fuerat. Peractoque placito, Hlotharium in Italiam, Pippinum[c] in Aquitaniam, Hludowicum[d] in Baioariam ire permisit. Ipse autem circa Kalendas Mai ad Ingulehem veniens, Hlotharium illic ad se venientem honorificę suscepit. Hi quoque qui in exilium missi fuerant adducti et absoluti gratiamque domni imperatoris adepti sunt. Tertium vero generale placitum in Theodonis-villa habuit, ibique ad eum legati amiralmumminin[3] de Perside[e] venientes, pacem petiverunt. Quam[f] mox impetrata, reversi sunt. Necnon missi Danorum eadem exorantes venerunt, et foedere firmato, ad propria repedarunt; multaeque legationes Sclavorum ad eum venientes, auditae, dispositae et absolutae sunt. Bernhardus comes adveniens, de quibus accusatus fuerat domno imperatori filiisque suis iureiurando satisfecit; filii quoque eius[4] qui adfuerant ad sua remearunt; Pippini[g] inibi diutius expectans, plures ad eum legatos direxit, ut veniret. Qui se venturum promisit et venire distulit. Ipse vero ad hiemandum post missam sancti Martini Aquis venit. Ibi Pippi- Nov. 10.
nus paucis diebus ante natalem Domini ad eum venit. Quem domnus imperator propter inoboedientiam illius non tam benigne suscepit, quam antea solitus fuerat.

a) *ita* 1. 2, *pro* aiebat. b) aliquid 2. c) Pipinum 1. 2. d) Hludovicum 2, *et ita post.* e) legati amiralmummin (*corr.* amyr., *et ita* 1[a]) inde perfide venientes 1. 2; *emendavit P.* f) Qua 2. g) Pipini 2; Pippinum *ed.*

1) *i. e. quae obiciebantur; participium praesentis passivi.* 2) *i. e. interrogatusque est, deponens loco passivi.* 3) *Abd Allah Almannun.* 4) *Hludowici.*

Anno ab incarnatione Domini 832.

Indignatus Pippinus, quod a[a] patre non fuerat honori-
831. Dec. 27. fice susceptus, inito consilio, in[b] vigilia Innocentium prima noctis hora cum paucis suorum fuga lapsus est et sub omni festinatione Aquitaniam petiit[c]. At domnus imperator graviter inde commotus est, nunquam aestimans filio suo talia debere contingere aut patris praesentiam fugere[1]. Tunc igitur convocatis[d] undique consiliariis, habitoque cum eis consilio, quid de his agendum esset, statutum est, ut suum generale placitum in Aurelianis civitate habendum denunciaretur, illucque Hlotharium de Italia, Hludowicum vero ad Aquis venire pariterque cum patre ad condictum placitum pergere. Quibus ita consideratis, et ubique ad hoc adnunciandum legatis directis, subito perventum est[2] ad aures piissimi imperatoris, Hludowicum cum omnibus Baioariis, liberis et servis, et Sclavis, quos ad se convocare potuerat, Alamanniam[e], quae fratri suo Karolo a patre iam dudum data[f] fuerat, ingredi velle eamque vastare et diripere ac suo regno adunare, cunctumque populum regni illius ei fidelitatem promittere, et his perpetratis, in Franciam cum ipso exercitu hostiliter venire et de regno patris sui, quanto plurimum potuisset, invadere sibique subicere. Cumque hoc compertum esset, statim domnus[g] imperator, mutato placito, omnes Francos occidentales et australes necnon et Saxones obviam sibi quarto decimo Kalendas Mai Mogantiam venire praecepit. Hoc audientes omnes alacriter ad domnum imperatorem venire festinaverunt, et[h] in omnibus auxilium praebere cupientes. Quo etiam tempore eclipsis lunae tertio decimo Kalendas Mai post solis occasum facta est. Domnus impera-
Apr. 19. tor cum Mogantiam venit — ubi et ad placitum, quod eis constituerat, omnis populus occurrit —, mox in crastinum cum valida Francorum et Saxonum manu Hreno et Moine fluminibus transitis, circa Triburim villam castra metatus est. Hludowicus vero, filius eius, iuxta Wormatiam, in villa quae vocatur Langbardheim[i. 3], cum suo exercitu residebat, vanis pollicitationibus spem suam habens intentam, quia hoc illi a suis promissum est necnon et ab aliis qui cum eo erant comitibus[k] et vassallis domni imperatoris et Karoli, ut omnes australes Franci et Saxones ei auxilium ferre deberent. Et

a) ad 1. b) in vigilia *bis scr. in primo loco eras.* 1. c) petit 1. d) vocatis 2. e) Alemanniam 2, *semper.* f) dada 1. g) dumnus *corr.* domnus 1. h) ei *edd.* i) Langbardhim 1[a]; Lanbardheim 2. k) australes *add.* 2.

1) *De hoc loco cf. quae monuit Simson, 'Jahrb. Ludwigs', II, p.* 16. 2) *i. e. pervenit.* 3) *Lampertheim in dextra Rheni ripa, in pago Lobodunensi, in parochia Weinheim situm.*

hoc maxime Mathfridus[a, 1] dolose meditatus et[b] machinatus est. Cui domnus imperator anno priore, cum ad mortem diiudicatus fuerat, vitam et membra et hereditatem habere concessit. Cumque Hludowicus patrem suum cum tanta fidelium copia Hrenum transisse cognovit[c], minorata est eius audacia, et expetitae iniustae potentiae spes ablata est. Nec mora, cum suis hominibus Baioariam per eandem viam qua venerat festinanter reversus est, plurimique eorum qui cum illo erant ad domnum imperatorem regressi sunt. Audiens domnus imperator subitaniam[d] eius reversionem, perrexit ad locum de quo ille redierat ibique plurima devastata invenit. Quae omnia adversa, sicut ei[e] mos est, patienter tulit, et lento gradu, non filium persequendo, cum omni exercitu in Alamanniam perrexit, pervenitque ad Augustburg super Lech[f]; ibique filium suum, qui taliter seductus fuerat, ad se venire fecit ac solita pietate quae contra se facta fuerant omnia[g] illi indulsit. Qui tamen iureiurando promisit, ne ultra talia perpetraret neque aliis ad hoc consentiret. Peracto itaque placito, filium suum cum pace Baioariam redire permisit, et exercitu[h] dimisso, ipse per Austriam ad Salz venit. Ibique illi domna imperatrix obviam occurrit. Qui una navali itinere Mogantiam venerunt; ubi et Hlotharius patri occurrit. Ubi etiam denuo annunciatum est placitum generale Kalendas Septembris Aurelianis habendum, ibique unumquemque liberum hostiliter advenire. Cumque illuc pervenit, dona annualia more solito suscipiens, mox inde ad Lemodicas festinavit. Tunc filium suum Pippinum ad se vocans, inter cetera increpavit eum, cur de eius praesentia sine licentia aufugisset. Paterno illum affectu corripere cupiens, in Franciam ire praecepit, ut in loco quo eum iniunxit moram faceret[i], quousque sua emendatione patris animum mitigaret. Ille se facturum simulans et de incoepto itinere regrediens, paternam iussionem implere contempsit, domno imperatore per alias partes Aquitaniae in Franciam revertente. Dumque hoc illi nunciatum esset, non tam cito in Franciam venit, sicut dispositum habuerat, sed propter hoc aliquantis diebus illis in partibus moras faciens, tandem natale Domini Cinomannis pervenit

anno ab[k] incarnatione Domini 833.

Nam ibi caelebratis sanctis diebus, recto itinere Aquis pervenit. Ubi non multis diebus demoranti nunciatum est

a) Madifridus 2. b) et m. *des.* 2. c) congnovit 1. d) *ita* 1. e) eis 1. f) Leth 2. g) umnia *corr.* omnia 1. h) exercito *corr.* exercitu 2. i) facere 1. k) ab i. D. *des.* 2.

1) *Comes Aurelianensis.*

illi, quod iterum filii sui adunati pariter in illum insurgere et cum multa copia hostilium[a] inruere vellent. Qui, consilio inito, Wormatiam ante initium quadragesimae pervenit,
Apr. 13. ibique peractis illis diebus, sanctae paschae et pentecostes[b]
Iun. 1. caelebravit. Convocatoque exercitu, obviam[c] illis ire disposuit, ut, si eos verbis pacificis ab hac audacia avertere nequivisset[d], armis, ne cristianum populum lederent, compesceret. Denique filii eius coeptum peragere cupientes, in pago Helisaice[e] in loco qui dicitur . . . . .[f.*], se coniunxerunt, id est Hlotharius de Italia, Gregorium apostolicum secum adducens, Pippinus de Aquitania et Hlodowicus de Baioaria, cum plurima hominum multitudine. Quibus dum domnus imperator occurrisset, nullatenus eos ab eadem pertinacia compescere[g] potuit; sed pravis persuasionibus et falsis promissionibus populum, qui cum domno imperatore venerat, deceperunt[h], ita ut omnes illum dimitterent.** Nam aliqui ex illis in quos eorum ira maxime seviebat abscesserunt et in locis amicorum ac fidelium se contulerunt. Ablataque illi coniuge et in Italiam apud civitatem Tartonam[i] in exilium directa, Hlotharius, arrepta[k] potestate regia, apostolicum Romam, Pippinum in Aquitaniam et Hludowicum in Baioariam redire permisit; ipse vero patrem secum sub custodia per Mettis usque ad Suessionis civitatem perducens, illic eum in monasterio Sancti Medardi in eadem custodia reliquid, et filium eius Karolum illi auferens, ad monasterium Pronce[l.1] transmisit, unde patrem nimium contristavit. Deinde condictum placitum Kalendas Octobris Hlotharius

*) *In* 1 *in marg. post adduntur quae in* 1a *leguntur, sed desunt* 2*:* iuxta Columburc[m.2], qui deinceps Campus — mentitus vocatur[3]; — qui dicitur Rotfelth, id est rubeus campus *praemittunt edd.; sed qua fide haec Chesnius inseruerit, non constat.*

**) *In* 1 *in marg. adduntur, quae desunt* 2*:* Drogo vero, frater imperatoris, et Modoinus[n.4] ac Wiliricus[5] atque praefatus Aldricus[6] [qui[o] primum fuit abbas Sancti Amandi] episcopi, cum nonnullis episcopis aliis, abbatibus, comitibus ac reliquis suis fidelibus cum illo remanserunt.

a) hostium *edd.* b) festivitates *add. edd.* c) ob 1. 2. d) nequivissent 1. 2. e) *ita* 1. 2. f) *spatium unius vocabuli vacat* 2. g) compesscere *corr.* compescere 1. h) decoeperunt 1. i) Cartonam 1. 2. k) arepto 1. l) *ita* 1. 2; Prumiae *vel* Promiae *edd.* m) Columburc (Columb. *Ch. et B.*) ceps, ntitus, tur *abscissa* 1. n) Niodoinus 1. o) *haec superscr.* 1.

1) *i. e. Prüm, quod modo Pronea, modo Pronia in his annalibus dicitur.* 2) *Columbaria, Colmar, intelligi videtur; cf. Simson II, p.* 45, *qui Chesnii lectionem Rothfeld genuinam habuit.* 3) *Ita V. Hlud. c.* 48*;* campus mendacii *Thegan. c.* 42*; cf. Simson II, p.* 50, *n.* 4) *Augustodunensis.* 5) *Bremensis.* 6) *Cenomannensis, ut videtur, non Senonensis, de quo P. cogitavit. Cf. Simson II, p.* 50, *n. Verbum* praefatus, *haec ex alio libro sumta esse, indicare videtur.*

